H

Digitized by Google

MARCI ANTONII CVCCHI IVRIS CONSVLTI

INSTITVTIONES IVRIS CANONICI NVPER AB IPSO AVTHORE AVCTAE *& recognitæ.*

INTERSERTIS ETIAM OPPORTVNE Sacri Tridentini Concilij Conſtitutionibus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



VITTORIO BIBLIOTECA IN ROMA

VENETIIS,
Apud Bartholomæum Rubinum. M D LXVI.

ILLVSTR.[MO] ET REVER.[MO]
D. D. CAROLO BORROMAEO
S. R.E. Cardinali. Archiepiſco-
po Mediolan.&c.opti
me merito.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

M.Antonius Cucchus.
S. P. D.

AVSPICATO Sanè mihi valde eueniſſe arbitror Ampliſsime, & Religioſiſsime Præſul, vt, cum hoc, quicquid eſt, fœtus mei, nomini tuo conſecrandum ad te Romam perferre ſtatuiſſem, ſic ſors tulerit, vt tu quaſi numen mihi vltrò, & inſperatò oblatum iter meum præueneris, dum ad inuiſendas, diſponendasque Eccleſiæ tuæ Mediolanenſis res, ac ad formandum optimum Prouinciæ tuę ſtatum in patriam redis, à qua poſt acceptum purpurei galeri honorem perpetuò abſuiſti. Qua in re hoc quoque nomine perbellè mecum agi exiſtimo, quod eo tempore hic meus labor tibi

offertur, quo omnes homines cuiuslibet ordinis, ætatis, & ſexus, tibi aliquo lætitiæ genere gratulantur, cum quorum quidem ſolennibus & ego hoc meo libello certare non dubitabo, nec forte (vt ſpero) cis victus manus dabo, hac ſaltem re ſuperior, quòd alij pompas ſuas octo, aut quindecim breui dierum ſpatio tibi adornarunt: Ego meas quantulaſcunque uix biennio: nec verendum mihi puto, quòd hoc meum munuſculum quaſi tritum, & iam uſitatum reijcias, cum & longè locupletius, quàm antea extiſſet, nunc ad te veniat, & notum ſit præterea, non niſi prægustatos cibos principum menſę apponi ſolere, quippe illis (ut quidam ait) etiam putet aper Rhombusq; recens, mala copia quando ęgrum ſollicitat ſtomachum: quare, cum & tua menſa conquiſitiſsimis optimarum artium epulis ſemper extructa ſit, non fuit conſilium hoc nouum obſonij genus, antequam plurium palato guſtatum, probatumque eſſet, tibi propinare. Vt igitur prius periculum facerem, quod de hoc meo tibi meditato libello iudicium fieret, atq; ita demum (vbi male eum non audire ſentirem) nouo auctum ornatu tibi dicarem, edidi eum altero ab hinc anno, & tanquam è ſpecula proſpiciens, quę fama de eo eſſet, arrecto animo expectaui, interim domi non ceſſans

aliquid contexere, quo comptior tibi poſtea apparere poſſet; quem, poſtquam ab ipſis Bibliopolis non negligi, nec ſuſpenſa hedera (vt eſt in adagio) eum indigere didici, tum verò etiam auſus fui, quod prius mente agitaram, exequi, & tuum illuſtriſsimum nomen ei pręſcribere: Nam, cum hic libellus non paruam nunc pręter cęteras acceſſionem ex Sacri Tridentini Concilij conſtitutionibus poſt primam editionem accipiat, cuinā dignius dicari, poterat, quàm tibi, qui. P i i. i i i i. Auunculi tui unam uirtutem ſuſpicis, & tibi meritò imitandam proponis, de quo clariſsima in hoc libello fit mentio? eius nanque authoritate id ipſum Concilium perfectum, & ſumma cum laude conſumatum eſt. Cum pręterea hominum diuino cultui addictorum vtilitati in primis ſtudeas, nulli potius, quàm tibi profecto hęc nuncupanda erant, quę eorundem cauſa elaborata ſunt, ut hac quaſi via compendiaria iuris huiuſce noſtri periti euadant, atque inde ad ſacras quaſcunque dignitates admitti poſsint. Quo circa tu, qui nihil prętermittere ſoles, unde poſſis de publica vtilitate benè mereri, accipe quęſo tibi iam pridem paratum libellū, ac ſi minus tibi eius legendi otium ſuppetet (quod nec quiſquam ſanus à te petere auſit in tanta negociorum nube, qua circūfunderis,

ris, dum Chriſtianum orbem velut Hercules Athlante illo quater pio latus mutuante ſuſtines)at locum aliquem,ſi ſupereſt, in Bibliotheca tua ei ne deneges, vt, ſi quando, cum alios tuos libros euolues, hic libellus emergens tuis ſe ſe oculis ſubiecerit, ſit tibi quoddam ſtudioſiſsimi ac deuotiſsimi erga te animi pignus,& monumentū. Vale. Ticini vij.Klen.Octobris. MDLXV.

M. HIERONYMVS VIDA ALBAE EPISCOPVS.

M. Antonio Cuccho I. V. Doct. S.

CVm mihi M.Antoni olim legendas dediſſes Inſtitutiones tuas, quędam quaſi rudimenta, quibus adoleſcentes erudis, atq; informas ad Iuris ſanctioris intelligentiam, laudaui quidem, vt meminiſſe potes, ingenium tuum, atq; conſilium, totiuſq; operis ordinē: viſus eſt enim mihi iam tunc labor ille, qui ſanè multùm prodeſſe poſſet eis, qui in iſtiuſmodi ſtudijs ſe exercere vellent, ſi quidem ea, quæ diſperſa diſſipataque videbantur, in tanta tot Pontificum ſanctionum ſilua, tu omnia collecta, conglutinataq; vſq; adeo eleganti quadam ratione, ac diſtributione conſtringis, ſub vnumque velut aſpectum ponis, vt ea, quaſi via compendiaria rudes, & nondum inchoati tyrones ad illius diſiectæ totius molis, atq; acerui cognitionem facilè peruenire poſſint, ita omne Ius Pontificium propè infinitum, diſputationibuſq; concertationum plenis latè fuſum breuiter in genera digeris, & eorum rurſus generum, vti quædam quaſi membra diſpertis propriā cuiuſq; vim definiens, vt licet ſint tantum quidam quaſi fontes Iuris, & capita, afferant tamen vniuerſæ rei maximam lucem, ac ſplendorem, manant enim per omnes partes, & vbiq; funduntur, vt non poſſint magnam diſcentibus non afferre vtilitatem: attamen te tunc admonui dum tibi conſultum eſſe cuperem, vt quicquid iſthuc eſſet laboris, aut fœtus, nondum benè firmum, ſed admodum recens, & adhuc quaſi labans vt iuuenilis animi feruore effuſum, ne nimium feſtinanter à te dimitteres; ſed publico omnino arcens penes te ſupprimeres, ſi non planè, dum inueteraſceret, at tamdiu

ſaltem donec fixum firmatumq; coaleſceret,non equidem,quod in eo quicquam offendiſſem,quod non ratione conſtaret,verum potius, quia in rebus alicuius momenti nimias celeritates,immaturitatesq; ſemper metuere ſoleam. Noram profectò,quantum in animis iuuenum poſſit gloriæ cupiditas, quantumue contrà luminis, ac ſplendoris limæ labor beneficio temporis huiuſcemodi ingenij fœtibus afferat. Secutus es ſententiam amici(id quod & tu fortaſſe vltro eras facturus)ſi non prudentis,at ſaltem certè optima fide, & religione tibi cautũ eſſe cupientis, ſuſtinuiſtiq; in hanc diem operis editionem,cuius cunctationis credo certe te minime nunc pœnitere,quippe hinc effectum eſt vt liberis, quo me modo pro tua liberalitate donaſti, adeo diuerſus ſit ab illo,cuius olim legendi mihi poteſtatem feceras, vt non planè idem ille nunc mihi videatur,ita namque ex illo tempore, toto inquàm hoc decennio,eum expoliuiſti, ita colluſtraſti,vt qui illum alterum viderit,inchoatum tantum, & adumbratum fuiſſe exiſtimet,hunc vero fateatur perfectum, & abſolutum,omnibusque ſuis numeris & partibus expletum conſtare,vt nihil abſit, nihil redundet. Gratulor tibi hanc fortunam,huius in quam laboris tui euentum ex ſententia proceſſiſſe,augurorque breui affore,vt nemo ſit eorum,qui ijs ſtudijs tamquam ſacris quibuſdam initiari voluerint,qui prius iſthæc tua rudimenta tãquam dictata quædam non perdiſcat. Supereſt autem ad cumulum votorum pro te in hac re ſuſcipiendorũ Deum immortalem precari,vt aliquando alicui Pontifici Max. in mentem veniat deliberare, an expediat, vt etiam publica authoritate, totiusq; curiæ Rom. decreto ijs quatuor libris vis, & nutus legis rogatæ accedat, ſicut libro Inſtitutionum in Iure Ciuili ineſſe videmus,cum in eis nihil quicquam poſitum eſſe conſtet, quod Sanctorum Patrum ſanctionibus diſſentaneum ſit, aut quicquam ab eis diſcrepet. Vale. Cremonæ Klen. Septemb. M D LXIII.

M. Anto-

M. ANTONIVS CVCCHVS Iur. Canon. Studioſis. S.

CVM tam Iuris Cæſarei diſciplina, quàm cæteræ ferè omnes propria quædam habeāt principia, ex quibus poſſint tyrones ea præcepta haurire, quæ ad interiorem doctrinam ducant, & quodammodo viam ſternant, ſola verò Iuris Pontificij ſcientia hoc commodo careret, non inutilem rē, nec vobis ſtudioſi ingratam me facturum exiſtimaui, ſi hoc, quod deſiderari videbatur, ego pro viribus præſtitiſſem: ſuſcepi igitur hoc oneris non grauatè, vt in hoc Enchiridion ſuccum ex toto Pontificij Iuris corpore delectum tamquam in vaſculum conferrem, hoc enim libello collecta inuenietis, quæ ex pluribus voluminibus Decretorum, et Decretalium epiſtolarum, ſexti, Clementinarum, & extrauagantium Conſtitutionum, & Conciliorum, petenda Iuris præcepta eſſent, eaq́; ſic in prōptu ſe ſe offerent, vt ſingulæ ferè orationes præceptionibus, et documentis ſcateant, vt iam non præcepti vnius gratia integra pagina cum lunga facti narratione legenda ſit: eas verò potiſſimum materias attigimus, quæ huiuſce Iuris propriæ ſunt, nonnullis, quæ Iuri Cæſareo communes ſunt, ſummis tantum labris attactis. Spero autem breuitatem & ſtili ordiniſq; diuerſitatem, lectorem facilius allicere, & minore cum faſtidio morari poſſe, quàm prolixa Goffredi, & Hoſtienſis Compendia

(quas

(quas ſummas vocant) nanq; (vt illa vtiliſſima quidem ſint, & fæcundiſſima) ad hoc tamen, quod nobis, in præſentia eſt, propoſitum, meo quidem iudicio non admodum conferunt. Quare, ſi ex animi mei ſententia res euenerit, vt ſtudioſos hoc noſtro qualicunq; libello adiuuari videam, letabor, et magnum nobis, vberemq; fructum ex laboribus noſtris ſic redditum exiſtimabo, ac, quantùm ſtudio, & labore contendere potero, curabo, vt poſſim alia quoq; in poſterum ad publicam vtilitatem afferre: Sin minus voto noſtro euentus reſponderit, at propoſitum noſtrum vtilitati publicæ deſeruiendi (vt puto) vituperandum non erit, & ſic fortè alijs materiam præbebimus, vt fælicioribus laboribus id aſſequantur, quod nos ſequuti ſumus. Ne quis tamen nos carpat, quòd eundem titulum, quē Iuſtinianus Caſ. operi noſtro præſcripſerimus, ſciat Inſtitutionum vocabulum non legum authoritatem ſonare (& ſi illæ Iuſtiniani ab authore hanc vim nanciſci potuerint) quod libri Inſtitutionum oratoris, Inſtitutionum diuinarum, Inſtitutionum Grammatices, alijq; huiuſmodi perſpicuè declarant, quare nihil in hoc titulo eſſe puto, quod nobis arrogantiæ adſcribi poſſit. Accipite igitur Iuuenes hoc (quicquid eſt libelli) animumq; noſtrum agnoſcite, & boni conſulite. Valete.

M. ANTONII CVCCHI IVRISCONS. INSTITVtionum Iuris Canonici.

Liber Primus.

De Iure canonico. Tit. I.

IVs Canonicum, id eſt, conſtitutio Eccleſiaſtica, *a* nihil aliud cõtinet, quam quod in diuinis ſcripturis, & legibus ſecularibus inuenitur, *b* diuinæ verò leges natura conſiſtunt, quò fit, vt quæcunq; diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ contraria probantur, eadem etiam naturali iuri inueniantur aduerſa, & quęcunque diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ, ſeu diuinis legibus poſtponenda cenſentur, eiſdem naturale ius præferri oporteat; *c* hoc autem vocabulo iuris canonici appellatur, quòd normã rectè & bene viuendi præbeat, vel quod diſtortum prauumq; corrigat, nam canon, græca vox Latinè regula interpretatur. *d*

a Diſtin.3. c.1.
b Ab.c.qualiter et quãdo.2. de accuſat.
c c.fi.diſt.9.
d c.2.diſ.3.

Conſtat autem Ius canonicum ex conſtitutionibus in generali Chriſtiani orbis Concilio Apoſtolicæ Sedis authoritate congregato editis. *e* Quatuor autem ſunt imprimis Cõcilia generalia, quæ vſq; ad vnũ apicem immutilata ſeruare, ac pari honore, & veneratione digna habere, ac quę prædicauerũt, & ſtatuerũt, modis omnibus ſequi & prędicare, & quęcumq; condénauerunt, ore & corde cõdemnare neceſſe eſt. *f* ea ſunt. Primò Nicenum bis celebratum, videlicet prima & ſeptima in ordine cæterorum vice. Alterum Cõſtantinopolitanum ter, videlicet ſecunda, ſexta, octauaq; vice, Tertiũ eſt Ephæſinũ, Quartum eſt Calcedonenſe duabus continuis vicibus repetitũ. *g* Sed & alia Concilia gene-

e c. 1. diſt. 17.
f ca. ſancta octo diſ.16.
g d.c. ſancta.octo.

generalia, quæ ſancti Patres vt ſupra authoritate Sedis Apoſtolicæ congregati Deo pleni ſanxerũt poſt ſit pradicta quatuor omni manent ſtabilita vigore. *a* Et conciliorum quidē conſtitutiones magis proprio vocabulo canones vocantur, & in omni Petri ditione ſeruãtur, quod verò in Cõcilijs per Primates, Metropolitanos, vel Epiſcopos vocatis ius ſtatuitur, eorũ Prouinciæ, Ciuitatisue, & Diœceſis homines dũtaxat deuincit, nec de maioribus negocijs decernere poteſt, *b* & ſola immediati Prælati authoritas hiſce cõcilijs cõgregandis ſufficiet, quare nec Epiſcopus concilio ſuo Diœceſano Metropolitani authoritatē, nec Metropolitanus Primatis, aut ſuperiorum adhibere tenetur. *c*

Item conſtat Ius canonicum ex conſtitutionibus, quæ à Sum. Pontif. nunc ſolo, nunc Patrum Cardinalium concilio adhibito, vel vltrò, vel etiã aliquo interpellante facta ſunt, & omnes paſſim adſtringit. *d* Ac ſciendum, ꝙ quamq; homines de legibus iudicent, cũ eas inſtituunt, cum tñ fuerint inſtitutæ, & firmatæ nõ licebit Iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundum ipſas. Inſtituuntur autem leges, cum promulgantur, firmãtur, cum moribus vtentium approbantur, ſicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges abrogãtur, ita moribus vtentium ipſæ leges confirmantur. *e* Sed & ſanctorũ Patrum pia dicta Pontif. Rom. authoritate ſacris canonibus interſerta legis vim obtinēt. *f*

Item cõſuetudinis, id eſt, iuris illius, quod moribus inſtituitur, non vilis eſt authoritas, nam pro lege ſuſcipitur, cum nec ſacris canonibus, nec humanis legibus obuiat. *g* Sunt & quædã leges priuatæ, quæ vel odio, vel fauore alicuius ſpeciali contra communes iuris normas factæ ſunt, quæ priuilegia appellantur, nec ad exemplum ſunt trahenda, *h* atque vbi ſuper priuilegijs Sedis Apoſtolicæ cauſa vertitur, non debet de ipſis per alios, quàm per Sum. Pontif. iudicari. *i*

At, cum legum Põtificiarum conſtitutio deeſt, nec vlla conſuetudo extat, Cæſareæ leges adiri poſſunt. *K* Hoc cuiusuis conſtitutionis proprium eſt, vt futuris

a c. 1. diſt. 15. §. hæc sũt.
b c. 1. diſ. 18 ubi gl. uer. cõſtituerunt.
c gl. c. 1. diſ. 17.
d c. 1. de cõſtit.
e c. in iſtis diſtin. 4.
f c. 1. et per tot. diſt. 20.
g c. cõſuetudinis diſ. 11.
h c. regula ĩ fin. diſt. 3.
i ca. cum uenisſet. de iud.
K ca. 1. ubi uo. de no. op. nunciat.

negocijs tantùm ſcripta intelligatur, nec prçterita cõ-prahendat, niſi id expreſſerit. *a*

a c.2.ď cõſt.

De Reſcriptis. Tit. II.

SOLENT etiam Rom. Pontifices epiſtolas nonnũquam ad lites, vel beneficia ſubditis dare, quæ reſcripta appellantur, quorum cum frequens admodum in iure noſtro ſit mentio, cumq; ius inter partes ſtatuãt, *b* non ab re fuerit hoc loco pauca quędã prçcepta tradere. Hæc igitur prima lex in reſcriptis ſancita eſt, vt hæc conditio. SI PRECES veritate nitantur, illis ſemper ineſſe intelligatur, & quodcumque reſcriptum cauſæ inhibuerit cognitionem, falſi ſuſpitione non caret, *c* nec illi reſcripto ſtandum eſt, quod manifeſtũ contineat in conſtructione peccatum, *d* literç tamen vnius defectus reſcriptum non vitiat, veluti ſi ſpliarũt, pro ſpoliarunt, o figura omiſſa ſcriptum ſit. *e* Ordo autem, & figura reſcripti verborum interpræationem à iure accipit. *f* Finge (exempli cauſa) Pontificem ita reſcripſiſſe, SI alterutra pars legitimè citata vos adire, aut iudicio veſtro parere contempſerit, vos præſentis partis probationes admittere, & quantum de iure poteritis, in cauſæ cognitione, & deciſione procedere ne differatis hic quippe verborum ſenſus prępoſterus, tranſlatusq; eſt, nam cum ex regula probationes non niſi lite conteſtata admittantur, ex ſupradicta oratione tamẽ mandari videbatur, vt parte abſente, atq; ita nundũ conteſtata lite admitterẽtur, ſed quia hoc iuri aduerſaretur, clauſula illa. QVANTVM de iure poteritis, in anteriorẽ locũ eſt transferenda, poſt illa verba, Vos præſentis partis, vt hic ſenſus reſultet, probationes parte abſẽte accipiẽdus, quatenus id iure liceat. *g*

Reſcriptum per mendacium, aut veritatis occultationem impetratum ad beneficia nullius momenti ipſo iure cenſetur, ad lites verò hac arte obtentum reſcriptum exceptione oppoſita refellendum eſt. *h*

Reſcriptum poſterius priori præfertur, de quo mẽtionem

b doc ĩ rub. eo. tit.

c c.2. eo. ti.

d c. ad audiẽtiã 1. eo. tit.

e c. ex parte ubi glo. de fide inſtr.

f c. cauſam quæ eo. ti. de reſ.

g d. c. cauſã quæ.

h Fely. c. ad audientiam 2. nu. 17. et num. 22. & c. ſuper literis nu. 17. eo. tit.

tionem habet, *a* & ſpeciale generali, *b* extra quos caſus antiquius præfertur, modò ſegnis non fuerit impetrator illius in eo reddendo, vbi nullum certum beneficium in eo deſignaretur, *c* & dummodo in reſcriptis ad lites exceptio poſteriori fuerit oppoſita. *d*

Qui plura contra eundem ſuper eadem re ad diuerſos Iudices reſcripta retulerit, nullam inuicem habentia mentionem omnibus vti non erubeſcens omnium commodo carebit. *e*

Nunc admonendi ſumus Ius canonicum aut circa perſonas verſari, aut circa res, aut circa Eccleſię ſacramenta, aut denique circa iudicia, de quibus omnibus eſt nobis ſigillatim his libris explicandum, & primùm de perſonis, quarũ cauſa cætera omnia adinuẽta ſunt.

a c. caterũ. §.1.ubi doc. b c. paſtoralis.§.quoniã & c.ſtudui ſtid offi.leg. c Abb.c.capitulũ nu. 4. eo. tit. de reſcr. d c.ſi autem et c. plerumq; & c.caterũ: Abb.ubi ſupra nu.8. e c. ex tenore eo.tit.

De Ordinibus Clericorum. Tit. III.

DVo ſunt Chriſtianorum genera, alterũ, quod mãcipatum diuino officio & cultui, ac deditum contemplationi, & orationi ab omni temporalium ſtrepitu vacare conuenit, qui appellãtur Clerici, id eſt in ſortem lecti, nam eos potiſſimùm Deus ſibi delegit. *f* Alterum genus eſt eorum, qui Laici vocãtur, id eſt, populares. *g* Superius Chriſtianorum genus in duo genera diducitur, nã aut ſeculares ſunt Clerici, aut regulares, qui & religioſi vocantur, quia omnium maxime religioni inſeruire profitentur, de his infrà ſeparatim tractabitur, nunc de omnibus in vniuerſum.

Horum igitur omnium Clericorum nouem ſunt ordines ſeu gradus, nemo enim poteſt, niſi per gradus Eccleſiæ ad Summum Sacerdotij ordinem perueniře, nam caſum appetit, quicunque ad ſumma loci faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum, *h* quamquam & nonnullæ perſonæ inter Eccleſiaſticas referantur, quæ nulli ex infraſcriptis ordinibus aggregatæ ſunt, ſed eis quodammodò adhærent, vt (gratia exempli) ſunt Conuerſi, Templarij, Hoſpitalarij. *i* ſed hæ tamen clericis non ſunt comparandæ,

f c.cũ ſecundum de præ ben.& c.clericus.13.q.1 g c.duo ſunt 12.q. 1. h ca.uni. de cler. p Sal. pmot.c.ſollicitudo.diſ. 52.c.fin.diſtin.48. i gl.c.ſciant uer. eccleſiaſticas de elec. in 6.glo.ca. duo sũt uer. conuerſi.12. q.1.

parandæ, quamuis hæ quoque priuilegio illo fruantur, vt qui eas pulſarit, excommunicationi obnoxius ſit non minus, quàm, ſi clerico eam iniuriam intuliſſet. *a*

Infimus ordo eſt eorum, qui primam tonſuram, tulerunt, quos Pſalmiſtas vocant, nam & hic iure noſtro inter Eccleſiaſticos ordines refertur, *b* quare nec quiſquam in eos manum iniurioſam inijciet citra excommunicationis pœnam, cuius relaxatio excepto mortis articulo ipſi Rom. Pontifici reſeruatur. *c* Quatuor deinde ſunt ordines ſeu gradus, qui tametſi alijs quoque non leuibus priuilegijs præter ſupradictum fruantur, & ſacri ſint, quia tamen his comparati, de quibus mox ſumus dicturi, humiliores habentur, idcirco ſacrorum ordinum appellatione regulariter nõ veniunt, ſed minores vocantur, qui ſunt. Oſtiarij, Lectores, Exorciſtæ, & Acolyti, quibus omnibus ſua ſunt munia ſigillatim diuiſa. Oſtiarij idem Ianitores dicuntur, Lectores alio nomine Cantores vocari ſolẽt, & à Dauide inſtituti ſunt, cum miniſteria domus Domini ampliaret, eſt Exorciſtarum vſum Solomon vnà cum modo exorcizandi inuenit, quo Demones adiuratos ex obſeſſis hominum corporibus pelleret, quos ordines in nouo teſtamento Eccleſia vetus teſtamentum imitata retinuit, Acolytos vero procedente tempore Eccleſia ſibi conſtituit. *d*

Supra hos ſunt alij quatuor ordines, quos mox dicebamus vel ſacros, vel maiores appellari, hi ſunt Subdiaconi, qui infimi inter ſacros habentur, mox Diaconi, qui & Leuitæ vocantur, dehinc Presbyteri, & ſupremi Epiſcopi, exploſa eſt.n.eorum ſententia, qui Epiſcoporum extare ordinem diſcretum inficias ibant. *e* Item quamuis Vrbani ſecundi temporibus Subdiaconi ſacris ordinibus non annumerarentur, ideoq; nemo ex eo ordine ad Epiſcopatum eligi poſſet. Innocẽtius tamen tertius declarauit, hunc quoque ordinem ſacrum eſſe, & ex eo ad Pontificiam dignitatẽ eligi quẽ poſſe. *f* Ac maiorum quidem & minorum Sacerdotũ

a gl.d.c.duo ſunt.c.cano. ubi no. ꝙ ſẽten.excõmu.

b c.cũ cõtingat.ubi glo. et doc. de æta. et qual.

c cap. cler. ubi glo. 21. diſt.c.ſi quis ſuadẽte diabolo.17.q.1.

d c. 1. diſt. 21.

e cap.1.ubi Abb. nu. 6. de conſecra. Gem.prohe. ſex Abb. d. c. cum cõtingat. Fel.c.ſicut pro certo de ſim.

f ca.à multis.ꝙ æta. et qual.c.miramur, ubi gl. de ſer. nõ ordin. Abb. c. non põt col. 1.nu. 4. & col.3. de re. Iud.c.fin. diſtin.60.

diſcrimen ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tanquã maiores Sacerdotes ſeptuaginta duos Diſcipulos quaſi minores Sacerdotes inſtituit, Petrũ verò in ſummũ Sacerdotem elegit, quã formam Apoſtoli ſequuti in ſingulis Ciuitatibus Epiſcopos, & Presbyteros ordinauerunt. *a* Diaconos autẽ ſeu Leuitas poſt aſcẽſum Domini in cœlũ Apoſtoli ſibi cõſtituerũt ſui & Eccleſiæ miniſtros, *b* quorũ maximus fuit beatus Stephanus, & Subdiaconos exinde Eccleſ. creauit; *c* & ad hos quidẽ ordines aſſumitur quis per manus impoſitionẽ, quæ eſt oratio ſuper hominẽ, *d* ritibus proprijs & ſolennibus cuiq; ordini adhibitis. *e*

Supremus igitur eſt ordo Epiſcoporum, qui hoc nomine decorantur, quòd populorum ſibi creditorum mores ſpeculari debeant, & hi in quatuor claſſes rurſum diuiſi ſunt, videlicet ſimplices Epiſcopos, Metropolitanos, Archiepiſcopos, & Patriarchas. *f*

Epiſcopi ſingulis ciuitatibus cum diœceſi præſunt, diœceſes autem primus Dyoniſius diſtinxit. *g* Metropolitani, qui & Archiepiſcopi quandoque nuncupantur, ſingulis prouincijs præſident, Prouincia autem dicitur, quæ habet decem, aut vndecim Ciuitates, *h* Archiepiſcopi ſeu Primates dicuntur, quibus Metropolitani ſubijciuntur, cæterique eius prouinciæ Epiſcopi eiuſmòdi ſunt in Anglia Cantuarienſis, in Italia Gradenſis, ſeu Venetus, & Piſanus, & Aquileienſis. In Francia Viennenſis, & Bituricẽſis, in Vngaria Strigonenſis. In Alemania Magdeburgẽſis. In Hiſpania Toletanus *i* Et hi interdum Patriarchæ appellãtur, proditum eſt enim, in illis Ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi flamines eorum primiq; legis doctores erant, Epiſcoporũ Primates, vel Patriarchas beatũ Petrũ poni præcepiſſe, qui reliquorũ Epiſcoporũ cauſas, & maiora negotia in fide agitarent, in illis autem in quibus dudũ apud prædictos ethnicos erãt eorũ Archiflamines, quos tamẽ maiores habebã quã memoratos Primates, Archiepiſcopos inſtituiſſe, in reliquis verò ſingulis Ciuitatibus ſingulos Epiſcopos, *K* Sed vt hęc

a ca. 1. diſt. 21.
b c. dominus noſter. §. meminiſſe. diſ. 93.
c cap. 1. diſ. 21.
d c. manus impoſitio. 1. q. 1.
e Diſt. 23. p totam.
f ca. Cleros §. epiſc. diſt. 21.
g Glo. c. nec numerus x. q. 3.
h c. ſcitote 6. q. 3.
i Panin. in tract. d pote ſta. ca. Sede uacãte 6. p- lud. nu. 12. & 13.
K c. in illis diſt. 80.

ſe habeant, Patriarchæ quidem hodie propriè ſunt illi quatuor ſummi Patres, qui primum poſt Summum Pontificem locum obtinent, videlicet. Conſtantinopolitanus, Alexandrinus. Antiochænus, & Hyeroſolimitanus, hic enim ordo, quo deſcripti per nos ſunt inter eos poſt Concilium generale Innocentianum hodie ſeruatur, quamuis olim Alexandrino prima ſedes poſt Romanum competeret. *h* Omnes tamen hi quatuor, ſcilicet Patriarcha, Primas, Metropolitanus. Epiſcopus, eodem Epiſcoporum ordine continentur, quamuis alius alio latiorem habeat Iuriſdictionem, & hac de cauſa nominibus ſeu titulis etiam diſtincti ſint, quin & ipſe Romanus Pontifex eodem Epiſcoporum ordine cenſetur, ſed poteſtatem habet cæteris longè maiorem, eſt enim vrbis Romæ ſeu verius vniuerſi terrarum orbis Epiſcopus, *a* quamuis vices ſuas ſic alijs impertiuit Eccleſijs, vt in partem ſint vocatæ ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis, *b* nam vna eſt à Chriſto Eccleſia per totum mundum in multa membra diuiſa, & Epiſcopatus vnus multorum Epiſcoporum concordi numeroſitate diffuſus, *c* multa priuilegia tamen Summo Pontifici Romano ſpecialiter competũt, quæ nulli alij conceduntur Epiſcopo, nam (vt aliqua enumeremus.) Primùm Pontifex Rom. alios ipſe iudicat omnes, à nemine ipſe iudicatur, excepta hæreſis cauſa, in qua Concilij generalis iudicio ſubijcitur. *d* Item quęſtionem de fide actitatam, maioreſq; Eccleſiæ cauſas ſolus decidere poteſt. concilia eorumq; ſcripta approbare, vel improbare, Synodum generalem congregare, Epiſcopos, electoſq; transferre, & ſedes eorum mutare, ipſoſque deponere, & depoſitos reſtituere, & ceſſiones ab eis accipere, eoſque eximere, ne cui alij, quàm ſedi Apoſtolicæ parere teneantur, Epiſcopatus duos vnire, vnumq; partiri, vota quædam, vt eſt tranſmarina peregrinatio, commutare, in grauiſſimis criminibus vindicandis rigorem iuris mollire, & relaxare, Presbyterorum filios, cæteroſq; illegitimos dignitatum capaces reddere, Subdiaconos etiam diebus do-

h. c. antiqua. de priuileg. diſtin. 22. in ſum. vbi gl. & per totã c. ſac. ſan. Rom. inſi. et c. ſancta Ro. Eccleſia in extrau. com. a. glo. prohe. ſexti ver. Epiſcopus. Fely. c. cum nobis col. 2. nu. 5. de ſ. ſcrip. b. c. decreto 2. quaſ. 6. in fi. c. qui ſe ſcit ea. q. c. multum ſtupeo, ad fi. 3. q. 6 c. c. Nouatianus. 7. q. pri. d. c. mandaſtis. vbi glo. ver. potuiſſem. 2. q. 5.

B minicis

minicis creare, appellationes ad ſe medijs omiſsis interpoſitas admittere, & recipere, & de eis cognoſcere, & ſententias nulli appellationi ſubiectas ferre. *e* Ideo enim Sanctæ Rom. Eccleſiæ priuilegia ſpecialiter conceſſa ſunt, vt ab ea omnes oppreſſi auxilium, & iniuſtè damnati reſtitutionem ſumant. *f*

Erant etiam olim quidam, qui Corepiſcopi dicebantur, Epiſcopis quidem inferiores, præsbyteris autem maiores, & non ſolum Ciuitatibus, quemadmodum Epiſcopi, ſed etiam vicis præfici poterant, ſed eorum hodie abholitus eſt vſus. *g*

Cardinalatus autem dignitas & officium eſt, non ordo, *h* quod vel ex eo cognoſcere licet, nam alij Cardinales Epiſcopi nominantur, alij Cardinales Præsbyteri, alij Diaconi, nemo autem Cardinalis efficitur, qui infrà ſubdiaconorum ordinem ſit, quemadmodum nec quiſquàm inter canonicos ſuffragiorum ius habet, qui ſaltem Subdiaconus non ſit, *a* etiam ſi ab alijs Canonicis ſuffragiorum ius ipſi infra ſubdiaconatum exiſtenti liberè conceſſum fuiſſet, vt recenti conſtitutione ſacroſanti Concilij Tridentini ſancitum eſt. *b* quãuis vt Canonicus quis eſſe poſſit, ſufficiat eum Pſalmiſtam eſſe creatum. *c* Habent tamen Cardinales propter eius dignitatis prærogatiuam Pontificiam iuriſdictionem in Eccleſijs ſibi in titulum aſſignatis, aliiſque ipſi titulo ſubiectis. Epiſcopalibusque inſignibus vti eis fas eſt, & minores ordines conferre, ſolenniterque benedicere, & ſi ipſi in Epiſcoporum ordine cooptati non ſint. *d* Horum officium & poteſtas eſt ſummum Pontificem eligere, eiusque lateri hærere, vt concilium ſuum moniti in grauiſſimis quibuſque Eccleſiæ Rom. negotijs impertiri poſsint, *e* quod omnino vt obſeruent, non multis ab hinc annis in Concilio Lateran. ſub Leone Decimo ſtatutum eſt, hinc & hi fratres à Summo Pontifice appellari ſolent, modo vbi ſinguli appellantur, Epiſcopi ſint, ſic & Epiſcopus Canonicos ſuos fratrum nomine appellare ſolet. *f*

Altera eſt Clericorum diuiſio, nam alij officium habere

e c.2. de trã sla. Epiſc. et c. quod tranſlationem de offic. leg. ubi gloſ. et c. ſicut unire. de exceſ. prelat.

f c. ideo 2. q. 6.

g c. Eccleſ. c. quãuis et c. Corepiſcopi diſtin. 68.

h Felyn. in rubr. de maior. & obed.

a Abb. cap. extirpandæ. §. quia vero nu. 7. de preben. cle. ut hi. de ætа. et qualit.

b Seſſ. 22. c. 4.

c Abb. ca. 2. ult. no. per illũ tex. de inſtit. Baer. de ciſ. 171. Mã dos. reg. cancel. 18. q. 1. nu. 4.

d Abb. c. his quæ. 2. no. de maio. et obedi. Fely. c. cũ

bere dicuntur, alij dignitatem, alij perſonatum, alij ſimplices clerici ſunt. Ac dignitas quidem eſt Eccleſiaſticarum rerum cum iuriſdictione adminiſtrandarum poteſtas, vnde Epiſcopatus, licet ordo ſacer ſit, tamen dignitatem etiam habet, & hinc Cardinales quoque in dignitate conſtitutos diximus, in quo numero dignitatem habentium etiam cenſentur Archidiaconus, & Archipresbyter, Abbas, Præpoſitus, Prior, & quinis collegiatæ Eccleſiæ præfecti, quocunque nomine vocentur, omnes dignitatem habere dicuntur. *g* Perſonatus eſt prærogatiua in Eccleſia omni carens iuriſdictione, veluti, ſi quis ſedem habeat præ cæteris in choro eminentem aliarum prærogatiuarum, & præſertim Iuriſdictionis expers. Officium autem eſt ius adminiſtrandarum rerum Eccleſię ſine Iuriſdictione. *h* Qui verò neque officium, neque dignitatem, neque perſonatum habent. hi ſimplices, priuatique clerici ſunt, quamuis interdum Iuriſdictione aliqua non careant, veluti ſunt ſimplices Eccleſiæ Rectores. *i* Eccleſiæ autem Cathedralis Canonici his qui in dignitate ſunt, ferè comparari poſſunt. *a* Et hæc ſatis ſit dixiſſe de ordinibus Clericorum. Nunc videamus qui ad dictos ordines admittere, quiue admitti poſsint.

De His qui poteſtatem habent ordinandi, & literas dimiſſorias ſeu commendatitias dandi. Tit. IIII.

ORDINES igitur ſupradictos aſsignandi poteſtas penes Epiſcopos eſt, qui tamen caueant, ne in alienam meſſem falcem immittant, alienos ſubditos ad ordines promouere ſibi arrogantes, licentia ab eorum Epiſcopis non habita, nam ſi hoc admiſerint, totum annum ad ordines quempiam cooptandi poteſtate priuati erunt, qua re vulgata poterunt eorum ſubditi etiam ſine uenia à uicinis Epiſcopis ordinibus aſſociari. *b* quinetiam traditum eſt, adeo eiuſmodi ordinationem ab alieno Epiſcopo factam irritam haberi, vt neque per ratihabitionem proprij

uenerabilē. nu. 34. de excep. Mandos. reg. 7. q. 1. num. 10. Bauin. trac. de uiſita. q. 2. pri. part. nu. 21.

e Doct. in rubr. de cōſtit.

f Abb. c. nouit. col. 3. de his. quæ fiūt a prela. c. pri. in ſ. ubi glo. de offic. leg. in 6.

g Abb. c. de multa num. 22. de prebē. Fely. in rub. de offic. dele.

h Abb. d. ca. de multa. Fely. in d. rubr. Io. de Selua. in trac. de beneficio.

i Abb. ca. cū cōtingat nu. 31. de foro competen.

a c. ſtatutū de reſcrip. in 6.

b c. 2. de tēp. ordin. in 6.

c. Rebuf. in 1. par. prat. for. liter. dimiſſor. nu. 12. & 13. Epiſcopi ſubſequentem conualeſcat, *c.* hoc quippe eſt perpetuò cuſtodiendum, vt nemo Epiſcopus alienum parochianum iudicare, vel excommunicare, aut ordinare præſumat, nec alterius ciuitatem adire, niſi ab eo vocatus, cuius iuris ea ciuitas eſſe cognoſcitur, vt quicquam ibi diſponat, ordinet, vel iudicet, & quiſquis ordinare non poteſt, is nec iudicandi poteſtatem habebit. *d.* Sacroſancta quoq; Synodus Tridentina conſtituit, vt nulli Epiſcopo liceat cuiuſuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi de ordinarij eius loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem ordinario ſubiectas tantùm, &, ſi ſecus factum fuerit, Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & ſic ordinati ab executione ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi, *e.* Sanxitq; vt nemo Epiſcoporum, qui titulares vocantur, etiam ſi in loco nullius Diœceſis etiam exempto, aut aliquo monaſterio cuiuſuis ordinis reſederint, aut moram traxerint, vigore cuiusuis priuilegij ſibi de promouendo quoſcumque ad ſe venientes pro tempore conceſſi alterius ſubditum etiam prætextu familiaritatis, continuæ commenſalitatis ſuæ abſq; ſui proprij prælati expreſſo conſenſu aut literis dimiſſorijs ad aliquos ſacros, aut minores ordines, vel primam tonſuram promouere, ſeu ordinare valeat. Et vt contrafaciens ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promotus ab executione ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo prælato viſum fuerit, ipſo iure ſint ſuſpenſi.

d. c. nullus alterius. & c. nullus primas. 9. q. 2.

e. c. 4. ſeſſ. 6

a. ca. 2. ſeſſ. 14. *a.* Item decreuit, vt Epiſcopi, qui conferendi ius habẽt, per ſemetipſos ordines conferant, quod ſi egritudine fuerint impediti, ſubditos ſuos non aliter, quàm probatos iam & examinatos ad alium Epiſcopum ordinandos dimittant. *b.* Quinetiam eadem ſacroſancta Synodus conſtituit, quòd ſi quis ab alio quàm à proprio Epiſcopo promoueri petat, nullatenus id ei etiam cuiusuis generalis, aut ſpecialis reſcripti, vel priuilegij prætextu etiam ſtatutis temporibus permittatur, niſi probitas ac mores ordinarij ſui teſtimonio commendentur, at (ſi ſecus fiat) ordinans à collatione ordinum

b. cap. 3. ſeſſ. 23.

per

per annum, & ordinatus à ſuſceptorum ordinum executione, quamdiu proprio ordinario videbitur expediре, ſit ſuſpenſus. *c* Sed neque familiarem ſuum ſibi nō ſubditum Epiſcopus ordinare poteſt (vt eadē ipſa Tridentina Synodus conſtituit) niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & niſi beneficium quacumq; fraude ceſſante ſtatim re ipſa illi conferat, conſuetudine quacunque etiam immemorabili non obſtante. *d* Epiſcopo autem quis tribus modis ſubeſſe poteſt, videlicet, origine, beneficio, & domicilio. *e*

c. cap. 8. ea. ſeſſ. 23

d. ca. 9. ſeſſ. 23.

e. c. cum nullus. de tēp. ordi. in 6

Cæterum alij Prælati Epiſcopis inferiores tam religioſi, quàm ſeculares, puta, Abbates, Archipresbyteri, Archidiaconi non poſſunt clericis ſubditisue ſuis poteſtatem facere alienos Epiſcopos adeundi, vt ab eis ad ordines promoueantur, niſi hoc priuilegium ſpecialiter à Sum. Pontifice eis conceſſum ſit. *f* Nec officiales Epiſcopi literas commendatitias dandi ius habent, niſi mandato ſpeciali à ſuo Pontifice hoc iuris conſecuti ſint, vel niſi Epiſcopus in oris agat longinquis, tunc enim, cum Epiſcopus longè abeſt, Vicarius ipſius in ſpiritualibus generalis literas commendatitias dare poteſt, at ſi interregnum ſit, ſedesq; Epiſcopalis vacet, capitulum, vel is, ad quem ſede vacante ſpiritualium deuoluta fuerit adminiſtratio, huiuſcemodi literas concedent. *g* Quam tamen rem eadem Synodus Tridentina ſic reſtrinxit, vt non liceat capitulis Eccleſiarum ſede vacante, infra annum à die vacationis, ordinandi licentiam, aut literas dimiſſorias ſeu reuerendas (vt aliqui vocant) tam ex iuris communis diſpoſitione, quàm etiam cuiusuis priuilegij aut conſuetudinis vigore alicui, qui beneficij Eccleſiaſtici recepti, ſiue recipiendi occaſione arctatus non fuerit, concedere, ſi ſecus fiat, Capitulum contraueniens Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto, & ſic ordinati, ſi in minoribus ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio Clericali præſertim in criminalibus gaudeant, in maioribus verò ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Prælati ſint ipſo iure ſuſpenſi. *a*

f. d. c. cū nullus. vbi glo.

g. d. ca. cum nullus.

a. c. x. ſeſſ. 7.

Item ſanxit, vt facultates de promouendo, à quocũque non ſuffragentur niſi habentibus legitimam cauſam, ob quam à proprijs Epiſcopis ordinari non poſſint, in literis exprimendam, & tunc non ordinentur niſi ab Epiſcopo in ſua Diœceſi reſidente, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti prædio examine. *b*

Neminem autem lateat, quæ ſi quis Epiſcopus loco renuntiauerit, ac dignitati, & ordines tamen ſacros ſcienti contulerit, executio officij talem collationem non ſequetur, ignorantem verò collationem huiuſmodi recipientem poterit diſcretus Pontifex diſpenſare, niſi craſſa, & ſupina fuerit ignorantia, quo caſu vni Roman. Pontifici ius diſpenſandi erit, probabiliſque erit ignorãtia, ſi Epiſcopus in curia renuntiauerit, idq; tacuerit, vel ſi id inficiatus fuerit, at qui loco tãtum Pontifex renuntiauit (quod in dubio præſumitur) *c* non ſecus ac prius, poterit ordines ab Epiſcopo rogatus ſubdito illius conferre. *d*

Præfecti locorum non exemptorum, eorumque ſocij ab Epiſcopis promoueri poſſunt, quorum in Diœceſi reſident, quamdiu ibi morantur, quamuis inde oriundi non ſint. *e* Græci à Latinis, & verſa vice, vbi eorum ritus differunt, ad ordines prouehi non poſſunt, ne rituum fiant commixtiones. *f* Sed per Concilium Innocẽtianum prouiſum eſt, vt Epiſcopus, qui varios linguis & ritibus populos regit, viros idoneos præficiat, qui iuxta eorum ritus, eis ſacramenta Eccleſiaſtica propinent, & diuina officia celebrent. *g*

At, ſi quis tranſalpinus ab Italo Epiſcopo ordinum conſociationem poſtulet, non debet eum Epiſcopus promouere, niſi vel à Sum. Pontifice ſpecialem licentiam habuerit, vel Epiſcopi, cui ille ſubeſt, literas patẽtes legerit, quæ cauſam ad hoc idoneam teſtentur, quare ipſe noluerit, aut non poterit ad ordines petitos admittere. *a*

Presbyter, qui Epiſcopalem in laicos habet iuriſdictionem, & Abbas Presbyterorum ordini aſſociatus, & benedictionis munere donatus poſſunt Pſalmiſtas

creare,

b c. xi. ſeſſ. 7.

c Abb. c. 1. de ordin. ab Epiſc. qui renun.

d c. 1. & 2. de ordin. ab Epiſc. qui renun. ubi Ab.

e c. cũ nullus § ſi. de tẽp. ordin. in 6.

f c. cũ ſecundum. c. quod ad trãſlationem. de tẽp. ordin.

g ca. quoniã in plerisq;. de offi. ordi.

a cap. 1. ubi glo. uer. Italiæ. de temp. ordin. in 6.

creare, *b* ac nuper Synodus eadem Tridentina ſanxit, Abbatibus; & alijs quibuſcunq; quantumuis exemptis, non licere in poſterum intra fines alicuius Diœceſis conſiſtentibus, etiam ſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, cuiquam, qui regularis ſibi ſubditus non ſit, tonſuram, vel ordines conferre, nec ipſi Abbates aut alij exempti, aut Collegia, vel Capitula quæcumque etiam Eccleſiarum Cathedralium literas dimiſſorias aliquibus Clericis ſecularibus, vt ab alijs ordinentur, concedere poſſint, ſed horum omnium ordinatio ad Epiſcopos, intra quorum Diœceſis fines exiſtant, pertineat, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus, etiam quæ ſupra hominum memoriam ſint, & concedentes dimiſſorias contra formam huius decreti ab officio & beneficio per annum ſuſpendit, ac pœnam impoſitam his, qui contra recitatum ſupra decretum ab eadem Synodo ſub Paulo tertio profectum literas dimiſſorias ſede Epiſcopali vacante a Capitulo impetrant, ad eos præcepit extendi, qui eaſdem literas non à capitulo, ſed ab alijs quibuſuis obtinerent in iuriſdictione Epiſcopi ſede vacante loco capituli ſuccedentibus. *c*

b c. cũ cõtingat. ubi Abb. de ætat. & qual. c. 1. ubi glo. diſt. 69.

Hæretici quoque, excommunicati, & depoſiti, vera Sacramenta, veroſque ordines conferunt, ſi intentionem habeant, &, ſi traditam ab Eccleſia formam, ritusque præſcriptos conferendo ſeruarint, quamuis ordinati eos, qui ſibi manus impoſuerunt, ab Eccleſia præciſos eſſe non ignorarent, quos tamen ſic collatos ordines executio nequaquam ſequetur, nec cum ſcientibus erit diſpenſandum. Ac multò minus, ſi illi, qui ordines contulerunt, extremam manus impoſitionem, dum ſcilicet in Epiſcopalem ordinem cooptantur, extra Eccleſiam Catholicam acceperint, quemadmodum nec infraſcriptis quoque caſibus executionem accipient, nec diſpenſatione digni erunt, etiam ſi extremam manus impoſitionem eorum collator in Eccleſia acceperit, vt cum iterata vnctione

c c. 10. ſeſſ. 23.

maculati ſunt, vel Simoniacè à Simoniaco ordinati, vel rurſum baptizati, vel cum in fidei noſtrę pernitiem, ad eamque euertendam, & in contemptum Eccleſiæ hæreticis adhæſerunt, & ab eis ordinari voluerunt, *a* magna tamen eſt in ſupradictis omnibus Sum. Pontificis poteſtas.

a. Gl. et doc. in ca. 1. 9. q. 1. Sumiſte. uerſi. ordo. ſum. ang. uer. irregularitas §. 30. & 31.

Non ommittendum eſt, cum, qui à Sum. Pontifice ad aliquem ordinem euectus ſit, non poſſe ad ſublimiores ordines ab alio pariter, quam à Sum. Pontifice promoueri licentia ipſius Sum. Pontificis non impetrata, *b* non ideo tamen ordinarij ſubtrahitur poteſtati. *c*

b. c. cũ in diſtribuendis. de tẽp. ordi.
c. c. p tuas. de maior. et obedien.

Hoc autem potiſſimùm ſcire oportet, quòd ſi quis diuinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem abijciendus eſt de Eccleſia, & nunquam ordinandus. *d* Et Diaconus, qui miſſarum celebrationem vſurpare nundum ſibi manu ab Epiſcopo impoſita præſumpſerit, ad Sacerdotis officium non poterit promoueri, & à Diaconatu biennio, vel triennio Epiſcopi arbitrio ſuſpendetur. *e*

d. c. pe. de cleric. nõ ordi. min.
e. c. fi. de cleric. non ordi. miniſtr.

Qui Promoueri ad ordines non poſſunt. Tit. V.

NON tamen cuicunque petenti eſt ſupradictorum ordinum aditus patefaciandus, certæ enim perſonæ prohibentur, quibus cognitis ſimul intelligemus, quæ admitti ſoleãt. Et primùm Clericus fieri non poteſt ſeruus, *f* qui tamen matre eſt ingenua editus, & ſi patrem habeat ſeruum, cum ſeruus ipſe non ſit, ab ordinibus non arcetur. *g* Item, qui ſunt ex fornicatione præſertim à Presbyteris nati ad ſacros ordines non aſcendunt, niſi vt monaci fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes, *h* nullo tamen modo ad præfecturas admittuntur, *i* nec tamen adimitur Epiſcopo facultas indulgendi illegitimis, ut ad minores ordines, & beneficia ſimplicia, & animarum cura ſoluta peruenire poſſint, ad maiores autem ordines, & beneficia cum cura aſcendere cupientes ſedem Romanam adire eos oportet. *a*

f. c. 1. de ſer. non ordinã.
g. c. fi. eo. ti. de ſer. nõ ordinan.
h. cap. 1. de fil. presby.
i. d. cap. 1.
a. cap. 1. de fil. presb. in 6

Verùm nuper ſacroſancta Synodus Tridentina, vt paternæ incontinentiæ memoriam à locis Deo ſacratis, quos maximè puritas, ſanctitasque decet, longiſſime arceatur, prohibuit filijs Clericorum, qui non ex legittimo nati ſint matrimonio, in Eccleſijs vbi eorum patres beneficium aliquod Eccleſiaſticum habent, aut habuerunt, quodcùnque etiam diſſimile beneficium obtinere, & in dictis Eccleſijs quoquomodo miniſtrare, & penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerant, habere. Ad hæc ſtatuit, vt reciprocæ reſignationes, ſi quæ poſthac à parentibus Clericis, in fauorem filiorum fient, vt alter alterius beneficium conſequatur, in fraudem huius decreti, & canonicarum ſanctionum factæ omnino cenſeantur, nec collationes ſequutę vigore huiuſmodi reſignationum, ſeu aliarum quarumcunq;, quæ in fraudem factæ fuerint, ipſis Clericorum filijs ſuffragentur. *b* *b. c. 15. ſeſſ. 25.*

Item, qui publicam, ſolennemque pœnitentiam, qualem Agathenſe Concilium conſtituit, propter delictum aliquod ſibi indictam ſubierunt, ad Clerum non admittuntur, *c* quod ſi ex pœnitentibus quiſpiam quamuis alioqui bonus fuerit ordinatus, ſi per ignorantiam Epiſcopi id prouenerit, à Clero deponendus eſt, quia ſe ordinationis tempore non prodidit fuiſſe pœnitentem. Si autem ſciens Epiſcopus huiuſcemodi hominem ordinauerit, etiam ipſe ab Epiſcopatu ſuo ordinandi dumtaxat poteſtate priuandus eſt, niſi prius tamen eum cum iudicio diſpenſaſſet ad accipiendum eum ordinem, ad quem ordinem diſpenſandi poteſtatem Epiſcopus habebat, *d* ſi enim neceſſitas, aut uſus exegerit, poterunt inter Oſtiarios, vel Lectores deputari. *e* *c. ca. ſi quis poſt uſq; ad c. fi. diſt. 50.* *d. c. ex pœnitētibus diſt. 50.* *e. Arch. dicto. c. fi. diſt. 50. Diaz. in prat. crimi. c. 19.*

Bigamus quoque nec qui viduæ alteriusne corruptæ maritus fuit, ad Sacerdotium admittendus non eſt, *f* propter defectum Sacramenti, qua ratione etiam traditum eſt, maritum quoque adulteræ, qui poſt patratum ab ea adulterium ſe ipſi commiſcuit, quamuis *f. c. 1. de Bigam. & ca. nuper. vbi glo. uerſ. cognita. co. ti.*

id

id ignoraret, ordinibus tamen accipiendis aptum non cenſeri, etſi, quos acceperit, ordines exequi non prohibeatur, quos tamen, ſi eam prudens cognouiſſet, exequi non concederetur, nec præceptum Iudicis Eccleſiaſtici ad debitum vxori adulteræ reddendum eum compellentis, efficiet, quominus Bigamus eſſe interpretetur. *a* Bigamus tamen propriè is dicitur, qui duas nuptias expertus eſt, vtraque vxore per carnis copulã cognita nec refert, quod earum vxorum alteram, vel quam duxit viduam, ante baptiſma habuiſſet, in baptiſmate enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris conſortium relaxatur. *b.*

Sed &, ſi quis alterum coniugium de facto conſumarit, poſtquam morte primæ vxoris ſolutus ad ſacros ordines promotus erat, Bigamis annumerabitur propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto, licet vere Bigamus non exiſtat, cum Sacramentum non deſit, *c* hinc &, ſi quis in Subdiaconatus ordine conſtitutus, de facto tantùm, (de iure enim non potuit) duxerit viduam vxorem, quamuis Bigamus non exiſtat, nec viduæ poſsit verè dici maritus, cum inter ipſum & illam non fuerit vinculum coniugij contractum, cum eo tamen contra doctrinam Apoſtoli tanquam cum marito viduæ diſpenſare non licet, non quidem propter Sacramenti defectum, ſed propter effectum intẽtionis, cum opere ſubſecuto. *d* Et quiſquis duas vxores vel eodẽ tempore, vel diuerſis habuerit, quamuis alterius earum, vel etiam vtriusq; coniugium de iure inualidum eſſet, Bigamis tamen comparandus erit. *e*

Bigamus tamen non cenſetur plures concubinas habens, ſed poterit cum eo tanquam cum ſimplici fornicatore Epiſcopus quò ad Sacerdotalis officij executionem diſpenſare. *f.*

Item is, qui mulierem ab alio viro ductam, ſed minime tamen cognitam (puta ob prioris mariti mortem ante copulam ſecutam, vel religionis ingreſſum, vel frigiditatem) duxit vxorem, impediri non debet, quin poſsit ad Sacerdotium promoueri, quia nec

a cap. ſi cuius. vbi Præpo. diſti. 34. Diaz. tit. de Bigã. ca. 16. Abb. cap. 2. nu. 8. de Biga. Sum. Ang. uer. Bigamia. nu. 2. & Sum. Silueſt. eo. tit.

b ca. ſi quis viduam. 1. diſt. 34.

c ca. nuper. vbi Abb. de Bigam.

d c. fi. de Bigam.

e d. cap. nuper, vbi no. Abb. c. ſuper eo. de Biga. Sum. Angel. uer. Bigamia num. 7.

f c. quia circa. de Biga.

illa, nec ipſe carnem ſuam diuiſit in plures, & vbi deficit inter coniuges commixtio corporum, non deeſt ſignaculum Sacramenti. *g* Nec etiam ille Bigamus eſt, qui eius mulieris, quam duxit vxorem, ante contractum matrimonium florem violauit, quemadmodum viris Pontificij Iuris conſultiſſimis placuit. *h*

g c. debitũ. de Bigam.

h Glo. Abb. d. c. debitũ. verſ. diuiſit. Sum. Angel. ver. Bigamia num. 5.

Item qui procuratores, actores, aut tutores pupillorum vel curatores fuerunt, non poſſunt, niſi onere depoſito, & reddita adminiſtrationis ratione ad ordines admitti. *a*

a c. 1. de oblĩga. ad ratiõci.

Sed nec admittuntur hi, quorum corpus aliquo vitio deformatum eſt, veluti, qui manu carent, vel digitis frangendæ Euchariſtiæ aptis, *b* paruus tamen corporis defectus nihil impedit, puta, vnguis, vel dentis detrimentum, oculiue non deformis macula, *c* & poteſt Epiſcopus Presbytero, qui in Monomachia digiti partem amiſerit (non tamen tantam, quin poſſit ſine ſcandalo ſolenniter celebrare) indulgere, vt in ordine ſuo miniſtret, *d* quemadmodum etiam poteſt ſua & Apoſtolica authoritate Sacerdoti alioqui idoneo Sacerdotale officium permittere, qui virilia ſibi vltrò amputarit, credens ſibi ingens hoc facto meritum apud Deum quęſitum iri, huic tamen altaris non concedet miniſterium, niſi iuſta quæpiam cauſa ad hoc eum impuliſſet, *e* at, qui in cunabulis ſectus eſt, licitè promouetur. *f*

b cap. 1. de corp. vicia. & cap. presbyter. de clericægro.

c cap. 2. & fi. de corp. vici.

d cap. 1. de corp. vici.

e c. ex parte M. de corp. vici.

f c. ex parte B. eo. tit. de corp. vicia.

Item is, cui caſu aliquo contigerit detrimentum corporis pati, dum operi ruſtico forte curam impendit, aliudue quid faciens ſe non ſponte percutit, hunc canones permittunt & Clericum fieri, &, ſi in Clero fuerit repertus, non abijci, quod de his quoque dicendum eſt, qui propter languorem à Medicis ſecantur, à Barbaris abſcinduntur, aut à Dominis inuiti caſtrantur. *g* Illi autem, cui etiam inuito erutus eſt oculus, non poſſunt ſecundum Canones Sacerdotij Iura concedi. *h*

g c. qui partẽ. diſt. 55.

h c. ſi euangelica. ca. diſtin. 55.

Item hi prohibentur promoueri, quos vel facti euidentia, vel Iudicis ſententia, vel propria ipſorum

confeſſio palàm facit graui cuipiam crimini eſſe obnoxios, veluti adulterio, periurio, falſo teſtimonio, alijue eiuſdem atrocitatis crimini, quod ſi occultum eſſet huiuſmodi piaculũ, aliudue eius generis etiam degradationis pœnam, vbi foret manifeſtum, inferre potens, ordinibus quidem acceptis proculdubio vti non impedientur acta prius pœnitentiæ illis indictæ parte, ſed nec à ſublimioribus quoque arceri debebunt, amicè tamen erunt monendi, vt eos ne velint ambire. *i* Homicidij autem quamuis occulti reus omnino ab ordinibus repellendus eſt, *a* & ſi pœnitentiam delicti iam ſubijſſet, nam & Dauid Rex pœnitentia acta audijt à Domino, quòd ſanguinarius vir eſſet, ei templum ne ædificaret, nec refert, an propria manu, & facto, puta, vt miles, an præcepto, vt Iudex, an conſilio, vt cum forte aſſeſſor eſſet, an dum ſe ab iniuria tuetur, quam poterat citrà ſanguinem propulſare, quis homicidium patrarit, vt à Clericali ordine ſummoueri debeat, *b* nam & ſi Iudex, aſſeſſorue & alij in quibusdam caſibus ſanguinem effundendo non peccent, dum vel in facinoroſos homines gladij Ius exercent, vel exercentibus conſulunt, aliudue vt dictum eſt non illicitum opus faciunt, non tamen irregularitatis exortes abeunt, *c* quod ſi caſu, & citra aliquam culpam, dum rei licitæ operam quis daret, præter omnem intentionem homicidium quis patrarit, non prohibendus eſt, intra Clericorum ordinem recipi. *d* Sin vel rei illicitæ operam dabat, vel culpa caſum præceſſerit, non erit permittendus ad Clericalem ordinem aſcendere, vel in ſacris ordinibus miniſtrare, quamuis iniuncta illi digna pœnitentia, poſſit cum eo benigne agi, vt in minoribus ordinibus feratur, *e.*

Sed hoc in loco non alienum duxi referre, quid de homicidis eadem ſacroſancta Synodus Tridentina in hac materia ſtatuerit, eius hæc ſunt verba. Cvm etiam qui per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari auelli debeat, qui ſua voluntate homicidium perpetrarit, etiam ſi crimen id nec ordine

a. c. ex tenore & c. ſi. de temp. ordin. & vtrobiq; glo. et Butr.

a. d. c. ſi.

b. c. ſi quis viduam vbi glo. diſt. 50.

c. Glo. 1. d. c. ſi quis viduam.

d. c. lator. de homici. & c. dilectus filius & in trib. ca. ſeq. eo. tit. de homic.

e. c. presbyter. c. continebatur. c. ad audientiam. de homici.

ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poſſit, nec illi aliqua Eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi curam non habeant animarum, conferri liceat, ſed omni ordine, ac beneficio, & officio Eccleſiaſtico perpetuò careat, ſi verò homicidium non ex propoſito ſed caſu vel vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum narretur, quā ob cauſam etiā ad ſacrorum ordinum, & altaris miniſterium, & beneficia quecunque, ac dignitates iure quodammodo diſpenſatio debeatur, committatur loci ordinario, aut ex cauſa Metropolitano, ſeu viciniori Epiſcopo, qui non niſi cauſa cognita, & probatis proceſſibus, ac narratis, nec aliter diſpenſare poſſit. *a.* *a. cap. 7. ſeſſ. 14.*

Illud tamen non eſt ignorandum, nihil clerico imputari debere, qui petierit à Iudice laico ad repetendas forte res ſuas ſibi contra aliquem iuſtitiam fieri, quamuis Iudex ille ſic iuſtitia dictante, contra reum ſanguinis vindictam exerceat, *b* modò Clericus coram Iudice teſtatus ſit expreſsè, quod vindictam, ſeu pœnam ſanguinis vllam non expoſcebat. *c.* *b. c. poſtulaſti. de homi.* *c. cap. 2. de homici. in 6.*

Item qui olim furioſi fuerunt, & quorum corpora à Dœmone olim obſeſſa fuerunt, aut in terra arrepti à Dœmonibus eliduntur, ordinari non poſſunt. *d.* *d. c. maritū. cum duobus cap. ſeq. diſt. 33.*

Illiteratus quoque vel primæ tonſuræ incapax eſt, & coniugatus, niſi volens religionem ingredi, aut ad ſacros ordines promoueri, prout eſt ſacris ordinibus difinitum, *e* id eſt, ſi ab vxore continentiam profitente, coniugatus, vt religioni ſe addicat, fuerit abſolutus. *f* Eadem quoque ſacroſancta Synodus Tridentina ſub Pio Quarto in hanc rem animaduertit ſtatutens, vt minores ordines his ſaltem, qui linguam Latinam intelligant, per temporum interſtitia, niſi aliud Epiſcopo expedire magis videretur, conferantur, vt eò accuratius quantum ſit huius diſciplinæ pondus, poſſint edoceri, ac in vnoquoque munere *e. c. fi. de tēp. ordin. in 6.* *f. c. 2. de conuer. coniug. dicetur inf. eo. tit. de conuer. con.*

iuxta

iuxta præſcriptum Epiſcopi ſe exerceant, idque in ea, cui adſcripti erunt Eccleſia, niſi forte ex cauſa ſtudiorum abſint, atque ita de gradu in gradum aſcendant, vt in eis cum ætate vitæ meritum, & doctrina maiorum accreſcat, cumque hinc ad altiores gradus, & ſacratiſſima myſteria ſit ingreſſus, nemo his initietur, quem non ſcientiæ ſpes maioribus ordinibus dignum oſtẽdat. Hi verò non niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi gradus minorum ordinũ ad ſacros ordines promoueantur, niſi neceſſitas, aut Eccleſię vtilitas iudicio

g c. 11. ſeſſ. 23. Epiſcopi aliud expoſcat. g Item ſanxit, vt prima tonſura non initientur, qui ſacramentum confirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & ſcribere neſciant, & de quibus probabilis coniectura non ſit, eos non ſecularis iudicij fugiẽdi fraude ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vi-

h ca. 4. ead. ſeſſ. 23. tæ genus elegiſſe. h Item adiecit, vt ad maiores ordines promouendi bonum à parocho, & à magiſtro Scholæ, in qua educantur, teſtimonium habeant. Hi verò, qui ad ſingulos maiores erunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt nominibus ac deſiderio eorum, qui volent promoueri, publicè in Eccleſia propoſitis, de ipſorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita, à fide dignis diligenter inquirat, & literas teſtimoniales ipſam inquiſitionem factam continentes ad ipſum Epiſcopum quam primum tranſ-

a cap. 5. ea. ſeſſ. 23 mittat. a

Addidit inſuper, vt Subdiaconi, & Diaconi ordinentur habẽtes bonum teſtimonium, & in minoribus ordinibus iam probati, ac literis, & his, quæ ad ordinẽ exercẽdum pertinent, inſtructi. Et promoti ad ſacrum Subdiaconatus ordinem, ſi per annum ſaltem in eo nõ ſint verſati, ad altiorem gradum, niſi aliud Epiſcopo videatur, aſcendere non permittantur. At, qui ad Presbyteratus ordinem aſſumẽdi ſunt, non modò oportet eos in Diaconatu ad minus per annum integrũ, (niſi

ob

ob Eccleſiæ vtilitatem,& neceſſitatem aliud Epiſcopo videatur) miniſtraſſe, ſed etiam aptos eos eſſe decet ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſariũ eſt ad ſalutem,& ad Sacramenta miniſtranda;*b* *b c. 13. & 14. ad. ſeſſ. 23.*

Et cum in teneris annis non poſſit aliquis rerum vſus, nec conſilij,& morum maturitas vigere, quæ ante ætatem vt plurimum venire non ſolent,&, cum non deceat, vt intra Eccleſiaſticos ordines quis recipiatur, qui non intelligat, quid agatur,& qui fari non poſſit, dum Eccleſiaſticæ militiæ nomen dat, propterea certa etas in ſingulis ordinibus deſideratur. Nam primùm ad infimum etiam ordinem Pſalmiſtarum nemo infans, id eſt, minor ſeptem annis admittitur, ſed eam ætatem exceſſiſſe eum oportet, niſi vt religioni ſe deuoueat, ordinis conſociationem petat, *c* ſic & Oſtiarius, Lector, Exorcyſta, maior infante effectus quis eſſe poteſt, Acolytus anno duodecimo. *d* Vſus tamen hodiernus recepiſſe videtur, vt etiam ad Acolytorum ordinem poſt infantiam quis admittatur. At Subdiaconus in anno decimo octauo, Diaconus viceſsimo, Presbyter quinto ſuprà viceſsimum hoc iure quis eſſe poteſt, dummodo eam ætatem attigerit, licet non impleuerit, *a* quod per Clement. v. ſtatutum fuerat, cum tamen ante ipſum grandior ætas requireretur. *b* *c c. fi. de tempor. ordr. in 6.* *d Gloſ. in ſum. d. ſt. 77. & c. in ſingulis. ea. diſtin. & cle. fi. gl. fi. de ætat. et qual.* *a clem. fi. de æta. et qual.*

Verùm hodie prædicta ſanta Synodus Tridentina conſtituit, vt nullus in poſterum ad Subdiaconatus ordinem ante vigeſsimum ſecundum, ad Diaconatus ante vigeſsimum tertium ætatis ſuæ annum promoueatur, admonens tamen non ſingulos in ea conſtitutos ætate, ad hos ordines aſſumi debere, ſed dignos dumtaxat,& quorum probata vita, ſenectus ſit, ſtatuit etiã ſimul, vt regulares nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur priuilegijs quibuſcunque quo ad hoc penitus excluſis. *c* *b d. c. in ſingulis. cũ ſeq.* *c c. 12. ead. ſeſſ. 23*

Sin quis ante ætatem à ſacris Canonibus ſingulis ordinibus præfinitam alicui ordini aggregatus fuerit, characterem quidem recipiet, non tamen, quæ

eius

d.Glo.d.cle. ſi.uer.anno. Sum. Angel.uer. ætas. Rebuf. in praxi. tit. ſine ante ætatem. e.Rebuf. in praxi.tit.de cler.ad ſacr. ord. prom. gl.3.nu.3. f.Glo. d.cle. ſi.uer.anno, vbi doct. Rebuf. vbi ſupra nu.13. g. Mandos. reg.18.cancel.q.pri.n.3.ad fi. qui teſtatur de cõmuni.doc. e. ſi ex eo. c. ſi eo tempore. de elect. in 6. c. ſi eo tempore. de reſcrip. in 6. h.reg.18.cãcel. a.c.cũ in cũctis.de elec. b.d.c.cum in cunctis §.in feriora.

eius ordinis ſunt, exequi concedetur, quoad eò ætatis per venerit. *d* Quinetiam ad ſacros ordines ante ætatem non præcedente diſpenſatione irrepentes, non prius ad executionem eorum admittentur, quàm id Sum. Pontifex conceſſerit *e* vt Iulij Secundi conſtitutione ſancitum eſt, *e* neque poteſt Epiſcopus, vt ante præfinitam à iure ætatem intra Eccleſiaſticos ordines ſuſcipiatur, ius alicui facere, ſed ſolus Pontifex Rom. hoc concedendi poteſtatem habet. *f*

Quæri etiam hic poteſt, quamuis de ordinibus in primis agamus conferendis, quoto ætatis anno poſſit quis Cathedralis, alteriuſue collegiatæ Eccleſiæ Canonicus creari, Et, cum Iuris Pontificij Doctores in varias ſententias diſtraherentur, his quidem aſſerentibus completo ætatis anno ſeptimo Canonicum effici quem poſſe, quam ſententiam frequentioribus calculis receptam aſſerunt, *g* alijs verò tutius, & Eccleſiæ ſalubrius conſilium adſtruentibus, vt nequis ante pubertatem ad Canonicatum promoueatur, Propterea, vt has forte quæſtiones dirimerent, Pontifices Romani ſuis regulis Cancellariæ ſancire conſueuerunt, vt in Cathedralibus quidem Eccleſijs nemo niſi poſt decimum quartum ætatis annum, in alijs verò collegiatis niſi poſt decimum Canonicus eſſe concedatur niſi proprio, & ſpeciali Pontificis Romani dipplomate nitatur. *h*

Atque vt hinc diſcatis, quæ ætate ſoleat quis vnicuique dignitati, vel beneficio aptus, idoneuſque à Iure cenſeri. Sciendum eſt, quod Epiſcopatui quis aptus nõ cenſetur, qui non exegerit annum triceſſimum, *a* alij verò dignitati inferiori, niſi viceſſimum quintum annum attigerit, *b* quæ ætas annorum viginti quinque etiam in eo requiritur, cui cum beneficio cura animarum iniungenda ſit, quòd ſi animarum cura ſolutum ſit beneficium, regiminis tamen alicuius onus ſentiat, quartus decimus annus ſufficiet, ſed nullo dato regiminis onere vel titulo, ſæptem annorum ætas quem idoneum faciet, dum nullam conſilij maturitatem

eiuſcemodi beneficium deſideret. *c* At ſi de regulari bus beneficijs agatur, Abbas quidem vigeſimo quinto anno, Abbatiſſa vel Prioriſſa triceſſimo renunciari poteſt. *d* Sed Prior, qui vel Collegio præſit, vel curam habeat animarum per ſe illam exercens anno pariter viceſſimo quinto, ſin curam animarum per ſe non exerceat, anno viceſſimo, at ſi neque collegium, neque animarum curam talis Prior habiturus ſit, anno decimo quarto eſſe concedetur, *e*

Sed, vt ad propoſitam, inceptamq; eorum, qui ordinari non poſſunt, materiam redeamus. Sciendum eſt, quòd, cum admitti non debeant hi, quibus ſupradicta, aliaue iuridica obſtant, propterea ordinarij partes erunt, vt neminem ad ordines promoueat, niſi probatum, & examinatum, cum præceptum ſit, ne cui cito manus imponatur. *f* Vt ergo breuibus concludatur, cum Eccleſiaſtici ordines augendi ſunt, Epiſcopus Sacerdotibus, & alijs prudentibus viris diuinæ legis peritis, atque in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis ſibi adſcitis ordinandorum genus, ætatem, perſonam, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem, vitam, patriam, locumque vbi educatus ſit, diligenter inueſtigare, & examinare debet, *g* quod etiam ſacroſancta Synodo Tridentina eſt nuperrime innouatum. *h*

Quod, ſiquis, vt huiuſmodi examinationem, & ſcrutinum ſubterfugiat, furtiuè ordines ſurripuerit, puta, ingerendo ſe multitudini ordinandorum ignorante Epiſcopo, is & maiorum ordinum ſuſcipiendorum ſpe, & ordinis illius, quem ſuſceperit, executione interdictus erit, quam ſolus Pontifex Romanus reſtituere poterit, vbi huiuſmodi ordinum ſuppilatores excommunicatione lata perculſi eſſent, *a* quod ſi nulla eſſet cõtra huiuſmodi homines lata excõmunicatio Epiſcopus, & Abbas poſſent cum eis benignè agere. *b*

Nec eſt prætereundum, quod, ſi quis prætermiſſis aliquibus gradibus non ſuperbia, ſed negligentia ad maiorem gradum aſcenderit, tãdiu à maioribus abſtinere

c Abb. c. ſuper inordinata. col. fi. de præben.

d c. indemnitatibus. ubi glo. de elect. in 6.

Abb. d. c. ſuper inordinata.

e Abb. d. c. ſuper inordinata.

f c. 1. c. nullus ordinetur. diſt. 24.

g c. quando Epiſ. diſt. 24.

h ca. 3. ſeſſ. 23.

a cap. 1. & ſeq. de eo qui fur. ord. ſuſcep.

b d. c. 1. & ſeq. ubi glo. Sum. Ange. uer. irregularitas. Diaz. in pract. c. 21.

[illegible] characterem recipiat, quamdiu
[illegible] accipere diſtulerit. c Et cō
[illegible], vt cum promotis per ſal
[illegible] Epiſcopus ex legitima cau
[illegible] d

[illegible] Ordinationum. Tit. VI.

C[illegible] tempora ſtatuta ſunt, extra [illegible] quempiam aggregari, nā [illegible], quibus ab Eccleſia [illegible], quo Chriſti Dei ſer- [illegible] & celebratur memoria, [illegible] Dominicam, quę de Paſſio [illegible] mediæ quadrageſimæ heb- [illegible] poſſunt, e alijs die- [illegible] Summo Pontifice, nec vl- [illegible] poteſt, f & ſupradictis [illegible] quę contra hæc ad ordines [illegible] expertes debent, do [illegible] conſecuti, quique [illegible] alios deinceps ad hos or- [illegible] g [illegible] tamen hoc modo re- [illegible], prohibentur enim [illegible], quamuis intrà [illegible] h

[illegible] Synodus ſub Pio Quarto nu [illegible] ſacrorum ordinū [illegible] in Cathedrali Eccleſia [illegible] Eccleſiæ Canonicis publicè [illegible] Diœceſis loco, præſente [illegible] poterit. Eccleſia ſem [illegible] Synodus antiquorum ca- [illegible], vt cum Epiſco- [illegible] omnes, qui ad ſa [illegible] feria quarta an [illegible] quando Epiſcopo videbi- [illegible] i

Minores

Minores autem ordines quibuſlibet feſtis diebus vni, aut alteri conferri poſſunt, *b* ſed eadem perſona eodem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos ordines ſacros aſcendere nequit, quinimo, ſiquis aliquẽ eadem die ad plures ſacros ordines admiſerit, eſt tandiu ab ordinandi poteſtate ſuſpendendus, donec gratiam meruerit obtinere. *e*

b. c. de eo. extra eo. tit.

c cap. dilectus. eo. tit.

Vidimus de ordinibus Clericorum, quique ad eos ordines admittendi poteſtatem habeant, ac, qui admitti poſſint, & quibus temporibus. Deinceps videndum erit de officijs, & dignitatibus eorum, quæ, cum electione frequenter conferãtur, prius de ipſa electione nobis diſſerendum eſt.

De Electione Tit. VII.

ELECTIO igitur eſt vocatio alicuius hominis ad præfecturam, vel ſocietatem fraternam. Canonicè facta. *d* Ordinarium eſt enim, vt non poſſit quis dignitate aliqua, aut munere præcipuo in aliquo collegio eminere, niſi ab ipſo collegio ad id lectus ſit, ſeu Epiſcopi, ſeu alterius præfecti nomẽ affectet. *e* Quin & ipſe Pontifex Romanus qui vniuerſi orbis habenas moderatur CHRISTI Dei & Domini noſtri Vicaria opera fungens in terris eò faſtigij non niſi ex Patrum Cardinalium electione aſſumitur, in qua celebranda quæ forma vel ſolennitas exigatur, diſertè præſcripſit Gregorius Decimus in generali Concilio Lugdunenſi, Item Clemens Quintus, vnde petenda eſt, nam hodie ferè ſeruatur. *f* In qua tamen Summi Pontificis electione interim non omittam, hoc præcipuum eſſe, quod ſi à paucioribus, quàm à duabus partibus aliquis electus fuerit, ad Apoſtolatus officium, niſi maior concordia interceſſerit, nullatenus aſſumendus eſt, hoc enim in Romana Eccleſia ſpeciale conſtituitur, quia non poterit ad ſuperiorem recurſus haberi, *a* quamuis in alijs electionibus maioris & ſanioris partis debeat ſententia præuale-

d Gl. c. 1. de poſtul. prælat. ĩ 6. ver. uera.

e cap. 1. de elect.

f c. ubi periculũ, eo. tit. in 6.

a c. licet de uitanda. extra eo. tit.

re, quia quod in eis dubium venerit, ſuperioris poterit iudicio diffiniri. b Item & hoc in Summi Pontificis electione præcipuum eſt, quod maior pars poteſt aliorum acceſſione ad duas vſque partes augeri. c Et quia ſedes Apoſtolica cunctis in orbe terrarum præfertur Eccleſijs, nec vllus ei præeſſe poteſt Metropolitanus, idcirco Cardinales Epiſcopi Metropolitani vice funguntur, dum electum Antiſtitem ad Apoſtolici culminis apicem prouehunt conſecrandum, d poteſt tamen Sum. Pontifex etiam antequam conſecratus ſit, vel in throno poſitus, adminiſtrare. e Et, ſi facta Summi Pontificis electione bellica tempeſtas, vel qualiſcunque hominum conatus malignitatis ſtudio reſtiterit, vt is qui electus eſt, in Apoſtolica ſede iuxta conſuetudinem inthronizari non valeat, electus tamen ſicut verus Papa Romanæ Eccleſiæ regendæ, rerumque ipſius diſponendarum authoritatem obtinebit. f

Summo Pontifice ſuperſtite nemo poteſt eo inconſulto de electione futuri Pontificis tractare, niſi loci ſui dignitate, vel communione priuari velit. g nec poteſt quis niſi per diſtinctos gradus aſcendens Diaconus, aut Præsbyter Cardinalis factus fuerit, ad Sacrũ Pontificatus ordinem promoueri. h

Verùm, quia ipſe Romanus Pontifex eorum primam curam gerit, quæ animarum ſalutem reſpiciũt, quibus dum intentus eſt, contingit nonnunquam Eccleſiam inſanis perditorum hominum furoribus, & bellis vexari, quibus vt forti manu obuiam iri poſſit, Paſtore ipſo interim à diuinis miniſterijs non auocato, ſtrenuo atq; impigro duce opus erat, atq; in Chriſtianum nomen propenſo, cuius armis, prudentia, & conſilio Eccleſiæ hoſtes comprimi poſſent, atque ita eius ductu, & auſpicijs, & veluti ſub eius clipeo Eccleſia tutò conquieſcere, idcirco Imperator Romanorum creatur, quem hodie certi Principes Germani eligunt, Pontifex Rom. examine præuio approbat, inungit, conſecrat, ac demum corona donat, aut, ſi cum

b d. c. licet de uitanda.

c Abb. d. c. licet de uitanda. per illũ tex. num. 8. not. 8.

d c. in nomine domini. §. certus. diſ. 23.

e Abb. d. c. licet de uitanda.

f d. c. in nomine domini. §. planè poſtquam.

g cap. 3. diſtin. 79

h ca. nullus unquã. diſt. 79.

tanto

tanto culmine dignum non iudicarit, vt quia forte eum ſacrilegum, vel excommunicatum, vel fatuum, vel hęreticum, aut paganum inuenerit, reijciendi etiã ipſius poteſtatem habet, licet etiam concordibus votis electus eſſet. Sed & cum Sum. Pontifex illos ſegnes videt, quibus deligendi Imperatoris poteſtas competit, poteſt eorum incuria animaduerſa (quæ in tantæ molis negocio omnino fugienda eſt) ipſe ea vice hoc eligendi Imperatoris munere fungi, aut, ſi paria electorum ſuffragia diuerſos petentium viderit, eius arbitrio committetur quem ex eis conſecrare, & corona donare voluerit. *a* Sed de huius electione alibi diffuſe, nos hic de illis electionibus tractemus, quæ cuiuis præfecto communes eſſe poſſunt. Illud tamen non omittam, quod & ſi dixerimus Imperatorem conſecrari & quamuis vt Subdiaconus Epiſcopo ſacra facienti miniſtret, non tamen intrà ordines Eccleſiaſticos, neque Subdiaconorum, neque vllos alios cenſeri, ſed militari charactere dumtaxat eum inſignitum, & compunctum eſſe credendum eſt. *b*

a c. uenerabilem. extra eo. t. de elec.

b Glo. ſi. ca. ualētianus diſti. 63. ubi doct.

Principio igitur (vt de electione præcepta generatim tradamus) ſciendum eſt, tribus modis electionem fieri ſolere, nam, vel omnes, penes quos eſt poteſtas eligendi, repente quodam quaſi ſpiritu, & diuino numine afflati, nemine eorum in diuerſa trahente in eundem eligendum conueniunt, quæ electio in optimos & ſanctiſſimos homines Dei volontate quandoque incidit, aut electores, ſeu, vt ſe hoc eligendi onere liberent, ſeu forte, vt minore turba res exitum ſortiatur (quæ ſolet plerunque in huiuſmodi negocijs oriri) in aliquos vel ex ſuo collegio, vel etiam extraneos homines id muneris ex compromiſſo ea vice transferunt, aut deniq; (quod frequentius in vſu eſſe ſolet) ipſi, quibus eligendi ius eſt, ſingulas omnium ſententias inter ſe exquirentes eum eligunt, qui crebrioribus prudentiorum hominum calculis optatus fuerit. *c*

c c. quia propter. extra eo. tit. de elect.

Ad electionem autem faciendam euocandi omnes ſunt, quibus ſuffragiorum Ius competit (nam vel vno

omiſſo electio infirmari poteſt, quamuis multorum contradictio non ſemper electionem irritam faciat) modò in prouincia adeò propinqui ſint, vt commodè vocari poſſint, quid enim ſi in extremis remotisque latiſſimæ prouinciæ locis, & à comitiorum loco multum diuiſis quiſpiam agat, vnde non ſine magno dierum interſtitio, & conſequenter magno Eccleſiæ detrimento expectari poſſet, quod Iudicis, id eſt, Prælati illius, ad quem confirmationis ergò eundum erit, arbitrio committetur, neque enim certum præceptum huiuſce rei dari poteſt, verùm ipſe Iudex pericula imminentia, viarum diſcrimina, & longinquitates, bellorum tumultus, & prophanę poteſtatis vim, atque abuſum, imminentis ſciſmatis periculum cautè penſabit, omniumque huiuſmodi rationem pro re habebit, poteſt tamen (vt plures tradiderunt) conſuetudine induci, vt etiam remotiſſimo in loco abſentes ad electionem vocari oporteat, modò non magnum Eccleſię incommodum id temporis interuallum inuehat, ſic contra, ſi qui extra prouinciam quidem exiſtant, ſed non multum tamen remoti ad comitia euocandi erunt. *a*

Eligere autem poſſunt omnes ex illo collegio, cui Paſtor, vel miniſter quæritur, dummodò idonei ſint, ſed impubes, cum nullum eius animi iudicium ſit, *b* & excommunicatione maiore vel ſuſpenſione illigatus eligendi ius nullum habet, *c* nec quis in Cathedrali, aliaue collegiata Eccleſia ſeu ſeculari, ſeu Regulari, ſuffragiorum ius habet, qui in Subdiaconorum ordinem receptus non ſit, *d* nec, qui ad eos ordines intra annum, cum poſſet, promotus non eſt, quos dignitas, perſonatusue, aut officium ſuum exigit, *e* nec, qui illi Regulæ, cuius collegio Paſtor dandus eſt, nondum ita ſe addixit, vt inter profeſſos vel tacite vel expreſſe cenſeri poſsit, cum profeſsis deligendo Pręlato in Eccleſijs Regularibus, vel monaſterijs ſuffragari poterit, nec Laici conuerſi (vt vocant) in comitijs cū Clericis intererunt, *f* quanto minus Laici ſimplices, repelluntur enim, quamuis Eccleſia Paſtore viduata

a c. coram. & c. ſeq. ubi glo. & Abb. extra eo. tit. de elect.

b cap. ex eo quod i prin. eo. tit. in 6.

c c. illa quottidiana. ubi doct. eo. ti. et c. fi. ubi doc. de procur. et c. fi. de cler. excom. miniſtr.

d cle. vt hi. de ætate & qual. ubi gl.

e d. cle. ut hi.

f c. ex eo. in prin. et fi. cū gl. eo. ti. i 6.

eorum in patrocinio eſſet, contraria etiam conſuetu- *g c. ſacroſan*
dine non attenta, *g* nec attenta aliqua inter ipſum *cta. et c. meſ*
patronum, & Prælatum, ac Capitulum contra hæc in *ſana, et vtro*
nita conuentione, quamuis patronus, vt factæ electio- *biq; glo. &*
ni aſſentiatur, adeundus ſit. *h* Et quisquis electioni *doct. extra*
de ſe factæ per ſecularis poteſtatis abuſum conſenſe- *eo. tit.*
rit contra canonicam libertatem, electionis illius *h d. ca. meſ-*
commodo carebit, & ineligibilis in poſterum fiet, nec *ſana. & d. c.*
abſque diſpenſatione ad dignitatem aliquam admit- *ſacroſancta,*
tetur, ac qui electionem huiuſmodi, quæ ipſo iure irri *& utrobiq;*
ta cenſetur, præſumpſerint celebrare, ab officijs, & be- *glo. & doct.*
neficijs per triennium penitus ſuſpenduntur, eligendi
tunc poteſtate priuati. *a* *a cap. quiſ-*

Eligendum pariter vndequaque idoneum eſſe opor *quis. extra*
tere, nemo ambigit, eumque præſertim, qui ad Cathe *eo.*
dralis Eccleſiæ regimen aſſumendus eſt, adeò quidem,
vt tametſi de ipſius Eccleſiæ gremio aſſumi aliàs o-
porteat, vbi idoneus in ipſa reperitur, ſi tamen ido-
neus in ea nemo repertus fuerit ex alia Eccleſia aſſu-
mi non prohibeatur, *b* quin & traditum eſt, ſi electo- *b c. in nomi*
res idoneum quidem aliquem elegerint, cum tamen *ne Domini*
alius magis idoneus in promptu eſſet, qui eligi poſ- *§. eligatur*
ſet, non carere ipſos culpa, imo conſcientias ſuas vul- *autem. diſt.*
nerare, quamuis electio teneat. *c* *23. ubi glo.*

Is igitur cui Cathedralis Eccleſiæ regimen com- *uer. gremio.*
mittendum eſt, natalibus in primis, vt ſcilicet ex legi- *c Abb. c. con*
timo ſit matrimonio natus, dehinc ætate virili, id *ſtitutis nu.*
eſt (vt etiam ſuprà admonuimus) triginta annorum, *7. de appel-*
item grauitate morum, & literarum ſcientia conſpi- *lat. vbi ap.*
cuus eſſe debet. *d* Et poſtremo ſancta Synodus Tri- *Dec. cõſ. 72.*
dentina conſtituit, vt ſit etiam in ſacro ordine antea *d c. cũ in cũ*
ſaltem ſex menſium ſpatio conſtitutus, quarum rerũ *ctis. extra*
inſtructio, ſi eius notitia nulla, aut recens in curia fue *eo.*
rit, à ſedis Apoſtolicæ Legatis, ſeu Nuntijs prouincia
rum, aut eius ordinario, eoq; deficiente à vicinioribus
ordinarijs ſumatur, ſcientia verò eiuſmodi polleat, vt
muneris ſibi iniungendi neceſſitati ſatisfacere poſſit,
ideoq; antea in vniuerſitate ſtudiorum magiſter, ſiue

 doctor,

doctor, aut licentiatus in ſacra Theologia vel Iure canonico meritò ſit promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur, quod ſi Regularis fuerit, à ſuperioribus eiuſdẽ Religionis ſimilem fidem habeat. *e*

e cap. 2. ſeſſ. 22.

Suffragia autem pura, certaq; eſſe debent, non ſub conditione, incertaue, aut ambigua, nec diſiunctiua ferri inania enim hæc eſſent, & non modò cæterorum vim non impedirent, ſed etiam illis accreſcerẽt, *f* nec ſuffragium per literas abſentis declaratum valet, licet nullus ex collegio vellet ipſius eſſe procurator, nec ipſe nolente capitulo extraneum poſſit procuratorem conſtituere, votum ſi quidem non ante ſcrutinium, ſed in ipſo ſcrutinio ſecretò, & ſigillatim eſt proferendum, *a* per procuratorem quidem licebit votum exarare, qui procurator eiuſdem collegij ſit, modò iuſte impeditus dominus abſit, quod impedimentum, ſi opus fuerit, iureiurando affirmare eum oportebit, & dummodo ibi ſit, vnde vocari eum ad electionem celebrandam oporteat. *b*

f cap. 2. eo. tit. in 6.

a c. ſi quis. §. fi. eo. tit. in 6.

b c. quia propter. §. illud antẽ. extra eo. tit.

Procurator autem ex ipſo collegio conſtitutus, quem ſuo nomine legerit, eundem & vice domini eum conſtituentis eligere debet, niſi ſpeciali mandato domini ei præſcriptum ſit, quem nomine ipſius eligere debeat. *c*

c d. c. ſi quis. §. porrò. i 6.

Non tamen neceſſe eſt omnium ſuffragia in vnum conuenire, ſed tantùm maiorem, ſanioremq; collegij partem, nec rurſum ſatis fuerit, quem plura competitoribus ſuis puncta retuliſſe, niſi ea dimidiam totius collegij partem tranſcendant. *d* Cæterùm duabus electionibus factis, ea longè firmior habenda eſt electio, quæ oppoſitam electionem duplo maiore ſuffragiorum numero ſuperarit; hæc enim niſi electorum authoritate penitus ſublata infirmari nequit, veluti excommunicatione maiore, ſuſpenſione, depoſitione, ſimonia, *e* aut electi enormi inſcitia, vel vitio, aut ſimili exceptione oppoſita, *f* alia vero leuior exceptio, electoribus, aut electis oppoſita

d c. Eccleſia veſtra 1. & 2. extra eo. tit.

e c. pe. extra eo. tit.

f c. cum nobis. extra eo. tit.

nihil

nihil oberit, veluti ſi ſuam ipſorum, aut electi grauitatem, ſcientiam, integritatem, illa aduerſariorum, aut hominis ab eis electi maiorem, magisue conſpicuam aſſerant. *g*

Sed, ne quid vos lateat, hæc forma in electione ex ſcrutinio celebranda obſeruatur. In primis enim collegium in loco idoneo ad hoc negotium obeundum præfinito congregatum, *h* tractatu præhabito, *i* ex ſuo corpore idoneos aliquos homines eliget, quorum cura ſit, omnium ex collegio ſententias ſecretò, & ſigillatim exquirere, & deſcribere, nam & ſanta Synodus Tridentina conſtituit, in electione ſuperiorum quorumcunque, Abbatum temporalium, & aliorum officialium, & generalium & Abbatiſſarum, atque aliarum Prælatarum, quò omnia recte & ſine fraude fiant, omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur. *a*

Illi igitur, quibus hoc ſcrutandi negocium mandatum fuerit, munere ſuo perfecto confeſtim omni cunctatione abiecta quicquid ſequutum fuerit, palàm in collegio recitabunt, quo facto non licebit electoribus amplius vota ſua reuocare, vel mutare. *b*

Electiones autem clandeſtinas à iure, admitti non ſolere certũ eſt, vt, quæ fiunt ſingulariter, & per occultas cõuenticulas, & quarũ nulla ſit facta publicatio. *c*

Diuulgatione ſcrutinij in collegio facta, ipſa ſuffragia ſunt inter ſe conferenda, & quæ plura, maiorisque ponderis fuerint, eligenda, moxq; electio pronuntianda, ſi à maiore collegij parte celebrata fuerit, *d* ad quos etiam, ſi oportuerit, per ſuperiorem compelli poſſunt, *e* nec ſufficit electionem aliquo facto, cuiusmodi eſt (gratia exempli) deportatio, celebratam eſſe. *f*

Electione facta ea ſcripturæ publicæ credita electio offerri debet, *g* octo dierum ſpatio, ex quo id cõmodè fieri poteſt, eiusq; conſenſus peti, quod ſpatiũ octo dierum Nicolaus Tertius præfixit, cum nullus olim

g c. ſi quando. in 6.

h c. in nomine Domini. §. eligatur. uer. fieri in urb. diſt. 23.

i Glo. d. c. in nomine domini. ver. tractantes.

a cap. 6. ſeſſ. 25.

b c. publicato. extra eo. tit.

c c. quia propter. §. fi. ubi glo. ult.

d d. ca. quia propter. in prin. & fi.

e d. c. publicato.

f c. Eccleſia veſtra primo. ubi doc. eo. tit.

g c. cupientes. in prin. & §. caterum. eo. tit. in 6.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

olim terminus definitus eſſet, ſed iusdicentis arbitrio cõmitteretur,qui id curaret, vt quàm citiſsimè fieret.
h Ipſe verò electus acceptis electionis ſuæ codicillis intra mẽſem aſſenſum ſuum,ſi eã acceptet, præſtare te netur,niſi Prælati alicuius,cui ſubſit,venia non impetrata nefas ei ſit electionem agnoſcere,huic enim tantum temporis præter ſupradictum menſem indulgetur, quantum ſatis eſſe credatur licentiæ à Prælato impetrandę conſiderata ipſius Prælati longinquitate, i quod ſi electioni Prælatus conſenſerit,eam ab Antiſtite poſtmodum,cui ea dignitas, vel officium ſubeſt, confirmari curabit, quo autem temporis ſpatio id fieri debeat,multoties variatum eſt, vt infrà ſuo loco dicemus. K

Electionis verò ipſius negocium, quã Cathedralibus vel Regularibus Eccleſijs præfectus quæritur, tribus menſibus ab interregni die eſt abſoluendum,ſi ea ſit ſupræma illius Eccleſiæ præfectura, ſin alia dignitas poſt ſupremam ſit in prædictis Eccleſijs Cathedralibus,vel Regularibus, aut quæuis dignitas in alijs Eccleſijs,ſemeſtre tempus conceditur, largius enim tempus conceſſum his fuit, quia minus periculum in eorum vacatione verſatur,quàm ſupradictorum, *a* hæc tamen tempora neque iuſta cauſa, impeditis, neque dignitatis vacantis ſcientiam nõn habentibus labentur. *b* Si verò nulla iuſta cauſa impediti hi, quibus eligendi ius competit, hæc tempora labi permiſerint electione non facta, ad proximum Antiſtitem ſuperiorem deuoluetur electio cum ijsdem temporum ſpatijs, quibus item fruſtra inutiliterque lapaſis, in eum canonicè animaduertetur, *c* atque ad Prælatum eius immediatè ſuperiorem electio transferetur. *d*

Sed olim in eligendo Epiſcopo negligentiam commiſſam Summus Pontifex ſine vlla diſtinctione ſupplebat. *e* hodie autem ſupplebit quidem, ſi indignus deſignatus, vel forma à concilio tradita omiſſa ſit, ſecus ſi per negligentiam, & incuriam electio dilata fuerit,Idque in Cathedralibus duntaxat Eccleſijs,in alijs autem

h c. quã ſit, vbi glo. ver. quã citius. in 6.
i d. c. quam ſit. vbi glo. ver. cõditio. in fi. & ca. ſi religioſus eo. tit. in 6.
K dicetur inf. in tit. de confirm. electi.
a c. ne pro defectu, extra eo. tit. de elec. c. 2. vbi Ab. de conceſ. praben.
b c. quia diuerſitatẽ. de cõceſ. præb.
c d. c. ne pro. defectu. vbi Abb. nu. 6.
d d. c. 2. eo. tit. in 6. Abb. d. c. ne pro defectu.
e Glo. d. c. ne pro defectu. ver. deuoluatur.

autem Eccleſijs nunquam immediatè Sum. Pontifex aditur,ſed ſupradicta ſeruanda ſunt. *f*

Et hactenus de electione,quæ ex ſcrutinio fit, ſatis, pauca etiam dicamus de illa, quæ ex compromiſſo celebratur, in qua tamen & multa ex ſuprà dictis obſeruantur, ſed & in ea hoc non minus obſeruandum eſt,quod,ſi à maiore parte eorum,in quos compromiſſum eſt, celebrata fuerit, mandati forma ad vnguem ſeruata,non poterit electus recuſari. *g* Compromiſſum tamen per omnes factum eſſe oportet nemine diſcrepante, *h* & ante electionem fieri ipſum oportet, nam compromiſſum factum poſt iam celebratam electionem,in præiudicium electi, laudumque ex eo ſecutum electo nihil nocebit. *i*

Si illi, in quos compromiſſum eſt, tempora iuris labi permiſerint, nulla electione facta, compromittentium Antiſtes non minus hoc caſu adeundus erit, quàm ſi ipſiſmet negligentia illa compromittentibus adſcribi poſſet, at ſi indignum elegerint compromiſſarij, ad compromittentes electionis ius redibit, niſi & ipſi electionem illam ratam habuerint, quod iuris ſeruabitur etiam vbi electus vir alioqui idoneus electioni non conſenſerit, nam & hoc caſu ijdem ipſi compromittentes alium eligere poterunt. *a*

Item electio ex compromiſſo à pluribus facta non minus per vnum proferri debet,quàm, quæ ex ſcrutinio celebratur, *b* (quamuis in arbitris compromiſſarijs lex humana innuat, quod ab eis omnibus ſit pronunciatio faciẽda) alioquin à pluribus cõpromiſſarijs facta ſimul electio,eo ipſo viribus non ſubſiſtet,ne tot videantur electiones,quot ſunt numero eligentes. *c*

Si contingat electum minime aſſentiri electioni de ſe factæ, vel poſt conſenſum iam præſtitum electioni renuntiare, aut decedere, aut electionem eius deleri aliquo forte eius vitio, quod prius latuerat, emergente, quoties id contigerit, tantundem electores tempus habebunt à diſſenſu, renuntiatione, morte, vel

f d.ca. quia propter. d.c. quanquam. vbi glo. ver. deuoluatur eo.tit. in 6.

g c. cum dilectus. vbi Abb. extra eo.tit.

h Abb. d. c. quia pp̄ter. §. vel ſaltẽ num. 2

i c. cũ inter canonicos. extra eo. ti.

a c. ſi cõpromiſſarius. eo.tit. in 6.

b c. ſicut. eo. tit. in 6.

c d. c. ſicut, vbi glo.

vel irritatione ad aliam electionem faciendam, quantum in prima electione habuerant. *d*

d ca. ſi. electio. eo. tit. in 6.

Qui duabus electionibus ad idem ius optatus fuerit, vtram ex eis voluerit eligere cum oportebit altera omiſſa, ad quam reditus poſt hac non dabitur. *e*

e c. ut quis. eo. tit. in 6.

Cæterùm, quia ſæpe exiſtunt litigioſi homines, qui vel inuidia, vel odio, vel auaritia quandoque inducti potius, quàm rei eccleſiaſticæ benè gerendæ ſtudio electiones rectè & rite factas omnibus (vt ita dicam) machinis diſturbare conantur, Propterea, ne ijs ad nequitiam feneſtra aperiatur, ſed aperta ſi qua eſt, claudatur potius, certæ pœnæ ſtatutæ ſunt aduerſus huiuſmodi calumniarum machinatores, ſi quis enim per calumniam contra electionis formam oppoſuerit, aduerſario expenſas, & diſpendia propter litem ſuſcepta ſarcire cogetur, At, ſi in perſonam fuerit calumniatus, beneficijs Eccleſiaſticis, ſi quæ in ea Eccleſia poſſidebat, *f* triennio carere cogetur, quibus ſe temere ingerens perpetuò ſpoliabitur citrà omnem veniæ ſpem, niſi manifeſtis probationibus ſe à calumnia purgarit. *g*

f Glo. c. 1. §. ſi. uer. beneficijs. eo. tit. in 6.

g d. cá. 1. §. ſi. eo. tit. in 6.

Nec prætermittendum eſt, nemini licere, cum aliquem ſcrutatus ad electionem optauerit, de quo electio fuerit ſubſecuta, vel, cum præſtiterit electioni ab alijs celebratæ aſſenſum, electionem ipſam impugnare, niſi ex cauſis poſtea emergentibus, vel niſi antea ipſi celata morum illius nuper pandatur improbitas, ſeu alterius latentis vitij vel defectus, quæ veriſimiliter ignorare potuerit veritas aperiatur, de qua ignorantia proprio iuramẽto fidem faciat. Quæ Gregorius X. in generali Concilio Lugdunenſi conſtituit, *a* qui præter ſupradicta etiam addidit, vt qui oppoſituri aliquid contra electionis poſtulationis vel prouiſionis formam: aut perſonas eligentium, vel electi, ſeu eius cui erat prouiſio faciẽda, ſeu facta appellauerint, in inſtrumento publico, vel literis ſuper appellatiõe confectis omnia, & ſingula exprimãt, quæ in formam intendunt obijcere, vel perſonas, coram vna, vel pluribus

a c. nulli licere. eo. tit. in 6.

ribus idoneis perſonis, quæ teſtimonium perhibeant veritati corporali præſtito iuramento, quod credunt ea, quæ ſic exprimunt, eſſe vera, & ſe poſſe probare, alioquin tam opponentes, quàm ipſis tempore electionis, vel poſtea adhærentes aliqua obijciendi, quæ non fuerint in eiuſcemodi literis vel inſtrumentis expreſſa, ſint poteſtate priuati niſi aliquid poſtea forſan emerſerit, vel ſuper antiquis ſuperuenerit probandi facultas, aut aliqua antiqua in opponentium notitiam nuper venerint, quæ appellationis tempore veriſimiliter appellantes ignorare potuerint, & ignorarint, ſuper qua ignorantia, & ſuperueniente facultate, item ſuper eo, quod ad ea probanda credunt ſe ſufficientes probationes habere, fidem proprio iuramento facient. *b* *b c. ut circa. in 6.*

Sed hæc forma tamen tunc demum adſtringet, cum appellatio fuerit extra iudicium interpoſita, nã, ſi appellatum in iudicio fuerit, veteres conſtitutiones, quæ de appellationibus iudicialibus loquuntur, ſeruandæ erunt. *c* *c ca. conſtitutio. ubi gl. in 6.*

In eo autem, quod ſuprà diximus, præſtandum iuramentum, præſcripta forma eſt ad vnguem adeò ſeruãda, cum ad ſedem Apoſtolicam appellatur, vt non ſit ſuper obiectis, vel expreſſis huiuſmodi audiẽdus quis, & ſi hoc modo iurauerit, videlicet, quod ea, quæ in appellatione ſua expreſſit, vel ea, quæ ex ipſis ſufficere deberent, vera eſſe credit, & ſe poſſe probare, cum non ſimpliciter, vt ex prædicta conſtitutione tenetur, ſed indeterminatè, & diſiunctiuè iurauerit. *d* *d c. is qui cõtra. eo. tit. in 6.*

Item & ſi quis contra certam, & determinatam, nominatim perſonam, ne ab alijs eligatur, ad Sedem Apoſtolicam, antequàm fiat electio, duxerit appellandum, debet prædictam conſtitutionis Gregorianæ formam in omnibus in appellatione ſeruare, quemadmodum, ſi poſt electionem factam appellaſſet, niſi prędictæ conſtitutionis pœnæ ſubiacere velit, quod Bonifacius VIII. conſtituit. *a* *a c. qui contra. eo. tit. in 6.*

Quin etiam procurator ad appellãdum ab electione,

ne,poſtulatione,aut prouiſione datus, non aliàs cenſetur idoneus,quàm ſi inſtrumento procuratorio ſigillatim & clarè omnia expreſſa ſint, quæ in formam, vel perſonas obijcere, & propter quæ appellare deſtinat, & niſi ſpeciale mandatum habeat ad iurandum corporaliter animæ conſtituentis periculo, quod credit expreſſa eiuſcemodi vera eſſe,& probare ſe poſſe,

b c. procurator. in 6.

b Cui Grægorianæ conſtitutioni Clemens V. non inutiliter addidit ſtatuens,vt ſupradictis locus non ſit, vbi ea,quæ opponuntur,Ius Eccleſiæ directè, vel opponentis perſonæ reſpiciunt, ſed ita demum,ſi in perſonam crimina informam defectus opponantur. Ius autem Eccleſiæ obiectio dicitur reſpicere, vt puta, ſi Eccleſiæ nomine allegetur, quod eius quoque ſuffragia in electione recipi debeant, vel quod de ipſius gremio eligi oporteat, vel quod omninò ad eam ius prouidendi ſpectet, & ſimilia. At ius opponentis dicitur reſpicere,vt,cum aſſerit beneficium ad ſe pertinere,vel ſibi debitum eſſe, vel ad ſe prouidendi ius ſpectare, puta iure ad ipſum ſolum deuoluto, vel quia ſe in ſuffragijs electioni ferendis contemptum quæratur,alijſque huiusmodi caſibus. c

c cle. conſtitutionē. eo. tit. de elect.

Item præfatus Clemens adiecit, vt, ſi criminum, vel defectuum expoſitorum debitas circumſtantias exprimere omiſerit appellans, non ſit poſtmodum in negocij proſecutione ſuper his audiendus, etiam ſi ipſas circumſtantias, earumue probationes ad ſui nuper notitiam perueniſſe iuramento affirmet. Sed &, ſi quis, cuius interſit, ab electione, poſtulatione, vel prouiſione, appellauerit, opponendo crimina vel defectus forma prædictæ conſtitutionis Gregorianæ omiſſa, ipſo poſtea huiuſmodi appellationem proſequente in his, quibus prædicta forma violata non fuerit,alius ſuperueniens, qui non appellauerit. non erit in eadem cauſa principaliter admittendus pro intereſſe communi,vt eos articulos, qui expreſſi non fuerint, proſequatur, quamuis appellans, ne in ſpecificatis colludat, aſſiſtere poſſit, nec propterea

proprium

proprium intereſſe proſequi prohibeatur. *a*

a ead. cle. cõſtitutionem.

Item appellans, qui formam non ſeruauit, non poteſt obiecta, ſiue expreſſa in appellatione, ſeu alia per viam quærelæ, vel defenſionis (puta) appellato agente proſequi (exceptis caſibus emergentibus, vel ad notitiam nuper deductis, aut ſuper quibus probandi facultas ſuperuenit) etiam ſi appellationi renuntiaſſet, ſi eam interpoſitam aduerſarius coram iudice probauerit, ipſa enim appellatio repellendi appellantis ius aduerſario peperit. *b*

b ead. cle. cõſtitutionem.

Illud ne ignoretur, probationem partis confeſſione, vel aliter legitimè (cum pars aduerſa non reſtitiſſet) factã, formæ omiſſione haud quaquã infirmari. *c*

c ead. cle. cõſtitutionem.

In electionibus verò Monialium, quæ ſuis Monaſterijs præeſſe debeant, præcipua quædam iura ſtatuit Bonifacius VIII. atque id primùm, vt nulla Monialis, niſi duodecimum annum peregerit, & profeſſa fuerit tacitè, vel expreſsè, ad eligendum cum alijs admittatur, nec in Abbatiſſam, aut Prioriſſam, vbi per Prioriſſam Monaſterium gubernatur, aliqua eligatur, niſi triceſſimum annum compleuerit, & expreſsè fuerit ordinem Regularem profeſſa. *d*

d cap. indemnitatibus. in prin. eo. tit. in 6.

Concilium quoque Tridentinum ſub Pio Quarto conſtituit, vt Abbatiſſa & Prioriſſa, & quocunque alio nomine Præfecta, vel Præpoſita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſsionem laudabiliter vixerit, quod ſi his qualitatibus nulla reperiatur in eodem Monaſterio, ex alio eiuſdem ordinis Monaſterio eligi poſsit, ſin hoc etiam incommodum ſuperiori, qui electioni præeſt, videatur, ex his, quæ in eodem Monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſsionem recte vixerint, Epiſcopo, vel alio ſuperiore conſentiente, eligatur, Is verò, qui electioni præeſt Epiſcopus, vel alius ſuperior clauſtra Monaſterij non ingrediatur, ſed ante Cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, vel accipiat, in reliquis autem ſeruentur ſingulorum ordinum,

a cap. 7. ſeſſ. 25. num, vel Monaſteriorum conſtitutiones. *a*

Hoc quoque in Monialium electione olim ſtatutum eſt vbi ea per ſcrutinium celebratur, quod licet ea quoque rata alioqui habeatur, electio, quæ à maiore, ſanioreque collegij parte celebrata fuerit, illa tamen, cui duæ ex tribus partes conſenſerit, longè firmiſſima eſt habenda, nam, ſi forma ſeruata idonea perſona electa ſit, nihil contra eam opponi, aut excipi, aut appellationis tramite obijci poterit; quod confirmationem electæ, aut benedictionem Abbatiſſe differat, ſed tũc demum, vbi confirmata fuerit, & benedictionis munus acceperit, ac poſſeſſionem adminiſtrationis ſuæ adepta fuerit, concedetur, accuſationis, aut denuntiationis tramite contra eam, vt dignitate priuetur, opponi. At, quæ à maiore quidem parte, ſed non tamen duas ex tribus partes explente celebrata electio fuerit, non prius confirmanda erit, quàm ſuperior Prælatus ex officio plenè ſuper obiectis ſine ſtrepitu, & figura iudicij inquiſierit, qui Prælatus poterit etiam, ſi res exigat, electionem irritare, ſed interim tamen non prohibenda erit in ſpiritualibus, & temporalibus liberè adminiſtrare, ſic tamen, vt rerum Monaſterij nihil alienet omninò, nec vllam inter Moniales quoquomodo recipiat. *b*

b d.c. indemnitatibus. §. porro.

Quo circa, ſi cupiant Moniales talem electionem celebrare, in quam duæ partes conueniant, ne ipſius confirmatio propter obiecta differri poſſit, poterunt, quamuis iam publicato ſcrutinio, & electione celebrata, illæ, quæ alteri eligendæ ſuffragatæ fuerant Moniales, priuſquàm ad extraneos actus diuertant, illi accedere, quæ à frequẽtiore parte optata fuerit, vt ſic duas collegij partes ex tribus colligant.

Eſt hoc quoq; præcipuũ in electionibus Monialiũ prædicta ſcrutinij forma celebrandis, quòd, vt facilius conueniant, non zeli ad zelum, nec meriti ad meritum, ſed tantum numeri ad numerum ſit collatio.

Quod ſi ad electionem ex compromiſſo Monialiũ ventum fuerit, quamuis minor pars conuentus ei ſe

ſe

ſe opponat, excipiat, vel appellet, non tamen differetur confirmatio, aut benedictio, ſed poſt confirmationem tantùm, & poſſeſsionem ei tributam, licebit electam accuſare, aut denuntiare, quemadmodum & ſuprà obſeruari docuimus, cum perſcrutinium à duabus partibus electio fuerit celebrata. Sin maior pars conuentus huiuſmodi electioni ex compromiſſo factæ oppoſuerit, exceperit, aut appellarit, differetur quidem confirmatio, aut infirmatio, quamdiu de obiectis fuerit cognitum, ſed interim tamen electa liberè adminiſtrare concedetur, quemadmodum etiam adminiſtrationem interim ei permitti admonuimus, quæ per ſcrutinium à maiore parte electa minoris partis moleſtiam patiatur, niſi tamen opponentium numerus extiterit duplo maior, nam tunc electa nequaquam adminiſtrabit, ſed litis euentum expectabit.

Si verò in Monialium electionibus ad Sedem Apoſtolicam appellari contigerit, his caſibus, quibus appellare licet, eadem obſeruabuntur, quæ in appellatione ab electionibus virorum obſeruari debere ſuprà docuimus, eo excepto, quod, cum eas propter ſexus verecundiam, ſuæq; conditionis ſtatum non deceat, nec ipſis expediat, publico cœtui demõſtrari, aut extrà ſua Monaſteria euagari, non debent electæ, aut eligentes, vel appellantes, vel hæ, cõtrà quas appellatum fuerit perſonaliter ad Sedem Apoſtolicam venire, ſed procuratores probè inſtructos mittere. *a*

Poſtremò illud generaliter ſciendum eſt, in cauſis ſuper electionibus procedi ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. *b*

a habes ſupradicta omnia i d.c. indemnitatibus. §. porro.
b cle. diſpendioſam, de iudic.

De poſtulatione, & Nominatione Prælatorum. Tit. VIII.

EXISTVNT interdum viri, quorum optimæ artes magno vſui eſſent Eccleſijs, veluti, literarum doctrina, magnus rerum vſus, & morum, vitæq;

integritas verùm aliquid in eis deſideratur, quod impedimento eſt, ne Eccleſijs præfici poſsint, veluti ordines, ætas, natales legitimi. *c* Quapropter, ne his cauſis Eccleſia viris idoneis careat, compertum eſt, vt hoſce viros collegium vtilitatis publicæ gratia ab Antiſtitibus ſibi Prælatos dari petat, quæ res iure noſtro Poſtulatio vocatur, ita enim Antiſtites huius rei cauſa aditi, egregijs eorum, qui poſtulantur, moribus, & diſciplinis moti poſtulationem admittent, ſi eis ita videbitur, poſt quod (vt euitetur circuitus, & Eccleſiarum diſpendium) alia electione, vel poſtulatione confirmatus non indigebit, ſed omne ius conſequetur, nõ ſecus ac ſi electus vere confirmatusque fuiſſet, *a* hinc apparet, nihil aliud eſſe Poſtulationem, quàm concordem, & certam, ſupplicemq; collegij petitionem Antiſtiti factam eius perſonæ, quæ aliquo defectu ad regendam, vel adminiſtrandam Eccleſiam admitti non poterat, *b* quod de ſolenni Poſtulatione dictum intelligimus. id eſt, de ea, quæ ad Prælatum ipſum rectà intenditur, qui poteſt omne Poſtulati impedimentum remouere, nam & alia quædam Poſtulatio eſt, quæ ſimplex appellatur, quia nullam ſolennitatem deſiderat, ſed ei fit, cuius conſenſus neceſſarius erat, vt promoueri quis poſſet vir alioqui idoneus vnde quaque forte enim eius intereat hunc eo inconſulto non promoueri (exempli gratia) intereſt Abbatis, ne ipſo inuito eius Monachus ad Epiſcopatum aſſumatur, intereſſe poteſt Patris, ne ipſo ignorante eius filius Eccleſiæ preficiatur, horum igitur conſenſus per ſimplicem poſtulationem erit petendus, quæ ſi poſtulatio fuerit admiſſa, adhuc tamen electione & confirmatione opus erit. *c* neque enim hæc poſtulatio ſimplex illi ſuperiori par eſt iudicanda, cum illam electionis, & confirmationis vim ſecum trahere dixerimus, vt omnis ambitus euitetur.

c cap. quàm ſit. §. deinceps. vbi gl. ver. ſimiles. de elec. in 6.

a Abb. c. 1. col. ſi. n. 34. eo. tit. de poſtul.

b Abb. in rubri. eo. ti.

c Abb. cap. 1. co. ſi. eo. t.

Poſtulandi autem ſolenniter ſunt, ut diximus, hi quibus aliquod impedimentum obſtat ne eligantur, veluti, Epiſcopus, vt ad alium Epiſcopatum transferatur,

tur, poſtulandus eſt, Item qui vel ætatis, vel ordinis. vel irregularitatis, vel criminis, vel natalium, vel quē alium ſimilem defectum patiuntur, ſolenni poſtulatione egere noſcuntur, quæ illi fieri debet, qui impedimentum remouere poteſt. Hinc, qui ad officium, vel dignitatem Epiſcopatu inferiorem expetitur, poterit à ſuo Epiſcopo poſtulantibus concedi, hoc enim eſt perpetuum, vt, qui confirmandi authoritatem habet, is & poſtulationem admittere poſſit, dum maior non ſit defectus, quàm, vt ab ipſo tolli queat, quid enim, ſi decem & octo annorum adoleſcens ad Archidiaconatum petatur, non poteſt vtiq; Epiſcopus hunc defectum ætatis remouere, & ſi alioqui poteſtas confirmandi Archidiaconi ad eū pertinere noſcatur erit ergo à Sum. Pontifice poſtulādus, cum ſolus ipſe Rom. Pontifex hoc ætatis impedimētum tollere poſſit quare & Epiſcopus à Sum. Pōtifice ſēper poſtulādus eſt. *a* *a Abb. cap. fin.*

Certa autem, & conſtans ſit poſtulatio ſolennis, cōfuſis enim incertisque verbis facta repelleretur, finge collegium hac verborum farragine vſum, videlicet, eligimus poſtulando, ſeu poſtulandum, & poſtulamus eligendo, ſeu eligendum, hæc profectò verborum incerta confuſaque congeries neq; electionis, neque poſtulationis vim vllam habet, qua ratione & illa poſtulatio tanquam minus legitime facta reijcienda eſt, quæ hoc modò ſit facta, videlicet, eligo, & poſtulo, prout melius de iure videbitur, niſi iuſta & rationabilis forte ſubeſſet dubitationis ratio, vtrum ille poſtulandus eſſet, an eligēdus, quod, cum accidit, is, qui hoc modo fuerit optatus, alterutram viam eligere tenetur (à conſenſus tempore) vel electionis, vel poſtulationis, qui conſenſus intra menſem poſt redditum ſibi optationis inſtrumentum præſtandus eſt, altera autem earum via electa, ad alteram ſibi aditum præcludet. *b* *b cap. 1. vbi glo. ver. con ſenſus. eo. ti. in 6.*

Item, vt poſtulatio admiſſa proſit, omnes poſtulati defectus in ea expreſſos eſſe oportet, qui electionem infirmare poterant, quin & hi, qui huiusmodi poſtulationem defectibus aliquibus ſuppreſſis admiſerint

ſcientes, deinceps poſtulationes admittendi poteſtate priuabuntur. *c*

Poſtulatio autem facta, & Sum. Pontifici, alijue Antiſtiti, qui admittendi eam ius habeat, oblata, reuocari deinceps non poteſt, quamuis anteaquam oblata eſſet, reuocari poſſe, qua in re manifeſta deprehenditur differentia inter electionem & poſtulationem, ſi quidem electio publicato ſcrutinio amplius mutari non poteſt, vt ſupra docuimus, *d* hoc tamen poſtulationi cum electione cõe eſt, quod non minus examinanda eſt, quàm electio, *e* & eandem formam exigit, quam ſuprà in electione eſſe neceſſariam demõſtrauimus. *f*

Eſt & aliud quid nonnihil poſtulationi affine, ſed aliquãtiſper tamen ab ea diuerſum, quam nominationem appellant, ea enim cum poſtulatione conuenit, quia & ipſius duæ ſunt ſpecies, altera ſimplex, altera ſolennis, ſimplex eſt, cum Canonici, vel alij electuri, priuſquàm ad ſcrutinium faciẽdum ſe accingant, ipſi inter ſe aliquos ex omnibus nominant, tanquam eos potiſsimùm eligi dignos à cæteris ſeiungentes, quæ admodum ſterilis eſt nominatio, nec vlla cum poſtulatione affinitate coniungitur. *a*

Solennis autem nominatio dicitur, cum collegium duos, vel tres, qui præſtantiſsimi omnium videantur, vel plures ſeligit, quorum nomina in ſcriptis ſolenniter depoſita ad Sum. Pontificem, vel alium, qui in hoc poteſtatem habeat, tranſmittit ſupplicans, vt eorum vnum Eccleſiæ dare Præſidem, vel miniſtrum velit, *b* quæ nominatio à poſtulatione diſcrepat in hoc, quia poſtulatio de vno tantùm fit, nominatio de pluribus, *c* hoc autem cum ea conuenit, quòd ſi ſolleniter eſt fa ſta, ab ea reſilire non licet, ſicut neque à poſtulatione ſuperiori iam reddita, niſi Prælatus ipſe poſtulantibus, vel nominantibus morem gerere velit, quo caſu etiam ipſo poſtulato, vel nominato repugnante retractatio tamen permittetur. *d* In cauſis ſuper poſtulationibus proceditur ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. *e*

c Abb. c. fin. nu. 9. eo. tit.
d c. publicato. cap. bonæ memoriæ. vbi Abb. nu. x de elect.
e c. licet. de transl. Epiſc.
f Abb. d. ca. quia ꝑpter. colun. 3. poſt med. de elec.

a Abb. cã. 1. co. fi. nu. 34. et c. quod ſicut. §. ſuper eo. num. 1. de elec. & c. bonæ memoriæ num. 8. de poſtulat.
b Hoſtien. i ſum. de poſt. col. 1. in fin. & ſeq.
c Hoſti. vbi ſupra.
d c. bonæ. 2. vbi Abb. eo. tit.
e c. le. diſpendioſam. de iudic.

De

De Confirmatione Electi. Tit. IX.

QVI ad aliquam Præfecturam electus eſt, non tamen idcirco plenum ius dicitur conſecutus, niſi electiouis confirmationem à ſuo Antiſtite impetrarit. Quare, ſiquis, antequam confirmatus eſſet, adminiſtrationi temerè ſe ingeſſerit, non ſolum confirmationis ſpe, ſed etiam omni iure ei per electionem quæſito priuatus erit, *f* adeò vt neque Oeconomi, neque Procuratoris titulus ei vlli auxilio ſit, *g* neque ab re hoc inductum eſt, vt confirmari debeat, ſic enim fiet, vt examinatione à pluribus facta vix aliquis non idoneus promoueri poſſit, cum & ille, penes quem eſt poteſtas confirmandi, diligenter examinare debeat non ſolùm electionis proceſſum, ſed etiam electi perſonam, *a* quamuis nemo contra eum oppoſuerit, quem ſi idoneum non iudicarit, reijciet tanquam minus legitimè electum, *b* ſin confirmare indignum non erubuerit, non ſolum ille ſic indignè promotus ab ea præfectura deijciendus erit, ſed etiam qui eum præſertim modicæ ſcientiæ, aut culpatæ vitæ, vel ætatis illegittimæ hominem per negligentiam confirmarit, tam primi ſucceſſoris illius confirmandi poteſtate carebit, quàm à perceptione proprij beneficij ſuſpendetur, quouſque æquum videatur ei indulgeri, grauiusq; etiã arbitrio ordinarij mulctabitur, ſi per malitiam hoc admiſerit. *c* Confirmandi autem ius ad eum Prælatum ſpectat, cui ea dignitas immediatè ſubeſt, quæ confirmari petitur, hinc ad dignitatem inferiorem electum confirmabit Epiſcopus adhibito interdum capituli ſui conſilio, Epiſcopum confirmabit Metropolitanus, Metropolitanum Patriarcha, ipſum denique Patriarcham Sum. Pontifex. *d*

Sed interdum tamen accidit, vt, qui ad confirmationem accipiendam non admittitur, non tamen omninò repellatur, vt, ſi quis ante iuſtam ætatem ſit electus, quẽ aut neceſsitas, aut certe poſcebat vtilitas, is

f Abb. c. qualiter. nu. 4. per illu tex. & in c. auaritiæ de elec. in 6.

g c. d. c. auaritiæ.

a c. nihil eſt. §. primo. de elect.

b cap. cum nobis. de ele.

c c. nihil eſt. in prin. et §. pri. de elec.

d Abb. c. cũ eccleſia. nu. 8. de elect.

enim,& ſi confirmari non poſſit, poterit tamen Procurator a Sede Apoſtolica, cui ſoli hoc ius procuratores huiusmodi ſic cōſtituendi competit, fieri, *e* cum libera tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus adminiſtratione, *f* nec parui æſtimanda eſt adminiſtratio huiusmodi libera, nam eas ferè vtilitates affert, quas confirmatio ipſa, quippe talis Procurator Cathedralis Eccleſiæ à Sede Apoſtolica, vt diximus, cōſtitutus, omnia poterit, quæ Iuriſdictionis ſunt Epiſcopalis, & quæ confirmatus poſſet, excepta bonorum immobilium alienatione; illa autem, quæ ordinis ſunt, & quæ miniſterium exigunt conſecrationis, poterit mandare per alios Epiſcopos exerceri, *g* nam hęc neque verè confirmatus exequi poteſt, niſi etiam conſecratus ſit, ex confirmatione enim ea duntaxat quæruntur, quæ Iuriſdictionis ſunt, veluti poteſtas iudicandi, excommunicandi, corrigendi, iuramenta à vaſallis accipiendi, item confirmandi, inueſtiendi, beneficia conferendi, &, ſi quæ his ſimilia ſunt, non autem ea, quæ ſunt ordinis, & quæ maioris inquiſitionis diſcuſſionem exigunt, in quibus cenſentur Clericorum ordinatio, & depoſitio actualis, Chriſmatis confectio, Virginum benedictio, Eccleſiarum, & altarium conſecratio, hæc enim, & ſimilia, quæ ordinis ſunt, ex conſecratione demum acquiruntur. *a*

Item, ſi quis, cuius confirmatio ad Romanum Pontificem immediatè pertineat, valde remotus, puta, extra Italiam, concordibus votis electus ſit, poterit interim, dum ſeipſum perſonaliter, vel procurator ipſius idoneus Sum. Pontificis conſpectui oſtendit, &, dum, confirmandæ electionis cauſa ſuper electione, perſonaque electi per Sum. Pontificem inquiritur, diſpenſatiue propter neceſſitates Eccleſiarum & vtilitates in ſpiritualibus, & temporalibus adminiſtrare, ſic tamē, vt de rebus Eccleſiaſticis nihil penitus alienet. *b*

In confirmationis autem petendæ terminis varia iura diuerſis temporibus ſeruata fuerunt, nam olim, & ſi electus in ea petenda ſegnis fuiſſet, nō propterea ius electione

e cap. is cui. de elect. in 6.

f cap. cū nobis. ubi gl. et Abb.

g d. c. is cui. de elect. i 6.

a c. transmiſſam. ubi glo. fi. de elect.

b c. nihil. §. fi. de elect.

electione queſitum amittebat, ſed tantùm à Prælato poterat ad eam petendam compelli. *c* Sed poſtea Gregorius Decimus conſtituit, vt intrà menſes tres poſt agnitam electionem peteretur, qua non petita electio irritaretur, *d* ſed exinde Nicolaus Tertius conſid erans æquum eſſe, vt pro locorum, vel vicinitate, vel diſtantia modò prolixius, modò breuius tempus detur, nec eadem temporum interſtitia omni caſu ſeruari oportere, aut poſſe, ſanxit, vt electi ad regimen Eccleſiarum Cathedralium, vel Regularium, cum à Sum. Pontifice confirmationis munus expectant, vt quia vel ei immediatè ſubiecti ſunt, vel ad eũ appellatio interpoſita hoc munus deuoluit, pluribus terminis poſt conſenſum electioni præſtitum ad confirmationem petendam potiantur, menſe primùm poſt conſenſum, vel poſt obtentam de electione notitiam, ſi eam debito tempore non contigerit oblatam, quo menſe ad Sedem Apoſtolicam iter arripere debeant, altero deinde ſpatio ex itineris longinquitate moderando, quo ad dictam Sedem peruenire queant, & demum tertio poſt dictum tempus viginti dierum ſpatio, quo ipſi coram eadem Sede cum actis, iuribus, monimentisq; ſuis omnibus ſe ſiſtant, vel impediti, quominus ſiſtere ſe poſſint, vt eo ſaltem termino impedimenti cauſam proponant, & aliorum quindecim dierum termino probent, quæ ſtatuta ſi electus non obſeruarit, vel ſupradictis quidem obſeruatis, & cauſa impedimẽti legitima propoſita, & probata procuratorem idoneum, & inſtructum non dederit, aut ſublato poſtea impedimento ſe ipſe non ſtiterit, omni iure ex electione queſito priuabitur. *a*

c glo. ſi. ca. quam ſit. de elect. in 6.
d d. c. quam ſit.

Quinetiam adeò curæ fuit canonum conditoribus, vt ne quis indignus confirmetur, vt & publica edicta in eadem Eccleſia proponi iubeant ante confirmationem peremptorio termino præſcripto, intra quem, ſi quis contra electionem opponere voluerit, id facere poſſit, & præterea nominatim citari eum volunt, qui vel ſimul eſt electus, vel, quem certum eſt opponere

a c. cupientes. de elect. in 6.

contra electionem paratum. *b* Præcipiunt quoque canones ipſos electores intra idem tempus duos ex corpore ſuo peritos, inſtructoſque viros ad Sedem Apoſtolicam tranſmittere, vt diligentior quæſtio, pleniorque inſtructio circa electionem, electumque & electores haberi poſſit, quod à procuratoribus haud facile quis plenè perciperet, Ac, ſi plures collegij ſententijs in diuerſa diuiſis electi fuerint, duo pariter ex qualibet parte erunt ad Sedem Apoſtolicam cum plena inſtructione tranſmittendi, ſin vni electo oppoſitum fuerit, debebunt non minus, qui contra eum opposuerint, duo ſaltem ad curiam accedere. *c* Et hæc quidem Nicolaus conſtituit, quam conſtitutionem Bonifacius Octauus multis modis declarauit, & extendit, inter cætera ſtatuens, vt ſatis non ſit electo ad Sedem Apoſtolicam veniſſe, & ſupradicta omnia adimpleuiſſe, niſi vſque ad finem negocium proſequatur, nam, ſi venia Sum. Pontificis non impetrata ante finitum negocium Romanam curiam deſeruerit, electione ipſa, vt pote, quæ vires ſuas deperderit, vti non poterit. *d*

b cap. ſi. de elect. in 6.

c d. c. cupientes. §. ad hæc vt diligens.

Non omittendum eſt, confirmationem Prælati Cathedralis, vel Regularis Eccleſiæ per Ordinarium factam poſt appellationem ad Sedem Apoſtolicam ex legitima cauſa interpoſitam, niſi prius fuerit ab appellatione canonice receſſum, nullius roboris haberi. *a*

d ea. ſi poſt quàm de elec. in 6.

Sed nec illud ignorandum eſt, quod ſi confirmationem electionis propter debitam Iuris ſolennitatem in confirmatione ipſa omiſſam, vel ex eo, quia, is qui confirmauit, eam poteſtatem confirmandi non haberet, irritam nuntiari contigerit, non propterea præcedens electio alioqui canonica infirmata cenſebitur. *b*

a d. c. ſi poſtquã in prin.

b c. ſi confirmationem de elect. in 6.

De Conſecratione Epiſcopi. Tit. X.

QVI ergo plenum & integrum Ius voluerit in Epiſcopatu habere, ita vt non ſolùm, quæ Iuriſdictionis, ſed & quæ ordinis ſunt, exercere poſſit, hunc

oportet

oportet non confirmatum modò eſſe, ſed etiam (vt ſuprà diximus) conſecratum, per conſecrationem enim fœdus coniugij ſpirituale, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam, intelligitur conſumatum, quod electione fuerat initiatum, & confirmatione ratificatum, *c* hinc & ſi iam iam ſit conſecrandus, cum celebretur Miſſa, quæ de morte in his ſolennibus dici ſolet, ſi tamen ad conſecrationem nondum ſit deuentum, non poterit ordines conferre, nec eodem die etiam poſt conſecrationem. Conſecratio verò Epiſcopi inter Epiſtolæ recitationem, & Euangelij celebrari ſolet, ſicut etiam cæterorum omnium præter vnum Rom. Pontificem, qui vnus ante hymnum Angelicum conſecratur, & mox ipſe incipit Miſſarum ſolennia, & perficit conſecratus. *d*

c c. licet. de trāſl. Epiſc.

d c. quod ſicut. §. ſuper. eo. de elect.

Epiſcopi autem conſecratio intra ſex menſes poſt confirmationem, vbi nihil canonicum impediat, omninò petenda eſt, niſi confirmatus ab Epiſcopatu repelli velit, quin & tribus primis menſibus, ſi conſecrationem non petierit, eius beneficia, quæ prius obtinebat, non minus vacua fient, quàm ſi re ipſa conſecratus fuiſſet, & à communitate Chriſtianorum eijcietur. *e* Sacroſancta autem Synodus Tridentina ſub Paulo Tertio ſtatuit, vt ad maiores Eccleſias promoti munus conſecrationis infra tempus à Iure ſtatutum ſuſcipiant, & prorogationes vltra ſex menſes conceſſæ nulli ſuffragentur. *f*

e cap. 2. ubi Abb. nu. 22. de trāſl. Epiſ. cap. 1. & 2. diſt. 75. & c. 1. & 2. diſt. 100. Abb. c. cū in cūctis. §. cum uero. de elect. Silueſtr. uer. conſecratio.

f c. 9. ſeſſ. 7.

At nuperrime ſub Pio Quarto eadem Sacroſancta Synodus Tridentina hoc negocium ita diffiniuit, vt Eccleſijs Cathedralibus, ſeu alijs ſuperioribus quocunque nomine ac titulo Præfecti, etiam ſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint, ſi munus conſecrationis intrà menſes tres non ſuſceperint, ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneantur, ſi intra totidem menſes poſtea id facere neglexerint, Eccleſijs ipſo Iure ſint priuati. *a*

a cap. 20. ſeſſ. 23.

Abbatiſſæ autem intrà annum à ſuæ cōfirmationis tempore computādum munus benedictionis ſuſcipe-

b clem. ſi. §. ſtatuimus. de ſta. mon. c c. ſi Archiepiſcopus. de temp. ordi. d d. c. ſi Archiepiſcopus. e ſup. in tit. de elect. in prin. f Sum. Silueſt. ver. conſecratio. g ca. 5. ſeſſ. 23. h c. un. §. 1. in fi. ubi gl. & Abb. de ſacr. vnct. et c. Epiſcopus. 23. diſt. Sũ. Silueſt. ver. conſecratio. i d. c. Epiſcopus. diſt. 23. ubi glo. K cap. 2. diſtin. 75. l d. ca. 2. & c. qui Epiſcopus diſt. 75. Sum. Silueſ. ver. cõſecratio. a Abb. in Rub. eo. tit.

re debent, alioquin à iure ſuo, niſi cauſa iuſta ſubſit, ceciſiſſe intelligantur. *b*

Conſecratio Epiſcopi fieri debet à tribus ſaltem illius prouinciæ Epiſcopis cæteris conſentientibus Archiepiſcopi iuſſu præcedente, conſultius tamen fuerit, ſi ipſe Archiepiſcopus vna cum ſuffraganeis ſuis eum ſacrarit. *c* At Archiepiſcopus ab omnibus prouinciæ ſuæ Epiſcopis conſecratur in Sede Metropolitana, *d* de Pontifice autem Romano conſecrando ſuprà dictum eſt. *e* Sed tamen vſus obtinet, vt ferè omnis cõſecratio hodie in vrbe Romana per Summum Pontificem fiat. *f* Ac eadem ſacroſancta Synodus Tridentina ſub Pio Quarto, conſtituit, vt cõſecratio, ſi extra Romanam curiam fiat, in Eccleſia, ad quam promoti fuerint, aut in prouincia, ſi commodè fieri poterit, celebretur. *g*

Conſecratio fit vnctione capitis & manuum Chriſmate ſolennibus verbis, præcibusq; additis, *h* examinatione etiam pręmiſſa, qualem Carthaginienſe Concilium Quartum præmonſtrauit, *i* & quidem hora tertia Dominicæ lucis, K forma illa ſolenni ſeruata, quæ alibi edocetur. *l*

De Authoritate, & vſu Pallij. Tit. XI.

ARCHIEPISCOPVS verò non prius plenam eius dignitatis adminiſtrationem conſecutus dicitur, quàm Pallium impetrarit, quapropter nec prius poterit Concilium vocare, Chriſma facere, Baſilicas dedicare, Clericos ordinare, & Epiſcopos conſecrare, eſt enim Pallium ornamentum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Metropolitarum, & quandoque etiã Epiſcoporum de corpore Beati Petri ſumptum Epiſcopalis dignitatis plenitudinem conferens, *a* eiusq; conferẽdi poteſtas in quatuor Principes Patriarchas, ſcilicet Conſtantinopolitanum, Antiochænum, Alexandrinum, & Hieroſolimitanum ſoli Romano Pontifici competit, in cæteros verò ſupradictis quatuor

inferio-

inferiores Epiſcopos ipſi illi quatuor Principes Patriarchæ conferre poſſunt, *b* nec cui concedi ſolet, niſi prius Sedi Apoſtolicæ fidelitatis, & obedientiæ præſtiterit ſacramentum. *c* Idcirco autem de Petri corpore id ſumi dicitur, ſiue (vt quidam credunt) quia ſuper Altare Petri benedicitur, & conſecratur, atque inde mox ab illo excipitur, qui eo eſt vſurus, ſi pręſens ſit, vel, ſi abſit, ab ipſius Procuratore eius nomine, *d* ſeu (vt alij ſenſerunt) quia à Romana Eccleſia proficiſcitur, nam & illi quatuor viri Patriarchæ, dum illud ſubiectis ſibi Epiſcopis conferunt, non citrà Papæ authoritatem id faciunt. *e*

Eo verò Pallio vtetur Primas ille, in quem fuerit collatum, in qualibet ſibi creditæ prouinciæ Eccleſia, *f* extra prouinciam eo non vtetur, ſed nec omnibus diebus eo vti poteſt, ſed certis duntaxat, ſtatiſq; diebus, *g* neque valet conſuetudo, vt etiam extra prouinciam vſui eſſe poſſit. *h* Romanus autem Põtifex, dum ſacra facit, Pallio ſemper, & vbiq; vti poteſt, nullo dierum vel locorum habito diſcrimine. *i*

Solet tamen Pontifex Romanus nonnunquàm indulgere, vt Archiepiſcopus neceſſariò impeditus, ne poſſit additionis ſuæ Eccleſias accedere ſuffraganeos ſuos conſecraturus, & Clericos ordinaturus poſſit in aliena etiam Eccleſia, ad quam huius negocij cauſa ſeceſſerit, Pallium ſuum induere, dummodò eius Eccleſiæ Epiſcopus hoc permittat. K

Non tamen prohibetur Epiſcopus etiam ſine Pallio, & aureis calceis, quæ Sandalia appellant, conſecrationem celebrare, modò ei collata ſint, nam ſi nondum ei Pallium fuiſſet traditum, aliud eſſet dicendũ, nec dum enim Archiepiſcopi nomine appellandus eſſet, nec Pontificalis officij plenitudinem eſſet conſecutus, vt ſuprà diximus. *a*

Illi, qui apud Sedem Apoſtolicam Pallio fuerint honeſtati, cauti ſint, vt inde proficiſcentes eius rei teſtimonium ſecum literas ferant, niſi & prouẽtibus omnibus priuari, & ab actibus gerendis exercendiſque ei officio

b cap. antiqua. de priuileg.
c c. ſignificaſti. extra de elect.
d gl. pen. d. c. ſignificaſti. de elect.
e Abb. d. c. ſignificaſti. col. pe. ad fi. in glo. pe.
f c. 1. eo. tit. de author. et uſu pal.
g c. ad honorem. eo. tit.
h c. ex tuarum. eo. tit.
i d. c. ad honorem.
K. c. ex tuarum. eo. tit.
a c. niſi ſpecialis eo. tit.

officio incumbentibus arceri velint. *b*

Nemini autem alij quis Pallium ſuum commodet, perſonæ etenim hærere debet, eaq; defuncta ſimul ſepulchro tradi, *c.* quod ſi ad aliam Sedem ſeu Eccleſiam forte tranſlatus fuerit, nouo Pallio erit exornandus, quo vtatur, vetere omiſſo, quamquàm etiam vetus retinere eum non pauci affirment. *d*

Nec prętermittẽdum eſt Pallij traditionem cuiuſuis criminis, vel defectus obiectione contrà Prelatum facta, qui illud accepturus eſt, non differri, niſi obijciens corporali præſtito iuramento affirmet, ſe id per fraudem non agere, ſeq; obiecta vera eſſe credere, deque his promptas probationes offerat, promptæ autem probationes erunt, ſi intra bimeſtris temporis ſpatium à collationis die numerandum factæ fuerint, & nihilominus obijciens talionis vel arbitrariæ pœnæ ſeſe adſtringet, Sed quamuis ad traditionem Pallij vẽtum fuerit, non tamen præcluſa erit via accuſandĩ, vel denuntiandi, aut inquirendi contra eum, qui Pallium acceperit, *e*

b extrauag. iniuncta de elect. c c.2. eo. tit. de author. & uſu pal. d c. bonæ. 2. in fi. vbi gl. ult. & Abb. de poſt. Præla. & idem Abb. c. 2. eo. titu. de author. & uſu pallij. e extrauag. pri. eo. tit. de author. & uſu pallij.

De Tranſlatione Epiſcopi. Tit. XII.

SCIENDVM eſt Epiſcopum non ſemper in Eccleſia ſibi credita perpetuò manere, nam incidunt quãdoque tempora, quibus factu optimum videtur, Epiſcopum à priſca Eccleſia ad alteram transferri, dum ad id vel Eccleſiæ neceſſitas vrget, vel patens vtilitas hortari, & impellere videtur. *f* Verùm, cum huiuſmodi caſus contingit, caueat tamen Epiſcopus, ne ſua ſibi authoritate, id arroget, quod ſi facere auſus fuerit, neque ad hanc, cui inhiabat, Eccleſiam, ei concedetur acceſſus, neque ad veterem, quam alterius ſpe omiſerit, remigratio, nam hanc per ſuperbiam ſpreuit, illam per auaritiam concupiuit, quapropter vtraque indignus factus eſt, *a* quinimo nec ei proderit, à Patriarcha hanc ſe transferendi licentiam habuiſſe, & Patriarcha ipſe, qui ſibi id Iuris uendicare non erubuerit, ſuſpende-

f c. mutationes, et c. ſeq. 7. q. pri. & c. quanto. extra eo. a c. 3. eo. ti.

ſpendetur ab Epiſcoporum confirmandorum poteſtate, *b* vnum enim Romanum Pontificem hoc Ius habere transferendi Epiſcopi certum eſt, *c* quod nõ minus in confirmatis duntaxat Epiſcopis transferendis, licet nondum cõſecratis locum habet, cum, licet cum his cõſumatum nondum ſit matrimonium, contractũ tamen eſſe certum ſit, *d* ideoq; ſine Sũmi Pontificis venia id diuidi nefas eſt, ipſe autem Sũmus Pontifex, dum huic ſeparationi conſenſit, non vt homo hoc, ſed vt Deus, cuius in terris vicem Pontifex refert, agere intelligitur. *e* Pontificis autem Maximi indultum, quo huic tranſlationi annuit, anguſtè eſt interpretandum, quare, ſi ad maiorem priore dignitatem tranſitum conceſſerit, non auxiliabitur ad parem dignitatem migrare cupienti. *f* Alij quoq; clerici Epiſcopis inferiores, ſi miniſterijs Eccleſiæ propriæ deſtitutis ad aliam Eccleſiam tranſitum fecerint, compellente eo, ad quem confugerunt, Sacerdote, ad priſtinam Eccleſiam reuerti cogendi ſunt, qui verò eos ſuſceperit, nec ſine vllo ſtatim nixu exceptionis ad propriam Eccleſiam remittendum elegerit, quamdiu eum reſtituere diſtulerit, cõmmunione priuatus erit, deſertor autem Clericus ſingulo honoris, atq; ordinis ſui exutus, per aliquod tempus in monaſterium relegãdus erit, & deinde in miniſterium poterit ordinis Eccleſiaſtici reuocari, *g* vt in ſeptima Synodo olim ſtatutum eſt.

b c.1.eo.tit.
c c.2.eo.tit.
d c.2.
e d.c.2.
f c.ſi.eo.tit.
g c.placuit. 21.q.2.

De officio & poteſtate ordinarij Tit. XIII.

VIDEAMVS nunc, quæ ſint Prælatorum partes, & quæ poteſtas, & ordinariorum imprimis, id eſt, eorum (vt Hoſtienſis docuit) qui ſuo Iure, vel Principis beneficio Iuriſdictionem vniuerſaliter exercere poſſunt, cuiuſmodi ſunt Legati Apoſtolici, Patriarchæ, Primates, Metropolitæ, Epiſcopi, Item quiuis collegiatæ Eccleſiæ præfectus, quamuis Epiſcopo inferior, eiq; ſubditus, nam & is Iuriſdictionem in plebem ſuã

habet,

a c. cum ab Eccleſiarũ. i pri. glo. ubi Abb. eo. tit. de offic. ord. & idē Abb. in c. 2. eo. ti.
b c. 1. de priuileg. & c. audiuimus. 3. q. 2. & c. Epiſ. cũ duobus ſeq. diſt. 80.
c c. 1. eo. tit.
d c. nouit. de his quæ ſi unt à præla. ſine conſen. cap.
e c. conquerēte.
f c. ſicut uni re. de exceſ. prælat.
g c. un. de cõſecr. Eccleſ. in 6.
h cap. 1. de ſupl. negl. p lat. Rebuf. ī prax. for. uicariat. n. 37.
i cap. nullus primas. 16. q. 7.
a cũ ex in-

habet, eiuſq; excommunicationem in ſubditos contortam etiam Epiſcopus ſeruare tenetur, nec poteſt eam auferre, niſi excommunicatus ſatisfecerit, & ipſe Prælatus admonitus de relaxatione ab Epiſcopo ſit. *a*

Gubernacula verò Epiſcopalia non niſi maioribus populis præſidere oportet, ne dignitas vileſcat, & frequentioribus ciuitatibus. *b*

Horum igitur ordinariorum, qui Epiſcopali gradu ſunt illuſtrati, officium, & poteſtas erit, in ſuis Diœceſibus adulteria, & ſcelera inquirere, vlciſci, & iudicare, &, cum opus fuerit, manum quoq; ſecularem ſibi auxiliarem adſciſſent. *c*

Item hæc ſunt Iura Epiſcoporum, in Eccleſijs & ſacellis ſuę Diœceſis canonicam obediētiam habere, ac inſtitutionem, & deſtitutionem, cum Capituli tamen ſui conſilio, *d* correctionem, & reformationem, & cenſuram Eccleſiaſticam, & Iuriſdictionem cauſarum omnium ad forum Eccleſiaſticum de Iure ſpectā tium, ſacramentorum quorundam collationem, Synodum, & Synodatici, ſeu Cathedratici nomine certam portionem, quartam decimationum, & mortuariorum, viſitandi etiam Ius, & viſitationis nomine procurationē moderatam, & Charitatis ſubſidium. *e*

Item poſſunt Epiſcopi ſuæ Diœceſis Eccleſias vnire. *f* Eccleſias, altariaq;, ſacrare, & poſt pollutionem abluere, & purgare. *g* Chriſma, Oleum Cathecuminorum, & Infirmorũ conficere, ad ordines promouere, & literas dimiſſorias dare, Abbates, & Abbatiſſas, & Moniales benedicere, & ſacrare. *h* Epiſcopos, alioſq; ſibi ſubditos Prælatos confirmare, *i* cum illegitimis benignè agere, vt ad minores ordines, ſimpliciaq; beneficia promoueri poſſint, *K* cauſas matrimoniales cognoſcere, hæ enim præcipuè ipſi Epiſcopo cognoſcendæ reſeruantur, vt etiam Synodus Tridentina conſtituit, & nos quoq; infrà in titulo de matrimonio referemus, publicas pœnitentias iniūgere, indulgentiarũ literas concedere, *a* multaq; alia, quorum quidem Iurium ad Epiſcopum ſpectantium

quædam Diœceſanę legis eſſe dicuntur, alia ad Iuriſdictionis legem dicuntur pertinere, quæ tamen differentia (vt noſtri Iuris periti frequentioribus calculis ſenſerũt) nulla certa ratione dignoſci, aut diſcerni poteſt, nam etſi nonulli opinarentur, ea ad Diœceſanam legem dici pertinere, quæ ipſi Epiſcopo ſunt perſoluẽda, vt Cathedraticũ, Decimationes, quartæ, aliaq; ſimilia, at, quæ alijs per ipſum Epiſcopũ miniſtrantur, & largiuntur, vt ſacramenta, ea demum ad Iuriſdictionis legem ſpectare, hæc tamen ſententia recepta non eſt, quòd in pleriſq; caſibus cernere ſit, hanc regulam non conſiſtere, quò circa id videtur tutius, quod Panormitanus Abbas Innocentij ſententiam ſecutus tradidit, *b* vt ea ſcilicet, à quibus Monaſteria de Iure exempta eſſe conſtat, quę idem Abbas Panormitanus recenſuit, *c* Diœceſanæ legis iudicentur, illa autem, quibus ipſa quoq; Monaſteria adſtricta ſunt, ad Iuriſdictionis legem pertineant. *d* Et ſciendũ eſt, quod quamuis hęc vtraq; iura tam Diœceſanæ legis, quàm Iuriſdictionis ad Epiſcopum ſpectent, inter ſe tamen præter ſupradicta etiam hoc differunt, vt ſentẽtia in altero Iure lata alteri præiudiciũ non ferat. *e*

iuncto inſi. de hæretic. c. ſi Abbatẽ. de elec. lib. 6. Rebuf. ubi ſu. n. 33 K. c. 1. & fil. presb. in 6. a c. accedentibus. de exceſ. præla.

b Abb. c. dilectus. 2. col. 2. eo. tit. de offic. ord.

c Abb. d. c. dilectus.

d c. 1. x. q. 1. cap. lumino ſo. 18. q. 2. c. conquerẽte. de offic. ord.

Cum Epiſcopus in tota ſua Diœceſi Iuriſdictionem ordinariam habeat, dubium non eſt, quin quocunq; in loco Diœceſis non exempto poſſit per ſe, aut per alium pro tribunali ſedere cauſas fori Eccleſiaſtici audire, perſonas Eccleſiaſticas, ſi earum merita expoſcant, capi iubere, & in carcerem detrudi, cęteraq; ad eius officium ſpectantia exercere. *f*

e Abb. d. c. dilectus.

e d. c. dilect. ubi Abb.

f c. cum Epiſcopus. eodẽ tit. in 6.

Sanxit quoq; ſacroſancta Synodus Tridentina, vt nemo ſecularis Clericus cuiuſuis perſonalis, vel Clericus Regularis extra Monaſterium degens etiam ſui ordinis priuilegij prætextu cẽſeatur tutus, quominus, ſi deliquerit, ab ordinario loci tamquàm ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato ſecundum Canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi valeat. *g*

g c. 3. ſ. ſſ. 6.

Archiepiſcopus verò, & ſi in omnes prouincię ſuæ ſuffraganeos Iuris habeat dictionẽ, in ſuorum tamen

ſuffraganeorum

ſuffraganeorum ſubditos poteſtatem non habet, quibuſdam exceptis articulis. *a* Sic & Patriarcha non poteſt de cauſis eorum cognoſcere, qui Archiepiſcopi ſui, vel Epiſcopi ſub ditione ſunt, niſi appellatione ad eum legitimè interpoſita, aut conſuetudinis alicuius, vel priuilegij Iure. *b*

a c. paſtoralis. in princ. ubi glo. eo. tit.

b ca. duo ſimul. eo. tit.

Si contingat varias linguis, & ritibus nationes, eiuſdem tamen Chriſtianæ Religionis, & doctrinæ cultores eandem Ciuitatem, vel Diœceſim incolere, Pontifices eorum locorum viros idoneos conquirere debent, qui pro linguarum, & rituum varietate eis diuina officia celebrent, & ſacramenta Eccleſiaſtica propinent, inſtruentes eos verbo pariter, & exemplo, & præterea, ſi res videbitur poſtulare, Vicarium ſibi adſociabunt Pontificijs apicibus decoratum, qui earum gentium linguas, & ritus probè calleat, quo tamen facto non idcirco ea Diœceſis biceps, ſed vnius capitis erit dicẽda, *c* neq; enim poteſt eadem Eccleſia duos Epiſcopos habere, niſi forte, cum Epiſcopus aliquis ſubſtitutus eſt in locum alterius Epiſcopi propter hereſis crimen remoti, nam, ſi Epiſcopus hic, qui fuerat remotus, hæreſis labem deteſtetur, & Epiſcopatui ſuo reſtituatur, diuidetur inter vtrumque Epiſcopatus, aliaue magna ex cauſa. *d*

c c. quoniã in plerique eo. tit.

d cap. 1. de paroch. ubi Abb.

Epiſcopi, qui ſe Pontificijs quibuſdam muneribus obeundis non eſſe idoneos ſentiunt, puta, verbo Dei ad populum ferendo, Eccleſijs inuiſendis, reatibuſque ſubditorum audiendis, & pœnis condignis ob crimina inurendis, vel qui aliqua iuſta cauſa perpetuò impediti ſunt, ægritudinis fortè, vel ſenij, vel alia, idoneos viros de Capituli ſui, vel maioris partis, conſilio, & aſſenſu, authoritate Apoſtolica ſibi adſciſcent, qui has partes eorũ vice ſtrenuè obire poſſint, qui homines Coadiutores, vel Cooperatores appellantur, & de prouentibus Prælatorũ, quibus cooperantur, ſumptus moderatos capiũt, *e* cuiuſmodi virorũ copia, vt ne vnquã deſit, pro vſibus Eccleſię, multi his artibus, & diſciplinis optimis præditi in Eccleſijs inſtituendi ſunt. *f*

e c. 1. de cleri. ægrot. in 6.

f c. inter cætera. eo. tit. & cap. 1. de cler. ægro. in 6.

Cum

Cum tamen in vſu eſſet, Coadiutores cum futuræ ſucceſsionis ſpe dari, non viſum fuit hoc conſonũ ſacroſanctę Synodo Tridentinæ Sub Pio Quarto. Quapropter conſtituit, vt Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione poſthac nemini in quibuſcunq; beneficijs Eccleſiaſticis (nam etiam alijs Prælatis Epiſcopis inferioribus dari coadiutores ſolebant) concedi permittantur. Quod ſi quando Eccleſiæ Cathedralis, aut Monaſterij vrgens neceſsitas, aut euidens vtilitas poſtulet Prælato Coadiutorem dari, is non aliàs cum futura ſucceſsione dari concedatur, quàm hæc cauſa prius diligenter à ſanctiſsimo Romano Pōtifice cognita ſit, & qualitates omnes in illo concurrere compertũ ſit, quæ à Iure, & Decretis ipſius ſanctæ Synodi Tridentinæ in Epiſcopis, & Prælatis requiruntur, aliàs conceſſiones ſuper his factæ ſubreptitiæ cenſeantur, idq; ea ſanè quàm optima ratione ſacroſancta Synodus ſanxit, quia in beneficijs Eccleſiaſticis, ea, quæ hæreditariæ ſucceſsionis imaginem referunt, ſacris Conſtitutionibus ſunt odioſa, & Patrum decretis conrraria. *a*

Generaliter ſciendum eſt, neminem eſſe in officio, quod prætendit à Sede Apoſtolica ſibi collatum, facilè accipiendũ, qui Apoſtolicos codicillos non oſtendat, niſi, & qui eos receperint, & ipſi recepti pœnas Canonicas experiri velint. *b*

De Officio & Poteſtate Capituli Sede vacante. *Tit.* XIIII.

CVM verò Sedes Epiſcopalis vacat, eius munerum partem ſubit Capitulum, nam & Iuriſdictio, poteſtasq; ordinaria, quæ Epiſcopo competebat, omnis tàm in ſpiritualium, quàm temporalium adminiſtratione, interim ad ipſum ſpectat, *c* quo circa electiones confirmat, vel infirmat. *d* & oblatos ſibi ab Eccleſiarum Patronis tam Laicis, quàm Clericis in Eccleſijs inſtituit. *e* Iudices dat, condit ſtatuta, *f* in omnibus illis caſibus diſpenſat, quibus

a cap. 7. ſeſ. 25. de reformat.
b extrauag. iniunctæ. de elect.
c c. cũ olim c. his quæ. de maio. et obedi.
d d. c. cum olim. Pauī. in tract. de poteſt. cap. quæſt. 4.
e c. 1. & inſt. in 6. c. cũ illis. §. cum autem. de præben.
f Pauin. qſt. 10. 2. part. princip.

etiam Epiſcopus. *a* Et poteſt vicinos Epiſcopos conuocare, qui Chriſma, & Cathecuminorum, Infirmorumq; oleum conficiant, vt de more quotannis fieri conſueuit ſolenni Cœnæ Dominicæ die Miſſa celebrata, quiq; candidatos ad ordines promoueant, *b* Eccleſiaſq; , cœmiteria, altaria calices conſecrent, ac reconcilient, Confirmationis ſacramentum, cum ſancto Chriſmate conferant, Abbatibus, Abbatiſsiſq; , Campanis, & Mappis benedicant, cæteraq; omnia, quæ Epiſcopalis ordinis ſunt, exerceant. Quin & Metropolitanæ Eccleſię capitulo, dum ea Sedes vacat, poteſtas eſt, ſuffraganeis eius prouinciæ mandare, vt aliquem ſuffraganeum confirmatum conſecrent. *c*

Nec illorum ſententiam reijciendam arbitror, qui eidem Capitulo Eccleſiæ Metropolitanæ Ius viſitandæ prouinciæ, & Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Ius Diœceſis ſuæ viſitandæ eſſe crediderunt. *d*

Et quamuis illam quæſtionem magis ancipitem credam, qua ambigitur, an ordines ab exteris Epiſcopis Clericales petituris literas dimiſſorias concedere poſsit, Ego tamen eorum ſententiæ libentius accedo, qui hanc etiam poteſtatem Capitulo concedunt. *e*

Item Capitulum penſioni tranſactionis cauſa beneficio imponendæ author non minus fieri poteſt, quàm idem ipſe Epiſcopus poſſet. *f* Item poteſt beneficium eius, qui in curia deceſſerit, Summi Pontificis largitioni ſeruatum poſt menſem conferre, ſi illud Summus Pontifex non contulerit, quemadmodum & Epiſcopus poſſet. *g* Sed & menſes, quos Epiſcopus ad conferendum habet, Capitulum eoſdem pariter Epiſcopo defuncto, aut aliter Eccleſia vacante, præcipuos habet, adeò, vt non poſsit quis literarum Pontificiarum vi beneficium expectans, his menſibus vacans beneficium aſſequi. *h*

Poteſt etiam Capitulum Sede vacante Vicarium Epiſcopalis Iuriſdictionis creare, & creatum arbitrio ſuo reuocare. *i* In quam rem & ſacroſancta eadem Tridentina Synodus ſic conſtituit, vt Capitulũ Sede

vacante,

a Pauin. q. 2. ea. par. 2. *b* Glo. c. his quæ. de ma. et obed. c. cũ olim. eo. tit. Paui. quæſ. 3. principa. prima par. *c* Pauin. ubi prox. ſupra num. 8. *d* Archidia. c. ſi Epiſcop. de ſuppl. neglig. Prela. lib. 6. Inno. c. 1. de maio. Paui. ubi ſupra quæ. 7. pri. par. pri. *e* Paui. q. 8. pri. par. pri. *f* de cætero. de tranſac. Paui. d. qſt. 8. nu. 6. *g* Paui. ubi prox. ſup. eſt exẽplũ in c. ſtatutum. de præbẽ. in 6. *h* Paui. ubi prox. ſupra. *i* Pauin. ubi ſupra quæſt. 10. 2. part. prin.

vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, Oeconomum vnum, vel plures fideles, & diligentes decernat, qui rerum Eccleſiaſticarum, & prouentuum curam gerat, quorum rationem ei, ad quẽ pertinebit, ſint reddituri.

Item, vt Officialem ſeu Vicarium infrà octo dies poſt mortẽ Epiſcopi conſtituere, vel exiſtentem cõfirmare omninò teneatur, qui ſaltem in Iure canonico ſit doctor, vel licentiatus, vel aliàs, quantùm fieri poteſt, idoneus, ſin ſecus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio huiuſmodi deuoluatur. Et ſi Eccleſia ipſa vacans Metropolitana fuerit, vel exempta, cuius Capitulum in creando vicario negligens fuerit, liceat antiquiori Epiſcopo ex ſuffraganeis in Metropolitana, propinquiori autem Epiſcopo in exempta, Oeconomum, & Vicarium idoneos conſtituere, Epiſcopus verò ad eandem Eccleſiam vacantem promotus, ex his, quæ ad eum ſpectant, ab eiſdem Vicario, Oeconomo, & alijs quibuſcunq; officialibus, & adminiſtratoribus, qui Sede vacante fuerint à Capitulo, vel ab alijs Sede vacante in eius locum conſtituti, etiam ſi ex eodem Capitulo fuerint, rationem exigat officiorum, Iuriſdictionis, adminiſtrationis, aut cuiuſcunque eorum muneris, poſſitque eos punire, qui in eorum officio, vel adminiſtratione deliquerint, etiam ſi prædicti Officiales redditis rationibus a Capitulo, vel a deputatis ab eodem abſolutionem, aut liberationem obtinuerint, eidemque Epiſcopo teneatur Capitulum de Scripturis ad Eccleſiam pertinentibus rationem reddere, ſi quæ ad Capitulum peruenerint. *a* *a c. 16. ſeſſ. 24.*

Item, ſi ad Epiſcopum, & Capitulum communiter pertineat collatio præbendarum, defuncto Epiſcopo, vel a beneficiorum collatione ſuſpenſo, vel aliter vacuam Sedem ſuam relinquente, poterit Capitulum vacantes conferre præbendas, etiam ſi Epiſcopus collationi tamquam Prælatus, non vt ſimplex duntaxat Canonicus intereſſe potuiſſet, & verſa vice,

idem poterit Epiſcopus, ſi contigerit Capitulum à collatione ſuſpendi, vel ſingulariter ipſius Capituli vnumquemque Excommunicationis vinculo innodari. *b* Cum verò ad ſolum Epiſcopum præbendarum ſpectat collatio cum conſilio Capituli ſui, vel aſſenſu, defuncto Epiſcopo, vel ſuſpenſo (niſi Epiſcopus in petenda ſuſpenſionis relaxatione ſit in mora) Capitulum proculdubiò eas non confert, *c* quodammodò enim alienare dicitur, & donare, qui beneficium confert, at Ius alienandi Capitulo competere nemo dixerit, adde &, quod, cum beneficiorum conferendorum poteſtas in fructu Iurisdictionis Epiſcopali ſit, fructus ſucceſſori ſeruandos nemo dubitat. *a*

b c.1. ne Sede vac. in 6.

c d ca.1. ne Sede vacan. in 6.

Multa alia præterea exiſtere poſſunt, quæ ad Capitulum Sede vacante ſpectent, ac plura, de quibus non inanis dubitatio oriri poteſt, an ad ipſum pertineant, quæ ex iuſtis ſuper hac materia editis tractatibus à conſultiſſimis Iuriſconſultis cognoſci poſſunt, *b* neq; enim mens nobis in præſentia eſt, ſingula proſequi.

Sede autem vacante nihil nouari contra eam poteſt, & ideo prius vnita illi Eccleſia diſſociari non debet, *c* & iudicium contra Eccleſiam Sede vacante legitimo defenſore carentem inſtitutum non tenet. *d*

a Glo. c. cum olim. & ca. his quæ. de maio. & ob. Pauin. q. pr. 2. par. prin.

b Pauin. d. tract. de poteſt. ca. Sede vacan.

c c.2. de inſtit. & d. ca. cum olim. de maior. & obed.

d c. 1. ne Se de vacan.

De Officio & Poteſtate Legati. Tit. XV.

NVNC dicamus de Officio & Poteſtate Legati eius ſcilicet, qui cum Iurisdictione eſt, nam, & ſi is quoque inter eos, qui Iurisdictionem ordinariam habent (vt ſuprà docuimus) numeretur, tamen quia propria quædã præcepta deſiderat, quæ alijs Ordinarijs nõ competunt, de hoc eſt aliquid ſeparatim tractãdũ

Cum igitur multa ſæpe accidant, quæ ita ardua ſunt, vt per locorum Ordinarios abſolui non poſsint ſed ſupremi Pontificis poteſtatem autoritatemq; deſiderent, ipſe autem Romanus Pontifex omnibus vbique præſtò eſſe non poſsit ſuam authoritatem impertiturus, neceſſariũ fuit, vt aliquis in prouincias latiſsima

ma cum poteſtate mitteretur, qui Romani Pontificis gerẽs vicem ea adminiſtraret,quæ alioqui Sedis Apoſtolicæ poteſtate eguiſſent,eò factum eſt, vt Legati à Sede apoſtolica in prouincias mittantur, quos ſi qui non admiſerint,aut impedierint,ipſo facto in Sententiam Excommunicationis incidunt,eorumq; terrę Ecclesiaſtico ſubijciuntur interdicto,nulla conſuetudine contraria attenta. *e*

Atq; hi Legati triplicis generis ſunt,nam aut Cardinalium è Collegio ſunt, qui & propterea de Latere Summi Pontificis Legati dicuntur,quòd ab eius latere,cui hærere eos decet,cum in prouincias mittuntur, abſcedunt,nec frequenter curiam exeunt,niſi cum tali officio, & poteſtate Legationis, *a* aut ſunt Cardinalibus inferiores,quibus ipſorummet ratione, & meritis id munus conceſſum eſt,qui Legati conſtituti dicuntur. *b* Aut, qui hoc Legationis officium alij dignitati ſuæ annexum habent, vnde & Legati nati appellantur,quòd vnà cum dignitate,puta,Archiepiſcopatus,quam habent,id officium naſcatur, & eius ſpeciei eſſe dicuntur Archiepiſcopus Eboracenſis,& Cantuarienſis in Anglia,Remenſis in Francia, Piſanus in Italia,omnes enim hi,& ſi qui ſimiles in prouincijs ſui Archiepiſcopatus præter Archiepiſcopalis dignitatis poteſtatem hanc quoque Legati authoritatem obtinent. *c* Atque omnes Legati,cuiuſcumque ex ſupradictis tribus ſpeciebus ſint,Ordinariam proculdubio, Iuriſdictionem habent,quare nec cum Pontificis Romani vita,à quo Legati ſint,eorum Iuriſdictio expirabit, & Legati quidem Cardinales ferè Proconſulibus cõparari poſſunt, qui vero Legati Cardinalibus ſunt inferiores cæteris Præſidibus comparãtur, quibus certæ ſunt decretæ prouinciæ regendæ. *d*

Horum autem Legatorum omnium officium eſt, cauſas audire eorum,qui in prouincijs ſuis ad ſe accedunt,& de querelis ad ſe delatis cognoſcere, *e* & Cõcilium prouinciæ vocare. *f*

Beneficia autem vacantia Iure Legationis cõferre

e extrauag. pri. de cõſuetu.c.1. in fi. diſt.94.

a c.decretu. c.ſi quis Epiſcopus. 2. q. 6. Aeneas Falco. in tracta.de reſer. in 2.par. 5. pral.

b Spec.titu. de lega.ver. ſupereſt.videre.nu.3.

c Gig.ĩ tra. de penſio. q. 6.col. 4.ĩ fi.

d ca.2.in 6. eo.tit.

e cap. 1.vbi Imol. col.1. in fi.eo.ti.

f Abb. cap. quod ad trãslationẽ. nu. 7.eo. titu.

Legato Cardinali tantùm à Iure permiſſa eſt poteſtas alijs autem Legatis non, niſi nominatim à Summo Pontifice eis concedatur. *a* Sed ſi beneficium, de quo conferendo agitur, in alicuius Laici patronatu ſit, hoc neq; Legatus à latere conferre poteſt, quamuis tunc poſſit, cum ſub Patronatu Clerici eſt ratione Eccleſiæ, quam Clericus ipſe habet. *b*

a cap. 1. ubi glo. fi. eo. tit. in 6.

b c. dilectus filius. ubi gl. & Abb. eo. tit.

Poſſunt etiam Legati, cuiuscumq; generis ſint, facere ſtatuta in prouincia ſibi commiſſa, poſt depoſitum quoq; officium vim nihilominus habitura *c* Et nemo dubitat poſſe etiam eos delegare, quorum tamen delegatorum Iurisdictio vnà cum Legati officio, niſi citatione præmiſſa perpetuata ſit, extinguetur. *d*

c cap. fi. ubi Abb. pri. no. eo. tit.

d d. c. fi. ubi glo. et Abb.

Indubitati quoq; Iuris eſt, poſſe Legatum à latere ſuæ prouinciæ beneficia ſuæ collationi reſeruare, quæ tamen reſeruationes ſuæ Legationis authoritate factæ, poſt Legationis officium obitum nullius erunt momẽti, & proceſſus ſuper eis agitati nihil viriũ tunc habebunt, cuiusmodi ſunt (exempli gratia) decreta ſuper hiſce reſeruationibus interpoſita, necnõ denuntiationes, & inhibitiones per eũ vel per executores ab eo datos factæ, dummodò ad ipſorũ beneficiorũ collationem nõdum ventũ ſit. Et hę quidẽ reſeruationes ſtrictè procedunt, quare nec in eadem Eccleſia collegiata vel Cathedrali, nec beneficiorum, quę ad eiusdem pertinent Iurisdictionem, duas eodem tempore reſeruationes Legatus vel habere, vel facere poteſt. *e*

e c. præſenti. ubi gl. eo. tit. in 6.

Item poteſt Legatus Cardinalis quoscumq; etiam propter manuum in clericos iniectionem excommunicatos abſoluere tam in prouincia ei decreta, quàm extrà, tam ſubditos, quàm extraneos, & aliunde profectos, dum ipſe Legatus extra vrbem Romanam agit. Nec minus hoc ei licebit, quamuis iniuria, propter quam Excõicationem incurrit, grauis fuiſſet, vt creberrimis interpretum ſententijs receptum eſt, grauemq; iniuriam æſtimant, vel ex perſona cui illata eſt, vt, ſi in Epiſcopum, vel Abbatem ſit manus iniecta, vel ex re ipſa, vt, ſi membri mutilatio, vel maxima ſanguinis ef

fuſio

fuſio facta fuerit, uel ex loco, vt ſi loco publico inflicta ſit. *a* Sed hæc tamē poſtremò loco narrata iniuriæ enormitas alijs ſuperioribus nōvidetur cōpatāda.

Sed ea poteſtas Excommunicatos abſoluendi non ita laxata eſt alijs Legatis, qui à Pontificis Maximi latere non ſunt profecti, nam illi quidem, quibus non dignitatis, quam habent, connexitate, ſed ſua ipſorum contemplatione Legatos eſſe datum eſt, prouinciæ ſuæ homines ſibi ſubditos, dum in ea morantur, abſoluendi Ius habent, & ſi crimen alibi contraxiſſent, ſed & non ſubditos, ſi in ſua prouincia Excommunicationis in pœnam inciderint, non minus abſoluent, eos verò, qui neque in ſua prouincia deliquerunt, nec in ea morantur, nec aliqua ratione ſibi ſubiecti ſunt, dubiū non eſt, quin abſoluere non poſsint, quin etiam neque proprios ſubditos abſoluunt, dum extra prouinciam agunt, vt Gulielmus Durandus, Ioannes Andreæ, & Panormitanus Abbas aduerſus Vincentium tradiderunt, quorum ſententiam quàmplurimi ſecuti ſunt, quod procedit etiam (vt idem Panormitanus cum alijs cenſuit) ſi Iudicis illius, in cuius Diœceſi morantur Excommunicati, conſenſus acceſsiſſet.

Legati verò, qui Legationis officium dignitati ſuæ Epiſcopatus forte vel Archiepiſcopatus annexum habent, ideoq; Legati nati appellantur, nullo caſu huiusmodi Excommunicatos expiandi authoritatem habent, quanuis ſibi ſuppoſiti eſſent, Iuriſdictionisq; ſuæ oras incolerent, ibiq; delictum Excommunicatione dignum patraſſent, nam, cum horum Legatio perpetua ſit, ſicut & dignitas, cui inhæret, ſi eis Excommunicatos huiusmodi abſoluendi Ius poteſtasq; eſſet, leue eſſet medius fidius priuilegium Clericis eorum locorū à Iure communi conceſſum, quando tam prompta, & facilis eſſet perpetuò delinquentis indulgentia dempto ei Romani itineris labore. *b*

Illud tamen certum eſt, Legatum, qui plurium locorum Iuriſdictionem habet, poſſe in omnibus locis officium ſuum exercere, & loci vnius negocia morā alibi

a Gondiſl. Villadieg. in trac. de Legato. q. 12.

b Habes ſupradicta omnia ex c. Excommunicatis. cum doc. Abba. eo. ti. & Gondiſl. Villadieg. d. q. 13.

b c. nouit il le. eo. tit.
c c. 1. de uer. ſign. in 6. c. quod ad trãs lationem nu. 10. hoc eo. t. de offi. leg.
d c. uolẽtes. ubi Abb. eo. tit.
e c. 2. eo. tit.
f c. niſi ſpecialis. cũ c. ſeq. eo. tit.
a c. delibera tione ĩ prin. eo. tit. in 6.
b d. c. delibe ratione. in fi.
c c. fi. in 6.
d cle. fi. de offic. ordin.
e c. licet tra nẽſis. eo. tit.

trahentem explicare. *b*

Legati Cardinales illis quoque Iusdicere poſſunt, qui Ordinariorũ Iurisdictioni proprijs priuilegijs ſubtracti ſunt, quos exẽptos vocãt, *c* Et, cũ Legati Cardinales in ſibi decreta prouincia exiſtunt, minoris Legati officiũ ibi in terea ceſſat, quãuis dignitati cohęrẽs. *d* Sed neque cauſæ alij ſpecialiter à Summo Pontifice delegatæ ſe ingere poteſt, niſi vt ſententiam iuſtè latam confirmet, ac executioni demandet, *e* neq; ex generali Legationis poteſtate, quamuis a latere Summi Pontificis ſit, Epiſcopos transferre, vel Eccleſiam Cathedralem alteri item Cathedrali ſubijcere, nec duos Epiſcopatus vnire, aut vnum in duos partiri poteſt, *f* nec Cathedrales, vel Regulares, aut alias collegiatas Eccleſias, aut vllas Cathedralium Eccleſiarum dignitates, quæ primæ poſt Epiſcopatum in ipſis Eccleſijs ſint, & ex electione conferri ſoleant, vel conferre, vel reſeruare poteſt. *a* Nec poteſt Legatis alicui, vel generaliter, vel nominatim concedere, vt ille poſſit beneficia intrà ſuæ Legationis fines ſita, in ſuis manibus Canonicè reſignata, cui voluerit, conferre, *b* nec valet collatio beneficij per eum facta illi, qui aliud beneficium habebat, de quo nullam mentionẽ fecit, *c* quod in quibuſlibet alijs habentibus conferendi poteſtatem contra eſt. *d*

Item, cùm Legatus cauſæ ſuſceptam examinationem ad Sedem Apoſtolicam detulerit, amplius ipſe de eadem examinationem ſumere prohibetur. *e*

De Officio & Poteſtate Iudicis Delegati. Tit. XVI.

SOLENT nonnunquam Summi Pontifices, eorũue delegati, aut alij Ordinarij, cum cauſas ad ſe ſpectantes, vel delatas ipſi vel cognoſcere, vel dirimere nolunt, aut non poſſunt, alteri vices ſuas mãdare, qui ad Iudiciũ vocet (quod tamen citationes mandandi Ius non alij Delegato, quã Summi Pontificis permiſſum

miſſum eſt) *f* cauſam cognoſcat, decidat, exequatur, aut vnum, vel plura ex his faciat, poteſt enim Iure noſtro à Summo Pontifice Delegatus etiam cauſæ media alteri ſubdelegare, quamuis ſibi ſententiam reſeruet, & ſi diuerſum Cæſareis Conſtitutionibus caueatur, quæ neminem ab Imperatore Delegatum permittunt cauſæ media, niſi cum ſententiæ etiam ferendæ poteſtate alij demandare. *g*

Delegare autem poſſunt (vt diximus) Ordinarij, & Delegati Summi Pontificis, Sed non omnibus tamen facta huiusmodi mandata valebunt, nam præterquã, quod peritum eſſe eum oportet, cui delegatur, ætatisque legitimæ, id eſt, maiorem viginti annis, cui ab inferiore Principis facta ſit delegatio (nam à Principe etiam minor viginti annis Iudex dari poteſt) *h* exigitur præterea, vt aliqua in dignitate ſit, vel perſonatu conſtitutus, aut ſaltem Eccleſiæ alicuius Cathedralis Canonicus, qui à Summo Pontifice, vel eius Legatis delegatur. *i*

Principalis etiam Officialis Epiſcopi, & Religioſus conuentualem obtinens Prioratum, quamuis ad eum Prioratum non conſueuerit per electionem aſſumi, à Sede Apoſtolica, vel eius Legato delegari poſſunt, ſed Officialis foraneus, aut Religioſus Monaſterij ſui Prior clauſtralis delegari non poſſunt. *a* Epiſcopus verò etiam ſimplici Clerico delegare poteſt. *b* Et Delegatio facta dignitati etiam ad ſucceſſorem eius, cui primùm facta fuerit, tranſibit, *c* vni tamen perſonæ facta Delegatio ad alias perſonas prorogari non poteſt. *d*

Sciendum eſt, quod quamuis actor Iudicem habere recuſans in rei conuenti Ciuitate, vel Diœceſi, poſſit in alia Ciuitate, vel Diœceſi Iudicem impetrare, vbi actor & reus diuerſarum prouinciarum ſunt, non tamen vltra vnius diei inter eum trahere extra ipſius Diœceſim debet, *e* quamuis olim vſque ad duorum dierum iter trahere eum poſſet. *f*

Sin actor, & reus eiusdem fuerint Ciuitatis, vel Diœceſis,

f c. paſtoralis. §. pri. & c. ſuper quæſtionũ eo. ti.
g c. ſuper quæſtionũ. in prin. ubi doc. eo. tit. autẽ. ad hæc, ubi Iaſ. & alij C. de Iudic.
h c. cum uigeſsimũ. ubi glo. & doc. eo. tit. de officio de leg.
i c. ſtatutũ. in prin. uer. ſancimus. eo. tit.
a cle. 2. de reſcrip.
b d. c. ſtatutum. uer. Sedis Apoſtolicæ. ubi gl.
c cap. quoniã Abbas, eo. tit.
d c. P. et G. infi. eo. tit.
e d. c. ſtatutum. §. cum autem. de reſcrip. in 6.
f c. nõnulli. in prin. de reſcrip.

Diœceſis, non erit dandus extra ipſam Diœceſim delegatus, niſi infraſcriptis caſibus, quibus tamen caſibus pariter vltra vnius diei iter degenti perſonæ delegatio facienda non erit. Hi caſus ſunt, vbi Epiſcopus vel eius Capitulum, aut vniuerſitas Ciuitatis, Villæ, aut Caſtri, ab aliquo ſuæ Diœceſis conuenitur, vel eum conuenit. Item vbi actor eam Ciuitatẽ, vel Diœceſim ingredi non audet, vel aduerſarij potentiam meritò perhorreſcit, dum tamen eum metum ſaltem proprio iuramento probet. *a*

a d.c. ſtatutum. §. cum autem.

Synodus quoque Tridentina ſub Pio Quarto conſtituit, vt in ſingulis Cõcilijs prouincialibus, aut Diœceſanis aliquot perſonæ eligantur, quæ qualitates habeant ſupradictas iuxta narratam modò Conſtitutionem, quæ Bonifacij Octaui fuit, vt præter locorum Ordinarios his etiam poſthac cauſæ Eccleſiaſticæ, & ſpirituales, & ad forum Eccleſiaſticum pertinẽtes in partibus delegendæ committantur, &, ſi aliquam interim ex deſignatis mori contigerit, ſubſtituat Ordinarius loci cum conſilio Capituli alium in eius locũ vſque ad futuram prouincialem, aut Diœceſanam Synodum, ita, vt habeat quæque Diœceſis quatuor ſaltem, aut etiam plures probatas perſonas, ac vt ſuprà qualificatas, quibus huiuſmodi cauſæ à quolibet Legato, vel nuntio, atque etiam à Sede Apoſtolica committantur, alioquin poſt deſignationem factam, quã ſtatim Epiſcopi ad Summum Romanum Pontificem transmittant, Delegationes quæcunque aliorum Iudicum alijs, quàm his factæ, ſubreptitiæ cenſeantur, cuius quidem conſtitutionis Tridentinæ ratio fuit, quia ob malicioſam petentium ſuggeſtionem, & quãdoque ob locorum longinquitatem, perſonarum notitia, quibus cauſæ mandantur, plenè haberi non poteſt, quo fiebat, vt interdum Iudicibus, non vndequaque idoneis cauſæ in partibus delegarentur. *b*

b c. 10. ſeſſ. 25. de reformat.

Non tantùm vnus, ſed & plures ad eandem cauſam dari Iudices poſſunt, at in pluribus Iudicibus dandis diuerſæ formæ in vſu eſſe conſueuerunt, nam aut ſimpliciter

pliciter cauſa omnibus ſimul committitur, quo caſu, ſi vnus, vel aliqui ex ipſis ſine alijs ſententiam ferant, nullius momenti erit ſic prolata ſententia, *a* & vno ex hac forma Delegatis rebus humanis exempto, vel infamia aliqua notato, vel propter ſuſpitionem remoto, omnium officium expirabit, cum nemo eorum inſolidum Iudex ſit, ſed loco vnius omnes cenſeantur, ſimulque omnes iudicare iuſſi ſint, *b* non prohibetur tamen is, qui ex eis fuerit impeditus, alteri ſubdelegare, quem ſubdelegatum ſi collega non admiſerit, proceſſus irritus fiet. *c*

a c. cauſam matrim. eod. eo. tit.

b c. uno delegatorum. ubi glo. eo. tit.

c Abb. c. coram. eo. tit.

Aut Delegatio pluribus fit cum clauſula illa, vt, Si omnes intereſſe nequiuerint, duo nihilominus procedant, quod cũ fit, neceſſe eſt, omnes ſimul procedere, ſi nullũ ſubſit impedimentum, quo aliquis eorum auocetur, ſed, ſi vnus, vel aliqui eorũ ſint impediti, vel nolint intereſſe, oportet in primis horũ impedimẽtum alijs, qui expliciti ſunt, & qui procedere volunt, notum eſſe, vel de eorũ voluntate cõſtare, vt illi procedere poſſint, neq; enim valerent acta per eos hoc non obſeruato. *d* Pontificis quidem reſcriptum eum caſum exprimẽs, quo non poſſit delegatus intereſſe, eum quoque ad caſum extenditur, quo nolit, *e* quamuis olim alter caſus alterum non compræhenderet, *f* & non ſolùm de impotentia facti, ſed etiam de impotentia Iuris intelligitur, vt, ſi aliquem eorum ſeruum, vel infamẽ, aliove impedimento legitimo detentum eſſe conſtiterit, impotentia autem facti dicitur, vt, ſi conſtiterit eum caſu mortis occumbere, aut ineuitabilis neceſſitatis articulo impediri, quominus valeat intereſſe. *g*

d c. prudentiam. eo. tit.

e d. c. prudẽtiam. §. adijcimus.

f c. ſciſcitatus. de reſcrip.

g d. c. ſciſcitatus. de reſcrip.

Quin etiam, ſi is qui impeditus eſt, alteri quamuis extraneo id eſt, ei, qui ex collegis non ſit, vices ſuas ſubdelegauerit, non poterunt alij hunc à ſuo collega datum ſubſtitutum recuſare, niſi is, qui ſubdelegauit, perpetuo vel ineluctabili impedimento implicitus ſit, vel niſi Delegatio hoc modo facta eſſet, vt alijs impeditis, qui nunc ſubdelegauit, ipſe potiſſimùm procederet, ſicque ſolus ipſe, qui ſubdelegauit, non etiam

alij

alij collegæ, ſine alijs procedere dignus habitus ſit, quo caſu is, qui alijs prælatus eſt, ſubdelegare quidē poteſt, ſed ab alijs ſubdelegatum collegis, ipſe admittere cogendus non eſt. Vel niſi in Delegationis reſcripto appellationis ſpes omnis ſublata ſit. *a*

a d. c. corā. in fi. ubi gl. Ab. et Fely.

Aut deniq; hoc modo (quę frequentiſſimo quidem forma in vſu eſt) plures delegantur, vt omnes, aut duo, vel vnus procedat, ſicque omittitur illa conditio. SI OMNES non poſſint &c. ſed facultas ſimpliciter conceditur cuiuis ex Delegatis procedēdi, quorum ſi quis alios præuenerit incipiens de negocio cognoſcere, alijs dempta erit poteſtas interea de eodem ſe impediendi, niſi is, qui præuenit, aliqua iuſta cauſa poſtmodum impeditus fuerit, cauſam finire, uel, niſi doloſè procedere detrectaret, his enim caſibus alijs fieret locus, nec tenerentur à collega ſubdelegatum admittere. *b* Sed, ſi is, qui alios præuenit, Iuriſdictionem ſuam ita ſtabilierit, vt Delegantis morte expirare non poſſit, puta, quia partes iam ad Iudicium vocaſſet, hoc alijs quoque collegis vtile erit, nam, & ſi hunc mori contingat, poterunt nihilominus alij etiam mandatore mortuo hoc muneris ſuſcipere, quaſi à collega ſibi traditum, & perpetuatum, quamuis ipſi, dum mandator in humanis eſſet, nihil omnino in hoc iudicio egiſſent. *c*

b c. cum plures. eo. tit. in 6.

c d. c. cum plures.

Delegatus Iudex hoc diligenter obſeruare debet, ne fines mandati egrediatur, *d* ſin nulla in mandato alia forma præſcripta ſit, Iuris formam ſeruabit. *e*

Si Delegatus à Summo Pontifice in alium hoc munus transferre velit, iſq; munere iniūcto fungi detrectet, poterit eum ad ſuſcipiendū compellere, niſi ipſe malitioſe exonerare ſe ſtudeat. *f* Verùm in eo compellendo gradus, & dignitatis rationem habebit, alio enim modo aget cū viro ſublimi in loco poſito, quàm cum cæteris, qui, etſi dignitatem habeant, non tamen magnopere alios excellunt. Nam (exempli gratia) ſi Epiſcopo delegare quis velit, non debebit eum confeſtim his modis cogere, quibus alium inferiorem poſſet,

d c. venerabili. eo. tit.

e. cum dilecta. de reſcript.

e c. ex parte tua. eo. tit.

f c. paſtoralis. in prin. eo. tit.

ſet, ſed modeſtia cum eo vtetur, Supremi ordinis rationem habens, quare ei primò Eccleſiæ ingreſſum interdicet, vel Sacerdotalis officij executionem, poſt, etiam ab officio ſuſpendet, & demum, ſi pertinaci aĩo perſeuerarit, Excommunicationem quoq; irrogabit, quod ſi iam ab initio admodum cõtumacem ſe oſtenderit, iam tum licebit contra eũ Eccleſiaſtica cenſura vti, quamuis ipſe Delegatus qui ſubdelegare vult, Epiſcopus non ſit. *a*

Hinc apparet, quanta ſit Iudicis Delegati poteſtas in cauſa ei mandata per Summum Pontificem, cum etiam illis imperandi Ius habeat, qui extra cauſam ipſo eſſent ſuperiores, & cũ Epiſcopos, aliosq; ſibi minimè ſubiectos, & quorum cauſa minimè ſibi mandata ſit, poſſit vel interdicti, vel ſuſpenſionis, aliaue cẽſura compellere. *b* Eiusq; poteſtas etiam contra extraneos officium ſuum impedire enitentes exerceri poteſt, *c* quod & ipſius Delegato permiſſum eſt. *d* Atq; eo ipſo, quo alicui cauſa cõmittitur, ſuper omnibus, quæ ad cauſam ipſum pertinere noſcuntur, plena eidem tribuitur poteſtas, quamuis Delegationis literæ nequaquam hoc contineant, vt partes compellere, & ſeueritate Eccleſiaſtica contumaces coercere poſſit. *e* Atque etiam, vbi nulla à Iure pœna ſtatuta eſt, arbitrio ſuo pro delicti, & cauſæ qualitate pœnam ſtatuere in eos, qui in cauſis Delegatis iudicio ſuo parere contempſerint. *f*

a c.2.eo.ti. in 6.& d.c. paſtoralis. & c. ſanè quia.extra. eo.
b d.c. ſanè quia.eo.tit.
c c.1.eo.ti.
d c. ex literis.eo.tit.
e c. præterea. eo. tit.
f c. de cauſis in fi. eo.tit.

Poteſt Delegatus mãdatum ſuum, quo totam cauſam alij delegauerat, arbitrio ſuo reuocare, dum res adhuc integra ſit, id eſt, ſi ille Iuriſdictione vſus hactenus non ſit, *g* & illo rebus humanis exempto cauſam reſumere. poterit, cum Iuriſdictio, ex quo ipſa vſus non eſt, non cenſeatur in eum efficaciter tranſiuiſſe. *h*

g c. quãuis eo.tit. in 6.
h d.c. quamuis.

Si Delegatus (quotiès eum abeſſe contigerit) alicui vices ſuas commiſerit, poterit Subdelegatus eo rebus humanis exempto (cum & tunc cenſeatur abeſſe) commiſſum ſibi negocium liberè diffinire, modò illo viuente Iuriſdictione vti ceperit, quod non minus

licebit,

licebit, ſi vices ſub ea forma commiſerit, donec duxerit reuocandas. *a*

Delegatorum à Summo Pontifice poteſtas in ſententia exequenda vſque ad annum poſt latam ſententiam viget. *b* Poſſunt etiam, ſi eis videatur, id onus ſententiæ executioni mittendæ in Ordinarium transferre. *c* Cum verò Iudicis Delegati ſententia executionem fuerit ſortita, eius finietur Iuriſdictio. *d* Sed & alijs modis Iurisdictio Delegata finitur, veluti, ſi la pſa ſit dies, ad quam cauſa ex mãdati forma terminari debuerat, niſi à partibus prorogata ſit. *e* Item ſi re integra moriatur is, contra quem fuerant literæ impetratæ, *f* vel is, qui ipſas literas impetrauerat, vel Iudex, cui fuerat Delegatio facta, *g* vel is, qui Delegauit. *h* Item per contrarium reſcriptum poſterius de priore expreſſam mẽtionem faciens, *i* alijſq; modis, qui ex voluminibus, & interpretibus Decretalium Epiſtolarum peti poſſunt. K

Hoc neminem præterire volumus, non facilè alicui fidem eſſe adhibendam, etſi aſſerat ſe Delegatum eſſe, niſi hoc ipſe probet, quapropter, ſi quis tãquam à Sede Apoſtolica Delegatus mihi iniungat, vt palàm fieri curem aliquem, puta, Titium eſſe Excommunicatum, potero ego hoc mandati onus effugere, niſi ille de mandato Apoſtolico fidem faciat. *l*

a c. ſi delegatus. eo. ti. in 6.
b c. quærenti. extra. eo. tit.
c d c. paſtoralis. §. quia uerò ſepè. eo. ti.
d c. in literis. eo. tit.
e c. de cauſis. in princ. eo. tit.
f c. ſignificauit. de reſcrip.
g Glo. & doc. d. c. ſignificauit.
h Glo. ca. in literis. eo. ti.
i ca. cæterũ. de reſcrip. glo. d. c. in literis.
K Glo. d. c. in literis.
l ca. cum in Iure peritus.

De officio Conſeruatorum. Tit. XVII.

IVXTA Delegatorum tractatum non erit ab re etiam de Conſeruatoribus aliqua dicere, quibus à Sũmo Pontifice mandatur, vt aliquos à manifeſtis iniurijs defendant, & hi quidem ad ea, quæ Iudicij indaginem deſiderant, ſuam poteſtatem non extendunt, *m* niſi hanc poteſtatem à Summo Pontifice nominatim acceperint, vt frequenter hodie in huiuſmodi conſeruatorijs literis fieri videmus, nec tamen hi Conſeruatores Delegatorum è numero cenſendi ſunt, quamuis Delegatis comparentur in multis, *n* nam & multis articu-

m c. 1. de offic. delegati. in 6.
n Berous. in Rub. de offi. deleg. nu. 6. & 7.

articulis eos inter ſe differre conſtat, vt ecce, Conſeruator dari non poteſt, niſi qui dignitatem aut perſonatum habeat in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiatã, puta Epiſcopus, Abbas, Archipresbyter, & ſimiles, ſed nec defuerunt, qui etiam Officialem Epiſcopi principalem Conſeruatorem fieri poſſe crediderint, quamuis declarationem Summi Pontificis, vt res certior fiat, exoptarent, *a* nec ſufficit Cathedralis Eccleſiæ quem ſimplicem Canonicum eſſe, vt Conſeruator fieri poſſit, & tamen Eccleſiæ Cathedralis Canonicus delegari ad cauſas poteſt, Item non poteſt qui Conſeruator ſui Conſeruatoris fieri, vel eius, cuius ipſe Iuriſdictioni ordinariæ ſubiectus eſt, niſi forte Regis, aut Reginæ, & tamen mandatum ad cauſas, de quo præcedenti titulo tractauimus, etiam ſubdito eius, de cuius cauſa agitur, fieri poteſt.

a Gl. cle. 2. uer. delegatus. de reſcript. ubi doc.

His adde, quod non permittitur Conſeruatori extra Ciuitatem, aut Diœceſim, in qua fuerit deputatus, contra aliquem procedere, aut aliquem extra locum itinere vnius diei remotiorem protrahere, quod tamen Delegato partium conſenſum habenti non denegatur. Item Conſeruator vices ſuas, citationibus, & ſententiarum denunciationibus duntaxat exceptis (has enim etiam per alios valet exercere) nulli committere poteſt, niſi hoc ei competat ex beneficio literarum, quo tamen caſu non niſi intra Ciuitatem, vel Diœceſim in qua deputatus fuerit, hoc ei facere licet, At ſuprà docuimus, Delegatũ à ſummo Põtifice totã cauſam, vel partẽ alij demandare poſſe. Cõſtat porrò Conſeruatorẽ ad futura, non autem delegatũ dari. *b*

b c. fi. de offic. deleg. in 6. ubi glo.

Sed nec ea leuis inter hæc eſt differentia. Quod, ſi Conſeruatores alijs, quàm manifeſtis iniurij, & violentijs ſcienter ſe immiſcere non dubitarint, ſeu ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam poteſtatem extendere, eo ipſo per vnum annum ab officio ſunt ſuſpenſi, Ac pars, quæ hoc fieri procurauerit, ſententiam Excommunicationis incurrit, aqua abſolui non poteſt, niſi ei, quem ſic indebitè fatigauerit,

prius

prius de expenſis integre ſatisfecerit. Quę tamen pœna Delegato poteſtatis ſuæ metas excedenti impoſita non reperitur, quod ea ratione factum eſt, vt conſeruatores limites ſibi traditę poteſtatis (quos frequenter excedunt) metu pœnæ diligenter obſeruent, a Sed cum hodie, vt diximus, conſueſcant ferè ſemper Conſeruatores Pontificijs reſcriptis dari etiam cum poteſtate ſe immiſcendi his, quæ iudicij indaginem reſpiciunt, non frequenter ſupradictæ pœnæ fiet locus.

a d. c. fi. §. ut autem. de offic. deleg. in 6. & glo. in d. c. fi. §. fi. uer. edita. in fi.

Sed neq; Conſeruatorum negocium Sancta Synodus Tridentina ſine debita animaduerſione reliquit, dum conſtituit, vt Conſeruatoriæ literæ cum quibuſcumque clauſulis, aut decretis. quorumcumq; iudicum deputatione, quocumq; pretextu, aut colore conceſſæ, nemini omnino, cuiuscumq; dignitatis, & conditionis ſit, etiam ſi Capitulum fuerit, ſuffragentur ad hoc, vt coram ſuo Epiſcopo, ſiue alio ſuperiore ordinario in criminalibus, & mixtis cauſis accuſari, & conueniri, ac contra eum inquiri, & procedi non poſſit, aut quominus, ſi qua iura ei ex ceſſione competierint, ſuper illis liberè valeat apud Iudicem Ordinarium conueniri. In ciuilibus etiam cauſis, ſi ipſe actor extiterit, aliquē ei apud ſuos conſeruatores iudices in iudicium trahere minime liceat. Quod ſi in his cauſis, in quibus ipſe reus fuerit, cōtigerit, vt electus ab eo Conſeruator ab actore ſuſpectus eſſe dicatur, aut, ſi qua inter ipſos Iudices, Conſeruatorem, & ordinariū controuerſia ſuper competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquā in cauſa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos ſuper ſuſpitione, aut iuriſdictionis competētia fuerit iudicatum, familiaribus verò eius, qui huiuſmodi literis Conſeruatorijs tueri ſe ſolent, nihil illæ proſint, præter quàm duobus duntaxat, ſi tamen illi proprijs eius ſumptibus vixerint, Nemo etiam ſimilium literarum beneficio vltra quiquennium gaudere poſſit, ac ſtatuit, vt non liceat Conſeruatoribus iudicibus vllum habere tribunal erectum. Vniuerſitates autem generales, & Collegia doctorum, ſeu ſcholarium, & re

gularia

gularia loca, necnon hoſpitalia actu hoſpitalitatem exercentia, ac vniuerſitatum, Collegiorum, locorum, & hoſpitalium huiuſmodi perſonæ in prædicto Canone minime comprehenſæ, ſed exemptæ omnino ſint, & eſſe intelligantur. *a*

Officium autem quorumcunque Conſeruatorum ipſo iure quo ad non cepta negocia per obitum concedentis expirat. *b*

a ca. 5. ſeſſ. 24. de refor mat.
b d.c. p. & fi. de offi. de leg. in 6.

De Officio Archidiaconi. Tit. XVIII.

ARCHIDIACONVS à iure Vicarius Epiſcopi eſt conſtitutus, clerique vniuerſi curam habet, tam in vrbe, quàm in Parochijs, præeſt Archipresbitero, Primicerio, Cuſtodi, Sacriſtæ, imperat Subdiaconis, & Leuitis, Parochiarum ſollicitudo, & ordinatio ad ipſum pertinet, iurgia ſingulorum cognoſcit, omniumque primus, & eximius eſt poſt Epiſcopum, & Epiſcopi oculus appellatur, quòd vice Epiſcopi omnia per Diœceſim ſcrutans corrigat, quæ correctione egere noſcuntur, niſi negocia valde ardua ſint, quæ maiorẽ authoritatem deſiderent, ſatagitque de conuerſatione, & extimatione clericorum certior fieri, inſtaurandisque Eccleſijs præeſt, tertio quoq; anno vniuerſam Parochiam, id eſt, Diœceſim abſente Epiſcopo colluſtrat, ea corrigens, quibus correctione ſit opus. *c* Parochiam verò propriam ſingulis annis viſitat. *d* examinatio Clericorum, qui ſunt ad ſacros ordines promouẽdi, eius officij eſt, & examinatio eorum, qui ſunt Eccleſijs præficiendi, quos etiam ipſe coràm Epiſcopo ſiſtere debet, *e* Ipſius item hæ ſunt partes, Euangelium in ſacrificio miſſæ pronuntiare, alijue ex Diaconis pronunciandum iniungere; & cum Epiſcopus miſſam eſt ſolennem celebraturus, ipſe Leuitas de eorum officio inſtruit, & iubet eos veſtes ſacras induere, & oẽ denique officium Eccleſiaſticum ipſe diſponit, lectiones, aut reſponſoria in matrice Eccleſia præſcribit, vel audit, ita vt nemo Euangelium, ſacramùe Epiſtolam, aut reſponſoria, aut aliam quamlibet lectionem in

c c. p. eo. tit. de offic. Archidi. ubi glo. uer. de tertio.
d c. mandauimus eo. ti.
e c. ad hæc eo. tit.

Eccleſia legere, aut canere poſſit, niſi prius ab Archidiacono exauditus, Acolytis quoque ipſe officia diuidit, præcipiendo, quis eorum Candelabra, quis thuribulum geſtare, & quod quiſque minorum in Eccleſia munus obire debeat, *a* idem vaſa vſibus Eccleſiæ dicata cuſtodit. *b* Pecuniam Eccleſiæ à pijs hominibus eleemoſynæ cauſa datam accipit, & Epiſcopo reddit, Diaconorũ delicta Epiſcopo aperit, Sacerdotibus ieiuniorum, & ſolennitatum dies ipſe notos facit. Archidiacono vero abſente hæc omnia munera proximus illi Diaconus ſubit *c* Prælatos idem Archidiaconus in ſede locat. *d* nam miſſio in corporalem beneficiorum, & officiorum poſſeſſionem eius officij eſt. *e* non tamen aut animarum curam citrà Epiſcopi mandatum committere poteſt. *f* aut in aliquos ſententiam excõicationis promulgare. *g* aut aliquem extero Epiſcopo ordinibus ſuſcipiendis commendare: *h* aut in monaſteria iuriſdictionẽ habere, niſi cõſuetudine pſcripſerit. *i* Et hũc Diaconũ eſſe oportet. K

a c.1. eo. ti.
b c.3. eo. ti.
c c. perlectis §. hi ſunt ordines. diſ. 25
d cap. vt noſtrum, eo. tit.
e c. ad hæc. eo. tit.
f c. cum ſatis. eo titu.
g ca. Archidiacon. nõ. vbi glo. & doc. e. ti. Ab. c. cum in cũctis. §. inferiora. nu. 4. de elect.
h c. ſignificaſti eo. tit.
i c. fi. eo. tit.
K c. p. de æta. & quali.

De officio Archipresbiteri. Tit. XIX.

ARCHIPRESBITER cæteris presbyteris emicet, ac præeſt, collectam indicit, vel is, cui ipſe iniunxerit, horiſq; ſuis in Eccleſia reſidere tenetur. Epiſcopo abſente vice eius officium inchoat, ipſo verò Epiſcopo ſolennem miſſam celebrante ſacerdotes monet, vt veſtes ſacras induant, idem Eccleſiæ cuſtodem monet, vt det operã, ne in ſacrario ſancta Euchariſtia vnquam deſit, quæ ægris propinari ualeat, ægrotantiũ quoque, & eorum ex Diœceſi, qui ad Ciuitatem veniunt, hanc curam gerit, vt preſtò ſint eis petentibus Sacerdotes, quibus poſſint crimina ſua fateri, ne ſine ſacramentis pœnitentiæ, & Euchariſtiæ animam exhalent, omnia deniq; eius officij prouiſionem expectant, quæ Sacerdotum miniſterio perficiuntur, his tãtùm exceptis, quæ prohibita nominatim ſunt, quare ad eum ſpectabit fontium benedictio, infirmorum ſacro

cro oleo perunctio, pœnitentis ægri conſulto prius Epiſcopo reconciliatio. Idem cæteris ſacerdotibus pœnitentiam iniunget, horas dicendis officijs partietur, ſacriſq; diebus, & præſertim Deo dicatis, aut ipſe miſſam ſolennem dicet, aut alij hoc munus delegabit, itẽ chriſtianis efficiendis, infantibus Baptizãdis, & ad ſuccurrendum nihil a ſacerdotibus ſine Archipresbyteri fiet præcepto.

Archipresbyteri verò officium illius, qui municipia aut rura colat, & regat, qui & Decanus dicitur, eſt curam habere Laicorum, & Presbyterorũ, qui Eccleſias minores Archipresbyteratui ſubiectas adminiſtrant, grauiaq; delicta, ſi quæ inciderit, Epiſcopo ſignificare, nihil tamen audeat ſibi arrogare contra ea, quæ ab Epiſcopo fuerint decreta, eſt tamen ſciendum, quod tã is Archipresbyter, quàm vrbanus parent Archidiacono, *a* & vtrumq; Presbyterum eſſe opportet. *b*

a tot. ti. extra eo.

b cap. 1. de ata. & qua.

De officio Primicerij ſeu Cantoris. Tit. XX.

PRIMICERIVS, qui & alio vocabulo à quibuſdam appellatur Cantor, ſeu præcentor, Archidiacono ſubeſt, quemadmodum etiam Archipresbyterum ei ſubeſſe diximus, curamq; hanc præcipuam gerit, vt Diaconis docendis. reliquisq; gradibus & ordinibus Eccleſiaſticis incumbat, & iuxta conſuetudinẽ Diaconis præſcribat lectiones, quæ ad nocturna officia Clericorum pertinent. *c*

c c. un. e. ti.

Eiuſdem officium eſt præfigere, qua hora ſignum Campanæ peluis tinnitu officijs celebrandis dari debeat, & ipſorum officiorum per Clericos munia diuidere, item ordinem, & modum canendi in Choro præfigere pro ſolennitate, & tempore, & ſi qua re Baſilicis ſarciendis opus eſſe viderit, Sacerdotem monere. Ipſe Epiſtolas Epiſcopi pro diebus ieiuniorum Sacerdotibus Parochis per oſtiarios reddi curabit, Clericos, quorum errores cognouerit, idem coercebit, quos

verò ipſe coercere non valebit, eorum commiſſa Epiſcopo reteget, Baſilicarum ipſe ponet Cuſtodes, & tabulam, quàm matriculam vocant, ipſe diſponet, eo autem abſente hæc currabit, qui illi lege vel eruditione proximus fuerit. *a*

a ca. perlectis. §. ad primiceriũ, diſtin. 25.

De officio Sacriſtæ & Cuſtodis. Tit. XXI.

SACRISTA, ſeu (quod idem eſt) Theſaurarius, ſacra vaſa, Eccleſiaſticas veſtes, & totum Eccleſiaſticum Theſaurum, queq; ad luminaria tam cerea, quàm oleo madentia pertinent, cuſtodire tenetur. *b* Ipſe oſtiarium Baſilicarum conſtituit, thus incendendum præparat, curam Chriſmatis ſuſcipit conficiendi, & Baptiſterij inſtruendi, & luminarium in ſacrario, & ſacrificijs præparandorum. *c* Sub eſt autẽ (vt etiam ſupra diximus) Archidiacono.

b d. c. perlectis. §. ad theſaurariũ. & c. 1. eo. ti. de offic. ſac.

c d. §. ad primicerium.

Cuſtos verò Eccleſiæ is dicitur, cui ea, quę Eccleſiæ competunt, cuſtodienda traduntur, &, cum multa ad eum ſpectent, quę ex Sacriſtæ officio iuxta diuerſam conſuetudinem eſſe videntur, inferior tamen Cuſtos eſt Sacriſta, & hæc propria ipſius ſunt munera, vt horaeum Canonicarum ſigna det Tintinnabulorum pulſatione Archidiacono iubente, cui cum ſubſit, in omnibus parere tenetur Pallia, vel Linthea altaris, omniaque Eccleſiæ vtenſilia perpetua, cuſtodia ſeruare debet, accendendis, vel extinguendis lampadibus vigilem ſe præbere, ne, aut ſupra modum ardẽtes nimium olei abſumant, aut minus illucentes obſcuriorem, & tenebroſiorem Eccleſiam relinquant, Diligenter etiã curet, ne Thuris vnquam ſit inopia, atque vt panis, & vini ad Miſſæ ſacrificium omni tempore copia ſuppetat, omneſque oblationes, & Eleemoſinas, ſeu Decimas Archidiacono conſentiente, dum Epiſcopus abeſt fratribus diuidat. At, ſi his exequendis cuſtos minus vigilem ſe preſtiterit, erit ab Archidiacono obiurgandus, vt ſe ipſe vltrò corrigere velit, ſin nihil Archidiaconi caſtigatio profuerit, Epiſcopus ab Archidiacono

monitus,

monitus, alio in locum eius ſubſtituto cũ exturbabit.

Hi ergo tres de quibus proximè diximus, triumuiri ſunt, quibus tamquàm tribus validiſsimis columnis fulcitur Eccleſia, ipſiusque nititur ſalus, ſcilicet, Archidiaconus, Archipresbyter, & Cuſtos. Quare nemo niſi optimus, idemque vigilantiſsimus ad hæc officia eſt admittendus, ne qua negligentia, aut ſocordia in dei Eccleſia notari poſsit. *a* *a extra. eo. tit. per totũ.*

De Officio Vicarij tam in Diuinis quàm in administratione. Tit. XXII.

CVM frequenter eueniat Clericos neceſſarijs cauſis impeditos, non poſſe officij ſuis tam in diuinis celebrandis miniſterijs, quàm in iure dicendo ſupereſſe idcirco permittunt leges, vt, cum id euenit, ne interim Eccleſia patiatur; & ne ſubditorum incommoda reſultent, eis liceat aliorum opera vti, & ſibi legere viros idoneos, quibus tuto poſsint vices ſuas mandare, quos propterea Vicarios appellant.

Hi verò (vt diximus) vel ad diuina miniſteria celebranda conſtituuntur, vel ad iuriſdictionem exercendam, *b* nam, & ſi parocham Eccleſiam habentes, nõ per Vicarium, ſed per ſe ipſos illi deſeruire teneantur in ordine, quem ipſius Eccleſiæ qualitas requirit, tamen, quia fieri poteſt, vt Parocha Eccleſia quam habent, dignitati, vel præbendæ Eccleſiæ maioris ſit annexa, id vbi accidit, licebit, ei, qui talem habuerit præbendam, vel dignitatem (cum eximiam eam habere debeat, & oporteat in primis maiori Eccleſiæ deſeruire) Vicarium perpetuum in Parocha Eccleſia ſubſtituere qui ex illius Eccleſiæ reditibus congruam portionem hoc nomine percipiet. *c* quæ quidem portio ad tertiam vſque fructum portionem, aut maiorem, vel minorem arbitrio Ordinariorum etiam ſuper certa re aſsignabitur, vt Conſtitutione Tridentina ſub Paulo III nuper cautum eſt. *d* Poſſunt etiam Vicarij in diuinis officijs ex eodem Tridẽtino Concilio ſub Pio

b. Gl. i. Rub. eo. tit.

c c. extirpãdæ. §. quia uero, de præben.

d cap. 7. ſeſſ. ſeptima.

IIII.conſtitui, vbicumq; illiterati, & imperiti Eccleſiarum Parochialium Rectores ſacris minus apti ſunt officijs, nam, ſi alias honeſtæ vitæ ſint, poterunt Epiſcopi etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ De legati eiſdem Coadiutores, aut Vicarios deputare, partéq; fructuum eiſdem pro ſufficienti victu aſsignare, vel aliter prouidere, quacumque appellatione & exemptione remota. *a*

a ca.6.ſeſſ. 21.

Sed cum quis Prioratui Regulari præfectus bene ficium cum animarum cura Prioratui ſuo annexum habet,Vicariũ facere poteſt. *b* Siue igitur hac cauſa ſeu alia quis canonice excuſetur,quominus teneatur ipſe beneficio deſeruire,huius officium Vicarius ſupplebit, qui modò ad tempus,& quandoq; perpetuus erit, atque in hoc cõſtituendo Epiſcopi conſenſus exigitur, quo adhibito neq; per ipſum Rectorem Dominum neque per ſucceſſorem eius pôterit amoueri,portioneue ve ſua defraudari,niſi aliqua culpa id meritus fuerit. *c*

b c.p.de capel.monac.ĩ 6. cle. p. de offi.uic.Rebuf. ĩ prax. 1.de uic.pp. nu.11.

Idem pluribus Eccleſijs Vicarius perpetuus eodem tempore eſſe non poteſt. *d* Et, qui dum alicuius eſſet Vicarius perpetuus in diuinis,beneficiũ curatũ poſtea eſt adeptus amplius Vicarius eſſe non permittetur. *e*

c c.3.eo.tit. ex. de offic. uic.

d c.2.ex.eo.

e c.p. eo.t.

Atque vt Vicarij perpetui in Eccleſijs quarum Vicarij ſunt,reſideãt, & ſe in presbyteros,vt eorum cura exigit,faciant promoueri, per ſubtractionem prouentuum,aut Vicariatuum compelluntur. *f*

f c.ſi.eo.tit.

Sed & Clemens v.Conſtituit,vt in huiuſmodi Vicarijs perpetuis ea obſeruentur,quæ de Ecclesijs curam animarum habentibus agnitione aliarum amittendis, ac de ipſarum Rectoribus promouendis ad Sacerdotium,deque eorum ætate à iure ſtatuta eſſe noſcuntur. *g*

g d. cle. un. eo.tit.

Clerici in Presbyteratu,vel alijs inferioribus ordinibus conſtituti in Vicariatibus Eccleſiarũ,quos adepti ſunt,alios ſibi ſubſtituere non poſſunt. *h*

h c.clericos. eo.tit.

Sed quia hæc Vicarij cõſtituendi facultas non paruam anſam ad varias fraudes ſacris canonibus ſtruendas præbebat,propterea eadem Sacroſancta Synodus

Tridenti-

Tridentina ſub eodem Pio IIII. cōſtituit, vt Eccleſiaſtica beneficia ſecularia, quocumque nomine appellētur, quæ curam animarum ex eorum primœua inſtitutione, aut aliter quomodocumque retinent, in ſimplex beneficium deinceps etiam aſsignata Vicario perpetuo congrua portione, non conuertantur, non obſtantibus quibuscumque gratijs, quæ ſuum plenarium effectum non eſſent conſecutæ. In his vero, in quibus contra earum inſtitutionem, ſeu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum translata, eſt, etiam ſi in hoc ſtatu ab immemorabili tempore inueniantur, ſi congrua portio fructum Vicario Eccleſiæ, quocumque nomine is appelletur, non fuerit aſſignata, ea quamprimum arbitrio Ordinarij, iuxta prædictæ Conſtitutionis formam aſſignetur, quod ſi commodè fieri non poterit, vel omninò factum non erit, cum primum per ceſſum, vel deceſſum Vicarij ſeu Rectoris, quomodolibet alterum eorum vacauerit, beneficium curam animarum recipiat, ac Vicariæ nomen ceſſet, & in antiquum ſtatum reſtituatur. *a*

a c. 16. ſeſſ. 25. de refor. mat.

Vicarij autem ad tempus conſtituti pro beneficiatis non habetur, nec ſuprà de Vicarijs perpetuis dicta in his ſibi locum vendicant, quorum pariter hæc exēpla poni poſſunt, vt cum quis ad tempus beneficio ſuo abfuturus eſt, *b* vt finge, aliquem ſeptennij excuſationem ſtudiorum cauſa meruiſſe, quominus ad Sacerdotium ſe promoueri vt curet, teneatur, quemadmodum beneficij ipſius qualitas requirit, eius loco interim Vicarius in beneficio conſtituetur, cum prouentus ex ipſa Eccleſia congrui perceptione, *c* vel, finge, aliquem religionem ingreſſum eſſe, eius certe beneficium non eſt intra annum alicui conferendum, quapropter hoc interim Vicarius in eo conſtituetur aſsignata ei competente de ipſius beneficij prouentibus portione, *d* alijsque eiuscemodi figuris.

b cap. pe. de cle. nō reſid. c. puenit. 2. de appellat.

c cap. cū ex eo. de elect. in 6.

d c. beneficiū de regu. in 6.

Et hæc quidē de his Vicarijs, qui ad diuina miniſteria obeunda conſtituuntur, pauca etiā dicēda ſunt de his, qui ſubrogātur in Iuriſdictione, qui etiā quandoq;

Officiales, quandoque Miſſi Dominici appellantur, aliјſque nominibus, *a* & quorum creditur Ordinarium eſſe officium. *b* Ac congruit, vt Epiſcopus, præſertim ſi abſit, Vicarium huiuſmodi in ſuo Epiſcopatu habeat. *c* Quæ Vicaria quidem cura nec Laico credenda eſt, *d* nec ordinis cuiuſpiam mendicantium Religioſo, *e* Monachus tamen, & Canonicus Regularis, cum Prælati ſui licentia Vicarij eſſe non prohibentur. *f*

Et Vicarius quidem is ad Iuriſdictionem exercendam, vel Principalis in vrbe Epiſcopatus ſui ab Epiſcopo conſtituitur, vel in Caſtris, municipijs, Locisq; inſignibus Epiſcopatui ſubiectis, cum principalis Vicarius vbique ſupereſſe non poſſit, & is Vicarius foraneus dicitur. *g*

Debet autem Vicarius generaliter, id eſt, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus conſtitui, nam, ſi in altero eorum, id eſt, vel in temporalibus tantùm, vel in ſpiritualibus conſtitutus eſſet, nihil actum eſſet, *h* adminiſtratio quippe ſpiritualium in his conſiſtit, vt poſſit excommunicare, ſuſpendere, interdicere, conferre, inſtituere, confirmare, eligere, præſentare, viſitare, corrigere, & punire, diſpenſare, vota commutare, & ſi quæ alia huiuſmodi, ſed temporalium adminiſtratio in his verſatur, puta, in iuriſdictione omnimoda tam meri, quàm mixti Imperij exercenda, atque etiam in actibus quibuſdam extraiudicialibus, puta, in quauis alienandi ſpecie, in concedendo ad firmam, cenſus, reditus, & penſiones exigendo. *i*

Sed tamen, quãuis in officialem, ſeu Vicarium Epiſcopi per officiũ generaliter ipſi traditũ cauſarum cognitio transferatur, inquirendi tamen poteſtatem, corrigendi, aut delicta vlciſcendi, ſeu aliquos à ſuis beneficijs, vel adminiſtrationibus ſummouendi, K aut beneficia conferendi, transferri nemo dixerit, niſi nominatim hęc quoq; tradita ſint, in quo tamen ſciendum, quod conferendorum beneficiorum poteſtas non niſi

generaliter

a Glo. cle. 2. uer. officiales. de reſcri. Pauin. de poteſt. cap. ſede vacan. q. 21. 2. par. prin.
b Glo. ca. 2. eo. tit. in 6. no. in Rub. de offi. dele.
c c. quoniã in plerisque. ubi doct. de offic. ordin. Rebuf. ĩ praxi. uer. collationes plures. in fi. nu. 16. Deca. in Rub. de offi. del. ubi apo.
d c. in nono. 16. q. 7.
e cle. pri. §. ad prioratus. de regu.
f Reb. ĩ praxi. ti. de Vic. Ep. nu. 30.
g Reb. ĩ praxi. ti. de Vic. Epiſ. nu. 18.
h Reb. ĩ pra. for. Vica. Epiſ. f. 59.
i c. 2. e. ti. ĩ 6.
K c. fi. in 6.

generaliter tradi poteſt, id eſt, ad conferenda omnia & ſingula beneficia, nam, ſi ad vnum beneficiũ duntaxat conferendum quis Vicarius conſtitueretur, vel ad cõferendum certis nominatis perſonis nihil ageretur. *a* At, cum Vicarius beneficia confert ex ſpeciali ſibi conceſſa ab Epiſcopo ſuo poteſtate, ſi quis ab eiuſmo di conceſſione appellandum cenſuerit, Epiſcopum ipſum appellare debebit, quamuis cætero qui non Epiſcopus à Vicarij ſententia, ſed Archiepiſcopus prouocari debeat, cuius diuerſitatis ratio redditur, quod nõ aliud eſt Vicarij Tribunal, quàm Epiſcopi. *b* Quapropter videretur ipſe Epiſcopus à ſe ipſo prouocari, ſed, cum Vicarius beneficia confert, non ex Vicariatus, ſed alia quadam ſpeciali ſibi tradita poteſtate id facit, *c* nec poteſt etiam Vicarius literas commendatitias ad ordines ſuſcipiendos concedere, niſi Epiſcopo in remotis agente. *d*

De Vicario autem Summi Pontificis ipſius ea ferè dicenda ſunt, quæ de Vicarijs aliorum Epiſcoporum tradidimus, dum id ſciamus, Vicarium ipſius, quem ſibi in vrbe conſtituit, iuriſdictionem ſuam extra vrbem non protendere. *e*

a Rebuf. in praxi. de Vicar. Epiſ. n. 17. & ſeq.
b c. 2. de cõſuet. in 6.
c d. c. 2. in 6.
d c. cum nullus. §. 1. & pe. de temp. ordin. in 6.
e ca. pe. ex eo. tit. Pauin. in trac. de offi. et poteſt. cap. 2. par. prin. q. 10. nu. 36. & ſeq.

De Viſitatione per Prælatos facienda. Tit. XXIII.

QVI ad præfecturas, & populorum, vel Eccleſiarum regimina vocati ſunt, excubare eos oportet, aſſidueq; explorare, quæ nam vitia animarum ſibi creditarum ſaluti officere videantur, quę ve res profuturæ ſint, & illa pro viribus euellere conari, hæc impigre preſtare, ac ſeduló ſolliciteq; miniſtrare, atq;, vt morbi confeſtim habita notitia promptius, & tutius ei manus medica adhiberi poſſit, propterea debent Prælati quolibet anno ſemel Diœceſes ſuas, inuiſere, ſi n legitimè impediantur, quo minus ipſi hoc officiũ exequi poſſint, poterunt illud alij demandare. *f*

Viſitandi autem poteſtatem habent Cardinales

f c. decreuimus. c. Epiſcopum. 10. q. prima.

Legati

a c. procurationes. de cẽſib. c. mandamus. ubi Ab. de offi. ordi. Legati, vel Nuntij Apoſtolici. *a* Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archidiaconi, Decani, hi tamẽ duo poſtremi non ſuo, ſed Epiſcopi nomine, viſitant, niſi forte longa conſuetudine præſcripſerint ius ſuam parochiam viſitandi, & denique vnuſquiſq; Prælatus iuriſdictionem habens, & viſitandi ius habet, *b* hinc & Abbates, Prioreſque, & alij prælati Regulares, ac Canonici Reg. monaſteria, aliaq; loca eis ſubiecta per ſe, vel per viſitatores in eorũ Capitulis deputandos viſitabunt forma eorũ viſitatoribus à iure pręſcripta ad vnguẽ ſeruata. *c* Quin & traditũ eſt, Abbatiſsis quoq;, & Prioriſsis, alijſq; mulieribus pręfectis Regul. monaſterijs cõpetere ius ſua monaſteria, aliaq; loca ſibi ſubiecta viſitandi, quę tamen mulieres præfectæ, ſi eis nefas ſit clauſtra egredi, tamquàm legitimè impeditę poterunt maſculos in hoc viſitandi munere ſubrogare. *d* Et nulli conceditur ſubdito a viſitationis, vel procurationis onere immunem ſe præſcriptione tueri. *e*

b Abb. c. cum Apoſtolus. 3. no. de cenſib.

c c. in ſingulis. c. ea quæ. de ſta. mona Pauin. trac. de uiſit. q. 2. pri. par.

d pauin. ĩ d. tract. quæſt. 2. pri. part. nu. 33.

e c. cum ex officij. de pſcrip.

Archiepiſcopus vniuerſam prouinciam ſuam arbitratu ſuo viſitare poteſt, quamuis non ſint eius ſuffraganei negligentes, nec non viſitationem iterare adhibito ſuffraganeorum conſenſu, & forma quadam ſeruata, & procurationes, ideſt, expenſas à locis excuſsis accipere poteſt, dumque ita viſitat, poteſt crimina ab his audire, qui ſuffraganeis ſuis ſubditi ſunt, eoſque à criminibus ſoluere, Viſitandum eſt tamen in primis Eccleſiæ propriæ Capitulum, mox tota ciuitas cum Diœceſi, maiores Eccleſias, & minores pariter excutiendo, ac Clericos omnes, & populum. Sin commodus ei ad ſingulas Eccleſias tutuſue acceſſus non fuerit, ad aliquem locum tutum & cõmodum omnes Clericos, & Laicos euocabit, pòſt, omnes Prouinciæ ſuæ partes peragrabit, ſuffraganeos ſuos, eorumque ſubditos, Eccleſiarũ Capitula, Eccleſiaſq; omnes, monaſteria, & alia Religioſa, & pia loca, & hoſpitalia, Cleros, & populos pariter luſtrando, & examinando, quod Innocentius III. quemadmodum & multa alia in hoc propoſitum ſumma ratione conſtituit. *f*

f c. 1. de cẽſib. in 6.

Sed

Sed & Sacroſanctum Concilium Tridentinum Viſitationis negocio manum appoſuit, multaq; ſalubriter conſtituit, inter cætera diſponens, vt Capitula Cathedralium, aliarumq; maiorũ Eccleſiarum, illarumq; perſonæ nullis exemptionibus, conſuetudinibus, ſententijs, iuramentis, concordijs, quæ tantùm ſuos obligent authores, non etiam ſucceſſores, tueri ſe poſſint, quominus à ſuis Epiſcopis, & alijs maioribus prælatis per ſeipſos ſolos, vel illis, quibus ſibi videbitur, adiunctis iuxta Canonicas ſanctiones toties, quoties opus fuerit, viſitari, corrigi, & emendari etiam authoritate Apoſtolica poſſint, & valeant. *a* *a c.4. ſeſſ.6.*

Item ſanxit, vt locorum Ordinarij Eccleſias quaſcumque quomodolibet exemptas authoritate Apoſtolica ſingulis annis viſitare teneantur, & opportunis iuris remedijs prouidere, vt, quæ reparatione indigẽt, reparentur (quod etiam iure communi curare tenentur) *b* & vt cura animarũ, ſi qua illis immineat, alijſque debitis obſequijs minime defraudentur, appellationibus, priuilegijs, conſuetudinibus, etiã immemorabili tempore præſcriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus excluſis. *c* *b d.c. decreuimus. 10. q. prima.* *c cap.8. ſeſ. 7. de refor.*

Quinetiam decreuit, vt Epiſcopi etiam tamquàm Sedis Apoſtolicæ Delegati in caſibus à iure conceſſis habeant ius viſitandi hoſpitalia, Collegia quæcumq; ac Confraternitates, laicorum etiam, quas Scolas, ſiue quocumque alio nomine vocant, non tamen, quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia, Eleemoſinas Montis Pietatis, ſiue charitatis, & pia loca omnia quomodocumque nuncupentur, etiam ſi prędictorum locorũ cura ad Laicos pertineat, atq; eadem pia loca exemptionis priuilegio ſint munita, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarũ ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentãdos inſtituta ſunt, ipſi ex officio ſuo iuxta Sacrorum Canonum ſtatuta cognoſcant, & exequantur, non obſtantibus quacumq; cõſuetudinẽ etiam immemorabili, priuilegio, aut ſtatuto. *d* *d cap. 8. ſeſ. 22.*

Quæ

Quæ quidem ſupradicta etiã in his Eccleſijs ſecularibus obſeruanda ſunt, quæ in nullius Diœceſi eſſe dicuntur, vt ab Epiſcopo, cuius Eccleſia Cathedralis eſt proximior, ſi id poſſit, alioquin ab eo, qui ſemel in Concilio Prouinciali à Prælato loci illius electus fuerit, tanquam ſedis Apoſtolicæ Delegato viſitentur, non obſtantibus priuilegijs, & conſuetudinibus quibuſcunque etiam immemorabilibus. *a*

a c. 10. *ſeſſ.* 24.

Addit inſuper idem Concilium, vt Epiſcopi, quò aptius, quem regunt populum, poſſint in officio, atq; obedientia continere, in omnibus his, quæ ad viſitationem, & morum correctionem ſubditorum ſuorũ ſpectat ius, & poteſtatem habeant, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, ea ordinandi, moderandi, puniẽdi, & exequendi iuxta Canonum ſanctiones, quæ illis ex prudentia ſua pro ſubditorum emendatione, ac Diœceſis ſuæ vtilitate neceſſaria videbuntur, nec in his, vbi de viſitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut vlla inhibitio, appellatio, ſeu querela etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita executionem eorum, quæ ab his manata, decreta aut iudicata fuerint, quoquomodo impediat, vel ſuſpendat, *b*

b eo. c. 10. *ſeſſ.*

Hanc præterea legem viſitationibus adiecit, vt Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Epiſcopi propriam Diœceſim per ſeipſos, aut, ſi legitimè impediti fuerint, per ſuum generalem Vicarium, aut Viſitatorem, ſi quotannis totam propter eius latitudinem viſitare non poterunt, ſaltem maiorem eius partem, ita tamen, vt tota biennio per ſe, vel per Viſitatores ſuos compleatur, viſitare non prætermittant. *c*

c ca. 3 *ſeſſ.* 24. *de refor.*

Item conſtituit, vt à Metropolitanis etiam poſt plenè viſitatam propriã Diœceſim non viſitentur Cathedrales Eccleſiæ, neq; Diœceſes ſuorũ cõprouincialiũ, niſi cauſa cognita, & probata in Cõcilio Prouinciali.

Archidiaconi autem, Decani, & alij inferiores in his Eccleſijs, vbi actenus viſitationem exercere legitimè conſueuerant, debeant quidem aſſumpto

notario

notario de conſenſu Epiſcopi deinceps per ſeipſos tantum ibidem viſitare. *a* *a d. cap. 3. ſeſſ. 24.*

Viſitatores etiam a Capitulo deputandi, vbi Capitulum ius viſitandi habet, prius ab Epiſcopo approbētur, ſed non ideo Epiſcopus, vel eo impedito eius viſitator, eaſdem Eccleſias ſeorſum ab his viſitare prohibeatur, cui ipſi Archidiaconi, vel alij inferiores viſitationis factæ infra menſem rationem reddere, & depoſitiones teſtium, ac integra acta ei exibere teneantur, non obſtantibus quacumq; conſuetudine etiam immemorabili, atque exemptionibus, & priuilegijs quibuſcumq; *b* *b. eo. cap. 3. ſeſſ. 24.*

Illud quoq; non impertinenter ab eodem Concilio additum eſt, vt Patroni Eccleſiarum in his, quæ ad ſacramentorum adminiſtrationem pertinent, nullatenus ſe præſumant ingerere, neq; viſitationi ornamentorum Eccleſię, aut bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum prouentibus ſe immiſceant, niſi quatenus id eis ex inſtitutione, ac fundatione competat; ſed Epiſcopo ipſi hæc faciant, & fabricarum reditus in vſus Eccleſiæ neceſſarios, & vtiles, prout ſibi expedire magis viſum fuerit, expendi curent. *c* *c d. cap. 3. ſeſſ. 24. in ſi. capit.*

Hæc verò erunt cuiuſcumq; Prælati partes, cum ſubiectas ſibi Eccleſias inuiſit, nempe, vt propoſito verbo Dei quærat diligenter de vita, & conuerſatione omnium miniſtrantium in Eccleſijs, & alijs quibuſcunq; pijs locis, & diuino cultui addictis, quorum viſitandorum Ius habet, ac cum male audire aliquos inuenerit, & de eis læuam famam eſſe ortam viderit, ipſorum Ordinarijs id, quod animum ſuum commouebit, notum fieri curabit, ſi iudicauerit expedire, vt ſuper his ſolenniter inquirant, notoria verò crimina; quæ examinatione non egent, vlciſci poterit, *d* prouidebitque, vt, ſi qua forte Baſilica deſtituta fuerit, reſtituatur. *e* Hicque erit præcipuus Viſitationum ſcopus (quod Sancta Synodus eadem Tridentina admonet) ſanam, Ortodoxamque doctrinam *d c. 1. 6. ſtatne de cenſi. in 6. e d. c. ad. cert. ui. nis.*

ctrinam expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, pacem, innocentiamq; accendere. *a*

Laicis verò magiſtratibus (vt hoc quoque non omittam) & ſi prouincias peragrare congruat. *b* id tamen in vſu eſſe non videtur. *c*

a d.c.3.ſeſſ. 24.de refor.
b l.cōgruit. ff.de offi. p̄ſid.
c Crau.cōſ. 238.col. 8. in fi.

De Procurationibus. Tit. XXIIII.

SED ne Prælatis hoc viſitationis officium diſpendio ſit, ſi ſuis ſumptibus peregrinentur, congruæ expenſæ eis ſubminiſtrandæ ſunt ab Eccleſijs, ad quas viſendas acceſſerint, quas expẽſas procurationes appellant, à quarũ quidem ſolutione nulla pręſcriptio excuſat, & ſi præſcriptio ab illis excuſare poſſit, quæ vel inſtitutionis, vel conſuetudinis tantùm iure pendũtur. *d*

Procurationes autem prædictas nemo niſi pręſtito viſitationis officio iure percipiet. *e* Et, cum priſcis patrum ſanctionibus ſtatutum eſſet, vt ab inuitis quidem procuratio in pecunia exigi non poſſet, ſed ab vltrò offerentibus liceret. *f* qui poſtea ſuperuenerunt Summi Pontifices legem tulerunt; nempe Innocẽtius IIII. ne omnino pecunia procurationis cauſa ſoluatur, *g* & Gregorius X. adiecit, vt quicumq; ob procurationem ſibi ratione Viſitationis debitam exigere pecuniam, vel etiam à volẽte recipere, vel aliàs legem ipſam recipiendo munera, ſeu viſitationis officio non impenſo procurationem in victualibus, aut aliquid aliud procurationis occaſione, violare præſumpſerint, duplum eius, quod receperint, Eccleſię, à qua id receptum fuerit, infra mẽſem reddere teneantur, alioquin ex eo Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, duplum ipſum vltra prędictum tempus reſtituere differentes Eccleſię ingreſſu interdicti ſint, & inferiores officio & beneficio ſint ſuſpenſi, quamdiu id duplum integrè perſoluere diſtulerint. *h*

d c. acceden tibus. ubi gl. fin. et c. cum ex officij. de præſcrip.
e c.2. de cẽſib. in 6.
f c. relatũ. 10.q.1.glo. c.felicis.uer. concedimus. de cenſib. in 6.
g c. 1.§.procurationes. de cẽſi. in 6.
h c.2. de cẽſib. in 6.

Sed Bonifacius V I I I. rerum experientia edoctus non pauca, nec parua ex ſupradictis conſtitutionibus incommoda non minus Eccleſijs viſitatis, quàm illis qui viſitandi munere funguntur, oriri, priſcam illam conſtitutionem innouauit concedens, vt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij, quibus viſitandi ius eſt, à volentibus Eccleſijs, locorumq; Rectoribus pecuniam accipere poſſint pro ſumptibus moderatis eorum dierum, quibus viſitationis officium perſonaliter exercebunt, adijciens, ne vna, & eadem die præter unam procurationem accipere quis poſſit, tametſi ea die plura loca inuiſiſſet, quæ ſingula integris procurationibus dandis ſoluendo eſſent. *a*

Sed &, ne procurationes hæ immoderatæ ſoluerentur, plura emanarunt Pontificum decreta ſtatuentia, quid vnuſquiſq; Prælatus habita perſonæ, & dignitatis, omniumq; cautionum ratione accipere poſsit. *b* Nec etiam ipſius viſitatoris familiæ aliquam pecuniam accipere licet, alicuius officij vel conſuetudinis occaſione, putà, & ſi amanuenſis, vel à ſigillo ſit. *c*

Tridentinæ etiam Synodi Conſtitutionibus prouiſum eſt, ne viſitatores inutilibus ſumptibus cuiquam graues, oneroſiue ſint, neue ipſi, aut quiſquam ſuorũ quicquam procurationis cauſa, pro viſitatione etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque ſit, etiam qualitercunque offerratur, accipiant, non obſtante quacumq; cõſuetudine etiam immemorabili, exceptis tamen victualibus, quæ ſibi, ac ſuis frugaliter, moderateq; pro temporis tantùm neceſsitate, & non vltrà, erunt miniſtranda. Sit tamen in optione eorum, qui viſitantur, ſi malint ſoluere id, quod erat ab ipſis antea ſolui certa pecunia taxata conſuetum, an verò prædicta victualia ſubminiſtrare, ſaluo item iure connetionem antiquarum cum monaſterijs, alijsue pijs locis, aut Eccleſijs non Parochialibus inito, quod illæſum permaneat, quod ſi quiſquã aliquid amplius in ſupra

dictis

a c. fœlicis. de cenſib. in 6.

b c. cũ Apoſtolus. extra. de cẽſib. c. 1. §. procurationes. eo. ti. in 6. c. uni. ĩ extrauag. eo. ti.

c d. cap. 1. §. procurationes vbi glo.

dictis omnibus caſibus accipere præſumpſerit, is præter dupli reſtitutionem intra menſem faciendam, alijs etiam pœnis iuxta prædictam Conſtitutionem Concilij Generalis Lugdunenſis, necnon, & alijs pœnis in Synodo Prouinciali arbitrio Synodi abſque vlla ſpe veniæ mulctetur. a

a ca. 3. circa med. ſeſſ. 24.

Explicit Liber Primus.

M. ANTONII CVCCHI IVRISCONS. INSTITV-tionum Iuris Canonici

Liber Secundus.

De Regularibus. Tit. I.

NVNC videndum de Clericis Regularibus, ſeu Religioſis, quod idem eſt, nam & ſi multa ex illis, quæ ſupra diximus, his quoque conueniant, tamen quia & quædam iura præcipua habent, ea quoq; tradenda ſunt.

Regulares autem dicuntur Clerici, à Regula ſpeciali, in quam iurarunt, Et ſunt illi, qui per emiſſionem profeſſionis, vel paternam deuotionem ſequenti ratihabitione Prælati imperio, ſub aliqua ſpeciali, & probata Regula ſubijciuntur, *a* ſi tria ſubſtantialia profeſſi fuerint, Paupertatem, Obedientiam, & Continentiam, neq; enim, ſatis eſt, vnum vel alterum ex tribus ſupradictis iuraſſe, vel vouiſſe, vt Regularis dici quis poſſit, quamuis Religio illa à Sede Apoſtolica recepta eſſet. *b*

Et adeò quidem paupertas Religioſis omnino obſeruanda præcipitur, vt, ſi quiſpiam Monachus proprietatem aliquam fuerit deprehenſus habere, monitione Regulari præmiſſa de Monaſterio expellendus ſit, quemadmodum Innocentius Tertius olim conſtituit. *c* Sed propter Gregorij Noni poſteriorem Conſtitutionem, videtur hodie intra arcti Monaſterij ſepta ergaſtulo relegandus, *d* illa enim Conſtitutione Gregoriana cautum eſt, vt Præſidentes Capitulis celebrandis ſecundùm ſtatutum Concilij Generalis, quod incipit, in ſingulis, *e* ſeu Abbates, ſeu Priores fugitiuos ſuos, & eiectos de ordine ſuo requirant ſol-

a Hoſtien. i ſum. eo. tit.

b Abb. in rub. eo. tit. glo. Cle. pri. uer. obediẽtiam de religioſ. do. glo. Cle. cum ex. uer. tertio de ſent. excom.

c c. cum ad monaſteriũ. de ſta. monachor.

d c. ſi. de regul. Abb. d. c. cum ad monaſterium i glo. 2.

e c. in ſingulis. de ſta. monach.

licitè annuatim. Qui, ſi in Monaſterijs ſuis recipi poſ ſunt ſecũdùm ordinem Regularem, Abbates ſeu Prio res eorum monitione præuia per cenſuram Eccleſiaſti cam compellantur ad receptionem ipſorum ſalua ordinis diſciplina, quod ſi Regularis Ordo non patitur, authotitate Apoſtolica prouideant, vt apud eadem Monaſteria in locis competentibus, ſi abſq; graui ſcã dalo fieri poterit, alioquin in alijs Religioſis domibus eiuſdem ordinis ad agendam ibi pœnitentiam talibus vitæ neceſſaria miniſtrentur. Si verò huiuſmodi fugitiuos, vel eiectos inobedientes inuenerint, eos excommunicent, & tamdiu faciant ab Eccleſiarum Prælati Excommunicatos publicè nuntiari, donec ad mandatum ipſorum humiliter reuertantur. *a*

a d. c. fi. de regul.

At ſi proprietas apud aliquem Monachum inuenta fuerit in morte ipſa, cum eo in ſignum perditionis extra Monaſterium in ſterquilinio fodienda eſt, Quo circa, ſi quicquam alicui Monacho fuerit ſpecialiter deſtinatum, non debebit illud accipere, ſed Abbati, vel Priori, vel Cellerario reſſignare. *b*

b d. c. cũ ad Monaſteriũ. §. pri.

Quin & Sacroſancta Synodus Tridentina conſtituit, nemini Regularium, tam virorum, quàm mulierum licere, bona mobilia, vel immobilia, cuiuſcumq; qualitatis fuerint, etiam quouiſmodo ab eis acquiſita tamquam propria, aut etiam nomine conuentus poſ ſidere, vel tenere, ſed ſtatim ea debere ſuperiori tradi, conuentuiq́; incorporari, nec deinceps liceat ſuperioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiã ad vſumfructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut cõmendam, adminiſtratio autem bonorum Monaſteriorum ad ſolos officiales eorundem, ad nutum ſuperiorum amouibiles pertineat, mobilium verò vſum ita ſuperiores permittant, vt earum ſuppellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conueniat, nihilq́; in ea ſuperflui ſit, nihil etiam, quod ſit neceſſarium, eis denegetur, quod ſi quis aliter quicquam tenere deprehenſus, aut conuictus fuerit, is biennio actiua, & paſſiua uoce priuatus ſit, atq; etiã iuxta ſuæ Regulę,

&

& Ordinis Conſtitutionem puniatur. *a* *a cap.2.ſeſſ. 25.*

Concedit tamen eadem Sancta Synodus omnibus domibus, & Monaſterijs, tàm virorum, quàm mulierum etiam Mendicantium, exceptis domibus Fratrũ Sancti Franciſci, Capucinorum, & eorum, qui minores de Obſeruantia vocantur (nam his Clementis etiã Quinti conſtitutione arcta admodum paupertas præſcripta eſt) *b* etiam quibus aut Conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico non erat conceſſum, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat, quod ſi aliqua loca ex prædictis, quibus authoritate Apoſtolica ſimilia bona poſſidere permiſſum erat, eis ſpoliata ſint, eadem omnia illis reſtituenda eſſe decernit. In prædictis autem Monaſterijs, & domibus tam virorum, quàm mulierum bona immobilia poſſidentibus, vel non poſſidentibus, is tantùm numerus conſtituatur, ac in poſterũ conſeruetur, qui vel ex reditibus proprijs Monaſteriorũ, vel ex conſuetis Eleemoſinis commodè poſſit ſuſtentari, nec de cætero ſimilia loca erigantur, ſine Epiſcopi, In cuius Diœceſi erigenda ſunt, licentia prius obtenta. *c* *b cle. exiui de paradiſo. ꝺ uer. ſignif.* *c cap.4.ſeſſ. 25.*

Fit autem duobus modis Profeſsio, videlicet, Expreſsè, & Tacitè. Expreſſa eſt profeſsio, quæ & ſolennis meritò appellari poteſt, cum nouus Religioſus profeſſurus, coram Abbate, vel Priore, alteriusùe nominis Pręlato, vel coram ſimplici etiam Monacho, vel Religioſo à Prælato mandatum habente, eius Religionis, quàm ſibi ipſe delegit, promiſsionem accipiẽte. Conuentu præſente vniuerſo, huius ſententiæ promiſsionem emitti, ſeſe Deo, ac Sanctis eius, & Prelato promittere, quantum ſibi opis Deus dederit, adhibiturũ, vt continentiam, quam pro humana imbecillitate poterit, ſeruet incorruptam, vtq; Prælato obedientiam, & obſeruantiam ex ipſius Regulæ præceptis debitam præſtet, malamq; vitæ conſuetudinem, & mores (ſi quos actenus corruptos habuit) in melius deinceps mutet, Teſtari etiam ſimul debet, ſeſe bona ſua repudiare, qua profeſsione exhibita profeſſorum

a Spec. in tit. de regular. habitum ſuſcipiet, *a* ſed non tamen minus profeſſio valebit, quamuis habitum illum non ſuſceperit, cum rectè traditũ ſit, Monachum habitu effici neminem. *b*

b cap. porrectum. de regular. Solent quippe huiuſmodi generis Clerici, qui Regulares dicuntur, plerumque nondum iuratos, nec Religioni addictos homines, qui nouitij vocantur, à veteranis, quos profeſſos vocant, veſtium diſcrimine ſegregare, ſiue id diſcrimen veſtium coloribus diuerſis, ſeu veſtium modo, & forma inter ſe differenti notetur, *c* quæ diuerſitates quidem oculis patentes ſunt, ſed & alijs quoque modis non tamen manifeſtis hæc duo veſtium genera ſecernuntur, nam vel diuerſis locis ſuſcipiuntur, puta, Tyrones, id eſt, nouitij ſuas veſtes in Monaſterio ſumunt, initiati, & iam inaugurati, quos profeſſos vocant, in Eccleſia ante ſupremum Altare, vel huic duntaxat profeſſorum veſti benedicitur, non illi nouitiorum, vel hæc ab vna certa perſona, puta, Abbate, vel Priore tantùm conferri poteſt, illa nouitiorum etiam ab alijs Abbate, vel Priore inferioribus, vel alijs demũ diebus ſolent profeſſi indui, alijs nouitij. *d*

c Clem. eos qui. de regu.

d c. 1. in fi. de regul. in 6. d. cle. eos. in fi. c. ſtatuimus. in fi. extra. eo. tit. Tacitè autem fit profeſſio, veluti, ſi quis vltra probationis tempus in Monaſterio permanſerit indiſcretum habitum gerens, vel, ſi actibus profeſſorum vltrò ſciẽs ſe ingeſſerit. *e* Vel, ſi habitum infra probationis annũ ſuſceperit, qui profitentibus tantùm datur, cum nouitiorum veſtes à veſtibus profeſſorum diſtinctæ patenter non eſſent. *f*

e d. cle. eos. uer. deinceps Abb. cap. vidua. per illũ tex. extra. eo. tit.

f c. conſtitutionẽ. eo. tit. in 6. Nam, ne quiuis temerè, & inconſultè, & repentino quodam animi impetu, quaſi vento incitatus (quod non rarò accidit) potius, quàm certo animi iudicio Religioni quandoque ſe deuoueat, quam deinde pœniteat eſſe profeſſum, dum eius aſperitatem ferre non poteſt, conſtitutum anni integri eſt tempus, quo tempore in Monaſterio profeſſorum Regulis ſolutus moretur, experturus, an ea ſibi vita placeat, & an tolerare eam poſsit, & quo eodem tempore viciſsim eius vita, & mores à Prælato ſpectari, & cognoſci poſsint, ante quod liberum eſt nouitio ad ſæculum

culum arbitratu ſuo reuerti. *a*

Et Abbates, qui cuiuſuis generis homines quoslibet ante ſupradictum tempus expletum ad profeſsionem faciendam admiſerint, Canonicas pœnas non euadent, quamuis profeſsio teneat. *b* Sed & anni tempus quandoque Prælati arbitrio, vel ad biennium, vel ad triennium produci poteſt, & ante id finitum profeſſionem admittere Prælatus detrectare poteſt, quid enim, ſi noui huius hominis conditio, & vita Prælato omnino ignota ſit, & de eius moribus nullam antea notitiam habuerit? congruum certe erit, hunc diutius expectare, antequam ad profeſsionem admittatur, vt, ſi quod in eo animi vitium altius latebat, hoc temporis ſpatio apparere poſsit. *c*

In Mendicantibus autem Religioſis profeſsionem facturis propria quædam Iura ſeruantur, nam, ſi quis mendicantium Regulam etiam expreſsè ante probationis tempus ſupradictum, quamuis Prælato accipiẽte fuerit profeſſus, ei tamen Regulæ non erit præcisè obligatus, ſed modò alij cuius Regulæ ſeſe addicat, eamq́; obſeruet, nihil ei poterit crimini adſcribi, & ſi hanc deſeruerit, quod, cum in prædicatoribus ſolùm, & minoribus Religioſis ab Alexandro Quarto ſtatutum eſſet, ad omnes deinde cuiusuis generis Religioſos mendicantes, ſcilicet Heremitas, & Carmelitas à Bonifacio Octauo extenſum eſt. *d*

Caueant verò hi mendicantes Religioſi, ne quemquam ante probationis tempus intrà ſua Monaſteria ad profeſsionẽ admittant, ne & excõicationem incurrant, & à poteſtate aliorum deinceps recipiendorum ſuſpendantur, grauioresq́; etiam pœnas experiãtur. *e*

In alijs autem Religionibus profeſsio expreſsè, vel tacitè fieri intra annum poteſt, vt ſupra diximus, ſed expreſsè emiſſa etiam ſeculari habitu non mutato, illi Religioni præcisè obligat, quam profitens eſt profeſſus, Tacitè verò facta intra probationis annum, per ſuſceptionem habitus, qui profitẽtibus tantùm datur, nõ illi Regulæ ſpecialiter, cuius habitus eſt ſuſceptus, ſed

a c. cõſulto. et ca. pe. eo. tit. extra.

b c. ad Apoſtolicam. eo. tit.

c Abb. d. ca. ad Apoſtolicam.

d c. non ſolum. & c. ſe. eo. ti. de regul. in 6.

e d. c. non ſolum. & cap. ſeq.

generaliter, Religioni alicui ſuſcipienté obligat, ſi ętatis aptę ſit, ſciens, & volũtarius, & triduò perſeueret. *a*
a c. conſtitutionẽ in 6.
At ſi tacitè quidem profeſsio facta ſit, ſed per geſtationem indiſtincti habitus anno integro factam, non dubium eſt hac ratione illi ipſi Regulæ obligatum eſſe, cuius habitum induerit, quamuis alioqui hic habitus, latenti aliquo diſcrimine, puta loci, in quo conferri conſueuit, vel perſonæ conferentis, vel ſolennitate diuerſa, alioue ſimili ab habitu profeſſorum diſcerneretur, quòd ſi profeſſorum habitus in colore, ſciſſura, vel forma ſe diſtinctum patenter à nouitiorum habitu exhiberet, per geſtationem habitus nouitiorum etiã anno integro factam non diceretur profeſsio facta. *b*
b cle. eos qui. de regular.
Sed circa profeſsionem Synodus Tridentina conſtituit, vt finito nouitiatus tempore, ſuperiores nouitios, quos habiles inuenerint, ad profeſsionem admittant, aut è Monaſterio eos eijciant, per quam tamen Conſtitutioné Sancta Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, quin Religio Clericorum Societatis Ieſu iuxta pium eorum inſtitutum à Sancta Sede Apoſtolica approbatum Domino, & eius Eccleſiæ inſeruire poſsint. Sed neq; ante profeſsioné, excepto victu, & veſtitu nouitij, vel nouitiæ, illius temporis, quo in probatione eſt, quocumque prętextu à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius Monaſterio, aliquid ex bonis eiuſdem tribuatur, ne hac occaſione diſcedere nequeat, quod totam vel maiorem partem ſubſtantię ſuæ Monaſterium poſsideat, nec facile, ſi diſceſſerit, recuperare poſsit, quin potius præcipit Sancta Synodus ſub Anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, &, vt abeũtibus ante profeſsionem omnia reſtituantur, quæ ſua erant, quod recte fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit compellat. *c*
c c. 16. ſeſſ. 25.
Supradicta in illis procedunt, qui iam puberes facti Religionem ingreſsi ſunt. Is vero, qui Monaſterium ante decimum quartum annum, vt Monachus efficiatur, ingreditur, niſi eo completo profeſsionem faciat

in

in ſequenti, vel habitum Religionis ſuſcipiat, qui dari profitentibus conſueuit, ſeu profeſsionem à ſe prius factam ratam expreſſe habeat, libere poteſt intra ipſum ſequentem annum ad ſæculum remeare, quod ſi per totum ſequentem annum in Monaſterio permanſerit, vbi profeſſorum, & nouitiorum ſunt habitus indiſtincti, profeſsionem per hoc feciſſe, vel, quam prius fecerat, ratam habuiſſe videtur, niſi tanta indiſtinctio ibi habitus videatur, vt profeſsi, & nouitij, ac etiam alij communem vitam cum eis ducentes habitu ſimili penitus induantur. *a* In omnibus quidem generaliter, qui aliquam Regulam profiteri voluerint, pubertas exigitur, id eſt, in maſculis ætas quatuordecim annorum, in fœminis duodecim, *b* ſed & quandoque plena pubertas requiretur, id eſt, decem & octo annorum, vt, ſi congregatio ſit difficilis, vel Regula valde anguſta. *c*

a c. pri. de regul. in 6.

b cap. adnoſtrã. extra. eo. glo. d. cle. eos. uer. ætate.

c cap. quia in inſulis. ubi Abb.

Sacroſancta autem Synodus eadem Tridẽtina ſub Pio Quarto nuperrimè ſtatuit, ne in quacumq; Religione, tàm virorum, quàm mulierum profeſsio fiat ante decimum ſextum annum expletum, nec qui minori tempore quàm per annum poſt ſuſceptum habitũ in probatione ſteterit, ad profeſsionem admittatur, profeſsio autẽ antea facta ſit nulla, nullamq; inducat obligationẽ ad alicuius Regulę, vel Religionis, vel ordinis obſeruationẽ, aut ad alios quoſcumq; effectus. *d*

d c. 15. ſeſſ. 25.

Sed quicumq; Regularis prætendat, ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe Religionem, aut etiã dicat ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, velitq; habitũ dimittere quacumq; de cauſa, aut etiã cum habitu diſcedere ſine licentia ſuperiorũ, non audiatur, niſi intra quinquennium tantùm à die profeſſionis, & tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætendit, deduxerit coram ſuperiore ſuo, & Ordinario. Quod ſi ante habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandum quamcumque cauſam admittatur, ſed ad Monaſterium redire cogatur, & tanquàm Apoſtata puniatur, interim verò nullo priuilegio ſuę Religionis

a c. 19. ſeſſ. 25. iuuetur, vt eadem Synodo ſtatutum fuit. *a*

Nihil intererit tamen, & ſi is, qui profeſſus eſt, nunquam deinceps in Clauſtro ſub Regula moratus ſit, ſed ſemper bonis ſuis arbitrio ſuo etiam Epiſcopo, & Canonicis ſcientibus vſus ſit, nam ad habitum reſumendum, & Religionis præcepta obſeruanda nihilominus compellendus erit, nam, quòd hactenus à Regula, cui ſe addixit, veluti ſolutus vixerit, non excuſationem ei affert, ſed grauiorem potuis culpã inurit. *b*

b c. ſicut nobis. eo. tit. de regul.

Beneficium autem illius, qui Religionem ingreditur non eſt intra probationis annum alicui conferendum niſi vel ipſiusmet acceſſerit aſſenſus, vel manifeſtis indicijs colligatur, decreuiſſe eum vitam abſolutè mutare, vel profeſſionem expreſſam ediderit, vel demum profeſſorum habitum ſciens ſuſceperit, ſed interim alius ei beneficio miniſter dabitur, aſſignata ei cõgrua de illius prouentibus portione. *c*

c c. beneficium. eo. tit. in 6.

At Regularia beneficia in titulum Regularibus profeſsis prouideri conſueta, cum per obitum, vel reſsignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit. Religioſis tantum illius Ordinis, vel his qui habitum omnino ſuſcipere, & profeſsionem emittere teneantur, & non alijs conferri debent, vt eadem Sacroſancta. Synodo Tridentina ſtatutum eſt. *d*

d c. 10. ſeſſ. 14.

Sanxit etiam eadem Synodus ſub Pio Quarto, vt nulla renunciatio, aut obligatio ante profeſsionem facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscumq; cauſæ piæ valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſeu eius Vicarij fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, ac non aliàs intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi profeſsione ſecuta, aliter verò facta quamuis cũ huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam iurata, ſit irrita, & nullius effectus. *e*

e cap. 16. in princ. ſeſſ. 25.

Hoc valde prouidendum eſt, ne quis in diuerſis Monaſterijs locum Monaci habere præſumat, nec vt vnus Abbas pluribus Monaſterijs præſideat. *f* Item ne cui Monacho de Monaſterio in Monaſterium temerè migrare permittatur, ſed Monaſterium ſuum deſerens ad

f c. fi. in fi. de religios. dom.

illud

illud competenti coerctione redire cōpellendus eſt. *a* Hinc & Conſtitutionibus Tridentinis cautum eſt, vt nemo Regularis cuiuscumq; facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem,nec detur licentia cuiquā Regulari occultè ferendi habitū ſuæ Religionis,*b* ad arctiorem tamen Regulā migratio concedetur, dū venia à Prælato ſit petita, quamuis non impetrata. *c*

a c. Ioānes. eo.tit. de regul.

b d.cap.19. in fi. ſeſſ. 25.

Sed,quia Regulares de vno ad alium ordinem trāſlati facilè à ſuo ſuperiore licentiam ſtandi extra Monaſterium obtinere ſolebant , ex quo vagandi & apoſtatandi occaſio tribuebatur, propterea eadem Synodus Tridentina decreuit,vt nemo cuiuscumq; ordinis Prælatus,vel ſuperior vigore cuiuscumq; facultatis aliquē ad habitum,& profeſsionem admittere poſsit,niſi,vt in ordine ipſo,ad quē transfertur, ſub ſui ſuperioris obedientia in clauſtro perpetuò maneat,ac taliter trāſlatus,etiā ſi Canonicorū Regulariū fuerit ad beneficia ſecularia etiam curata incapx omnino exiſtat. *d*

c c. licet.eo. tit.de regul.

d cap. 11. ſeſſ.14

At Religioſis mendicantibus Martinus III.interdixit,excommunicationis pœna, à qua non niſi Romanus Pontifex extra mortis articulum ſoluere poſſit,ne quouis quęſito colore,aut quacumq; freti authoritate abſq; ſpeciali ſedis Apoſtolicæ licētia monaſticum ad vllum Ordinem,Carthuſienſium ordine duntaxat excepto ſe transferant. *e*

e c.1.eo.tit. ī extrauag.

Et ante eū Clemens V.cōſtituerat,quoslibet mendicantes,qui ad non mendicantium Ordines etiā authoritate Apoſtolica tranſierint,à Prioratibus,adminiſtrationibus,officijs,Vicariatibus,& alijs præminētijs,quoquo nomine vocentur,repelli debere,nec locum,aut vocem in Capitulo eis concedi oportere, etiam ſi hoc eis à Collegis liberè permitteretur. *f*

f Cle.1. eo. tit. de regu.

Clerici,qui ſe fingunt habitu,& nomine Monachos, & non ſunt,corrigi debent,vt veri monachi ſint, vel veri clerici. *g*

g c.vt Clerici. extra. eo.tit.

Illud præcipuè ſciendum eſt , nemini licere nouam Religionem inſtituere, ſed quicumque ad Religionem ſeſe conuertere voluerint,vnam ex olim inſtitutis, &

ab Eccleſia receptis optet,& conſequenter, qui voluerint Religioſam domum fundare, ex Religionibus veteribus vnam accipere debent. *a*

a c. fi. extr. de religios. dom.

Probatæ autem Religiones ſunt principaliter quatuor, hæ videlicet, Baſilij, Benedicti, Auguſtini, Franciſci, à quibus tamquam fontibus cæteræ omnes manant. *b* Carthuſienſes tamen propria ſeorſum à ſupra dictis quatuor dicuntur ſtatuta habere, nec ſub aliqua prædictarum regula militare. *c*

b Sum. Angel. uer. religioſus. col. 2. ubi apoſt. Boer. de uita & ſtat. hær. ad pri.

c Boer. ubi ſup. nu. 4.

Et ſupradicta non minus de mulieribus Religioſis, quàm de viris tradita intelligantur.

Non tamen omittendum eſt (quod ad mulieres attinet) Clementem Quintum earum mulierum ſtatum damnaſſe, & reprobaſſe, quæ vulgò Beguinæ appellantur, quarum conditio, & vita hæc erat, vt nulli obedientiam promitterent, nec proprijs renuntiarent, nec vllam ex probatis regulis profiterentur, ſed certum quẽdam habitum deferrent, & religioſis aliquibus, quorum magis ſtudioſæ erant, adhærent, idque ea ratione Clemens fecerat, quòd de ſumma trinitate, & diuina eſſentia disputare, & prædicare auderent, ac circa fidei articulos, & Eccleſiaſtica ſacramenta opiniones Catholicæ fidei contrarias introducerent, pluresq; fatuos homines in ſuos errores ſecum traherent, multaq; in pernitiem animarum vergentia ſub ſanctitatis ſpecie patrarent. *d* Sed poſtea Ioannes XXII. declarauit, eas, quæ, in vitio non ſint, nec ſuſpectæ, ſub prædicta Clementis conſtitutione comprehendi non debere, iniunxitq; locorum ordinarijs, vt has, quæ culpa carent, vllo pacto non moleſtent. *e*

d Cle. 1. de religios. domib.

e Extrauag. un. de religio. domib.

Illæ verò mulieres, quæ Tertij Ordinis dicuntur, & minorum ſorores, propriam regulam, propriaq; præcepta habent quibus ſtare, & parere promittunt, quãuis nec Caſtitatem, nec paupertatem voueant, earum que eſt congregatio à ſede Apoſtolica recepta, quemadmodum etiam illarum, quæ ſecundi Ordinis dicuntur, ſcilicet, quæ ſunt Sanctæ Claræ ſub tutela Eccleſiæ addictæ. *f*

f cle. 1. uer. obedientiã. de religios. domib.

Prouidit

Prouidit verò conſultiſſimè eadem Sacroſancta Synodus Tridentina ſub Pio IIII. libertati profeſsionis virginum Deo dicandarum, cum ſtatuit nuperrimè,vt,ſi puella,quæ habitum Regularem ſuſcipere voluerit,maior duodecim annis ſit, non ante eum ſuſcipiat, nec poſtea ipſa, vel alia profeſsionem emittat, quàm explorauerit Epiſcopus,aut eo abſente, vel impedito Vicarius ipſius, aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatem diligenter, an coacta,an ſeducta ſit,an ſciat,quid agat,&, ſi voluntas eius pia & libera cognita fuerit, habueritq; conditiones requiſitas iuxta monaſterij illius,& ordinis Regulam,nec non monaſterium fuerit idoneum, liberè ei profiteri liceat, cuius profeſsionis tempus ne Epiſcopus ignoret,teneatur præfecta monaſterio eum ante menſem certiorem facere,quòd ſi præfecta certiorem Epiſcopum non fecerit,quamdiu Epiſcopo videbitur, ab officio ſuſpenſa ſit. *a* *a cap.* 17. *ſeſſ.*25.

Item eadem Sacroſancta Synodus, Anathemati ſubijcit omnes,& ſingulas perſonas,cuiuſcumq; qualitatis,vel conditionis fuerint, tàm Clericos,quàm Laicos,Seculares, vel Regulares,atq; etiam qualibet dignitate fungentes, ſi quomodocumq; coegerint aliquam Virginem,vel Viduam, aut aliam quamcumq; mulierem inuitam, præterquam in caſibus à Iure expreſsis ad ingrediendum monaſterium vel ad ſuſcipiẽdum habitum cuiuſcumq; Religionis,vel ad emittendum profeſsionem,quiq; conſilium,auxilium,vel fauorem dederint, quiq; ſcientes eam non ſponte ingredi Monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſsionem emittere,quoquomodo eidem actui, vel præſentiam vel conſenſum,vel authoritatem interpoſuerint. Simili quoque anathemati ſubicijt eos, qui ſanctam virginum,vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi,vel voti emittendi, quoquomodo ſine iuſta cauſa impedierint. Decreuitque vt omnia, & ſingula, quæ ante profeſsionem, vel in ipſa profeſsione fieri oportet, ſeruentur non ſolum in monaſterijs ſubie-

ctis

ctis Epiſcopo, ſed & in alijs quibuscumque, ſed ab his tamen excepit mulieres, quæ pœnitentes, aut conuertitæ appellantur, in eis enim conſtitutiones ipſarum ſeruari vult. *a*

a c. 18. ea. ſeſſ. 25

Hoc quoque circa Sanctimoniales eadem Synodo ſtatutum fuit, vt earum monaſteria Sanctæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta etiam ſub nomine capitulorum Sancti Petri, vel Sancti Ioannis, vel aliàs quomodocunq; nuncupentur, ab Epiſcopis tamquã Apoſtolicæ Sedis delegatis gubernentur, non obſtantibus quibuſcumq;. Quæ verò à Deputatis in Capitulis generalibus, vel ab alijs Regularibus reguntur, ſub eorum cura, & cuſtodia relinquantur. *b*

b cap. 9. ea. ſeſſ. 25.

Item ſanxit, vt Sanctimoniales earum Conſtitutionibus admoneantur, quò ſaltem ſemel ſingulis menſibus confeſſionem peccatorum faciant, & Sacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant, atq; vt præter Ordinarium confeſſorem alius extraordinarius ab Epiſcopo, & alijs ſuperioribus bis aut ter in anno offerratur, qui omnium confeſſiones audire debeat. *c*

c ca. 10. ea. ſeſſ. 25.

Id quoq; in mulieribus Religioſis præcipuum ſtatutum eſt, vt hæ, cuiuſcumque Religionis vel Ordinis ſint, tacitè, vel expreſsè profeſſæ intra clauſtra ſui monaſterij perpetuò permaneant, nec quacumq; ratione, vel cauſa egredi poſſint, niſi tanto morbo laborent, vt manifeſtum ſit, non poſſe eas cum alijs citra periculum, vel ſcandalum commorari, nec cuiquam, & ſi alioqui honeſtæ perſonæ acceſſus, vel ingreſſus ad eas pateat, niſi rationabilis cauſa ſubſit, ac Prælati venia intercedat, prohibenturq; propterea per ſe ipſas litigare, ſed litem exercere volentes procuratores conſtituere debent, *d* quemadmodum etiam in proſequendo electionis negotio apud Sedem Apoſtolicam, ſiue illud electarum nomine agatur, ſiue eligentium, aut earum, quæ ab electione appellant, vel contra eam opponunt, non debent ad ipſam Sedem ipſæ accedere, ſed procuratores mittere. *e*

d c. 1. de ſta. regu. in 6.

e c. indemnitatibus. §. porro de elec. in 6.

Quæ quidem ſtatuta eadem Sacroſancta Synodus Triden-

Tridentina innouauit, præcipiens Epiſcopis, vt in omnibus monaſterijs ſibi ſubiectis ordinaria, in alijs verò Sedis Apoſtolicæ authoritate, clauſuram Sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari maximè procurent, Decernẽs etiam, ut nemini Sanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio etiam ad breue tempus quocumq; prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda, indultis quibuſcumq; & priuilegijs non obſtantibus. *a* *a ca.5. ſeſſ. 25.*

Ingredi autem intra ſepta monaſterij nemini liceat, cuiuſcumq; generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis fuerit ſine Epiſcopi, vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Dare autem tantũ Epiſcopus, vel Superior licentiam debet in caſibus neceſſarijs, neq; alijs vllo modo poſſit, etiam vigore cuiuſcumq; facultatis, vel indulti hactenus conceſsi, vel impoſterum concedendi. *b* *b d.c.6. ſeſſ. 25.*

Et quia monaſteria Sanctimonialium extra mœnia vrbis, vel Oppidi conſtituta, malorum hominum prædæ, & alijs facinoribus ſine vlla ſepe cuſtodia ſunt expoſita, præceptum eſt eadem Synodo Epiſcopis, & alijs ſuperioribus, vt curent, ſi ita videbitur expedire, vt Sanctimoniales ex eis ad noua, vel antiqua monaſteria intra vrbes, vel oppida frequentia reducantur, inuocato etiam auxilio, ſi opus fuerit, brachij ſecularis, impedienteſque, vel non obedientes per cenſuras Eccleſiaſticas parere compellant. *c* *c d.c. 5. ſeſſ. 25.*

De vita & honeſtate Clericorum. Tit. I I.

CONGRVIT, vt Clerici omnes, quemadmodum in ſortem domini ſunt vocati, & à populo officijs, & ordinibus ſunt diuiſi, ſic etiam ſumma ope nitãtur, & ſtudeant vitæ Sanctitate, & integritate cæteris ſeſe pręſtare, vt alijs documẽto ſint, & diſciplinę, & lucernã ſuam ardẽtem palàm manibus præferentes olei nun-

quam copiam nō habeant, ne eorum ſimiles ſint, qui lucernæ, vt ardeat, tantùmmodo lichnū emungunt, & manu cōtrectant, olei autē nihil inſtillāt, quapropter certa ſacris canonibus præcepta eorum vitæ inſtituēdæ, & moribus caſte informandis tradita ſunt, nam interdū his conſulunt, quid eos maxime deceat, quidue eorum gradu indignum ſit, quid quemq; Clericum ſe qui, aut quid fugere oporteat, interdum etiam ſeuerè imperant, & bonæ apud homines famæ intertrimentum, ſalutisq; æternæ iacturam minantur, & demum, quia præſentia ſæpe magis metui ſolent, quàm futura, & quæ terreſtria bona adimunt, quàm quæ cœleſtium futurum diſpendium portendunt, *a* modò officia, modò beneficia adimunt, ſuſpendunt, interdicunt, & Chriſtianorum conſociatione priuant.

a c. ut clericorum. eo. ti. de uita et honeſt. cler.

Curare igitur debeat hi, vt grauitatem in actibus, ſermonibus, veſtibus, & omnibus moribus, omni deniq; vita præſe ferant, hinc Innocen. III. ſanxit, ne Clerici officia, & commercia ſecularia exerceant, præſertim inhoneſta, Mimis, Ioculatoribus, & Hiſtrionibus operam ne impendant, & vt tabernas fugiant, niſi forte neceſsitate adducti, puta dum peregrè proficiſcuntur, aleis, & taxillis ne ludant, nec ludentibus interſint, coronamq;, & tonſuram in capite ferant, ſeq; in officijs Eccleſiaſticis tantùm, alijsq; honeſtis, & vtilibus ſtudijs exerceant, quod ſanctius etiam poſtea firmatum eſt per Leonem Decimum piæ mem. in Concilio Lateran. veſtibus autem vtantur, neq; effuſa prolixitate nimiùm luxuriātibus, neq; anguſta ſupra modum breuitate ſordeſcentibus, omnium deniq; veſtiū, & ornamentorum, quæ Clericorum vſui ſint, formam quàm exactiſsimè idem Innocentius præfiniuit. *b*

b c. Clerici. eo. tit. de uita. et honeſt. cler.

Clemens quoq; V. in Concilio Viēnenſi pœnas ſanxit aduerſus eos Clericos, qui decori ſui metas nō ſeruantes veſtibus nimiū mollibus, vel leuitatis aliquod iudicium præbētibus, aut cæteris corporis ornatibus, quales per eum deſcribuntur, vſi fuerint, nam beneficia habentibus fructus beneficiorū ſemeſtres adimit,

benefi-

beneficijs autem carentes Clericos, ſacris tamen ordi nibus inauguratos omnibus excepto Presbyteratu, ſex item mēſes ad beneficia Eccleſiaſtica aſpirare ve tat, quod ad alios deinde, neq; beneficia neque ſacros ordines conſecutos Clericos extendit, qui prohibitas veſtes, & tonſuram ſimul geſtauerint, at, qui dignitatē habent, vel perſonatum, vel beneficium, cui animarum cura incumbat, ſi citra iuxtam cauſam interdictis veſtibus vſi fuerint, anni vnius fructuum iactura ſuorum beneficiorum mulctantur. *a* *a Cle.ſi.eo. ti.*

Quam Clementis Conſtitutionem eadem Sancta Synodus Tridentina innouando, atq; ampliando con ſtituit, vt omnes Eccleſiaſticæ perſonæ, quantumcūque exemptæ, quę aut in ſacris fuerint, aut dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia qualiacumque Eccleſiaſtica obtinuerint, ſi, poſtquam ab Epiſcopo ſuo etiā per edictum publicum moniti fuerint, honeſtum habitum Clericalem illorum ordini, & dignitatì conuenientem, & iuxta ipſius Epiſcopi ordinationem, & mandatum non detulerint, per ſuſpenſionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, reditibus, & prouentibus ipſorum beneficiorum, nec non, ſi ſemel correpti denuò in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum, & beneficiorū huiuſmodi coerceri poſsint, & debeant. *b* *b ca. 6. ſeſſ. 14.*

Itē prohibētur Clerici cauſa lucri negotiari, & monaci ſuo nomine conductas poſſeſsiones tenere. *c* Itē Clericis ad ſacros ordines promotis tabellionatus officium per beneficiorum ſubtractionm interdicitur. *d* *c cap. ſecundum inſtituta. ne cler. vel mona.* *d c. ſicut, ne cler. vel monac.*

Et generaliter quæuis officia, vel negotia, & ſi alioqui turpitudine vacantia exercentes, ſi tamen ea Clericorum profeſsioni non conueniant, eiſq; interdicta ſint, à pœna immunes non abeunt, nam, ſi tertiò moniti à negotijs eiuſcemodi ſecularibus ſe non amouerint, priuilegijs omnibus priuantur, quæ Clericorum bonis à iure conceſſa ſunt *e* & quandoque etiam ſeuerius puniatur, ſi eorum contumacia, & mores hoc mereri videantur, *f* hinc etiam prohibentur Clerici *e c. ſi. eo. tit. de vita & honeſt. cler.* *f cle. 1.*

ſacrati

ſacrati procuratores, aut miniſtri in iudicio ſeculari Laicorum eſſe, *a* quemadmodum etiam prohibentur procurationes oppidorum, aut rurium, aut quaſlibet ſeculares iuriſdictiones hominum ſecularium vice, & nomine ſuſcipere, & exercere, niſi ab Eccleſiaſtico miniſterio velint eſſe alieni, ac Religioſi Clerici ſeuerius etiam puniri velint. *b*

Cuiuſuis autem ordinis Clericus, quamuis nondũ ſacer effectus ſanguinis iudicium ad mortem, vel membri mutilationem inferendam exercens honore priuatur, & loco. *c* Et non modo ſanguinis ſententiam dictare, aut proferre, aut ſanguinis vindictam exercere debet, ſed neq;, vbi exerceatur, intereſſe, aut literas dictare, aut ſcribere in ſanguineam vultionem mittendas, nec viris ſanguinum vllis tamquam eorum dux præfici poteſt. *d*

Item Presbiter, Diaconus, Subdiaconus à Chirurgicæ artis exercitio repelluntur, qua aduſtio, vel inciſio aliqua irroganda ſit, alijsq; artibus, quibus ſimilia officia ineſſe neceſſarium ſit. *e*

Clerici quoq; arma portantes, & vſurarij excommunicantur. *f* & Clericus percuſſor, qui ſe non corrigit, deponendus eſt, Epiſcopus autem cuius mandato mulier ſeuerè nimium flagris, ſeu fuſtibus ob delictum cæſa fuerat, duobus menſibus à miſſarũ adminiſtratione Gregorij Pont. Romani reſcripto ſuſpenſus fuit. *g*

Venationes item, & aucupia, quę cum accipitribus, huiuſmodiq; auibus ad predam natis fiunt, à Clericis omnibus aliena eſſe debent. *h*

Quinimo Religioſis Clericis adeò negocia humana ſunt interdicta, vt Alex. III. olim edixerit, vt nulli Clerico Religioſo poſt votum Religionis ſuſceptũ, & poſt factam profeſſionẽ ad Phiſicam, vel leges ſeculares legendas exire liceat, pœna etiam excommunicationis præter alias pœnas trãſgreſſoribus addita. *i*

Qam Alexandri Conſtitutionem Honorius III. poſteà ſic declarauit, ſiue extendit, vt eius violator ipſo iure ex canone latæ ſententiæ excõmunicationi

cenſeatur

a cap. 2. ne cler. uel monaci.
b c. ſed nec. ne cler. uel mon.
c c. clericus in ſacris, ubi Abb. eo. tit. de vita et honeſt. cler.
d c. ſentẽtiã ſanguinis ne cler uel monac.
e d. c. ſententiam ſanguinis.
f c. 2. eo. tit. de uita et honeſt.
g c. 1. & 3. de cler. pcuſ.
h in titu. de cler. venat.
i c. non magnopere. ne cler. uel mõ.

cēſeatur obnoxius,atque vt Archidiaconos,Decanos, Plebanos,Præpoſitos,Cantores,& alios Clericos per ſonatus habentes, & presbyteros complectatur. *a*

Sed rurſus Honorij legem Bonifacius VIII.ſic interpretatus eſt,vt eos non includat,qui Eccleſias parochas obtinent, quamdiu ad ordinem Sacerdotalem non ſint promoti, niſi ſub ſe habeant ſacella, in quibus inſtituantur Clerici perpetui nequeuntes ab eis citra cauſam legitimam remoueri; *b* aliaq; in hanc rem vtiliſſima eadem Cōſtitutione idem Bonifacius comprehendit.

a cap.ſi. ne cle.uel mon.

b cap.ſi. ne cle.uel mon.

In Concilio quoq; Lateranen. ſub Leone X.ſtatutum eſt, ne quis in ſacris ordinibus cōſtitutus in Gymnaſijs generalibus, vel aliàs publicè audiendæ Philoſophiæ, aut Poeſis ſtudijs vltra quinquennium poſt Grammaticam, aut Dialecticam ſine aliquo ſtudio Theologiæ,aut Iuris Pontificij incumbat, verùm exacto quinquennio, ſi illis ſtudijs inſudare voluerit, liberum ei ſit, dum tamen ſimul, aut ſeorſum Theologiæ,aut ſacris canonibus operam nauet.

Et hæc quidem ab illis optimis patribus ſtatuta ſunt, ne Clerici humanarum literarum illecebris capti Theologiæ ſtudia omittunt,cui eos omni cura vacare conuenit,cum infectas Philoſophiæ,& poeſis radices,& aliunde ortas peſtes per hanc ſanare, & purgare debeant. *c*

c cap.ſi. ne cle.uel mon.

Et demum ſacroſancta eadem Tridentina Synodus ſub Pio III.conſtituit, vt, quæ aliàs à Summis Pontificibus, & à ſacris Concilijs de Clericorum vita, honeſtate, cultu, doctrinaque retinenda, ac ſimul de luxu, comeſſationibus, choreis, aleis, luſibus, ac quibuſcumque criminibus, nec non ſecularibus negocijs fugiendis copioſè, ac ſalubriter ſancita fuerunt, eadem in poſterum ijſdem pœnis, vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis obſeruentur, nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, ſuſpendat, ſi qua verò ex his in deſuetudinem abijſſe cōpererint ea quamprimùm in

vſum reuocari, & ab omnibus accurratè cuſtodiri ſtudeant, nō obſtantibus cōſuetudinibus quibuſcumq;. *a*

a ca.1. ſeſſ. 22. de refor.

Iam ex ſupradictis nemo nō iudicare poteſt, quàm deforme exiſtimetur in Clerico incontinentiæ, & fornicationis vitium, cum ſupradicta, quorum multa minora ſunt flagitia, tam acerbam vindictam expectēt, quare Clericus fornicator poteſt ab officio ſuſpendi, ſiue iam monitus ſe non correxerit, ſiue etiam nulla monitio præceſſerit, ſi ita Iudici ſedeat, qui & delicti pondus, & peccantis, locorumque conſuetudinem, & ſcandali exinde orientis grauitatem perpendet, atque ex eo iudicabit, an à monitione, vel ſuſpenſione, an potius à priuatione perpetua incipi præſtet, *b* quod ſi Clericus ſuſpenſus contempta ſuſpenſione diuina celebrare auſus fuerit, & in vetere flagitio perſeuerare, nō beneficijs Eccleſiaſticis tantum exuetur, ſed etiā perpetuò deponetur, quæ pœna etiam Prælatos manet, qui huiuſmodi ſubditorum Clericorum vitia æquo animo tulerint, nec in eos animaduerterint. *c*

b Abb. c. at ſi clerici. nu. 35. & 36. uerſ. & ideò concludo. de iudic.

c cap. ut clericorum. ubi Abb. de uita et hone. cler. c. ſicut ad extirpandaſ. c. a clericos. de cohab. cler. & mul. et c. ſi autem. eo. ti. de cohab. cler.

Et Clericus concubinā palā habēs ipſo iure ab officio eſt ſuſpēſus, nec partē ab Eccleſia ſuſcipere pōt. *d*

d. c. præter hac diſt. 32. ubi gl. 1.

Seuerius etiam puniuntur Clerici, quibus matrimonium contrahere, ex regionis forte vſu, vt apud orientales ſeruatur, permiſſum eſt, ſi in hæc flagitia lapſi fuerint. *e* Non tamen Prælatus Clericum coget omninò, vt concubinam abiuret, quia periurij metuitur periculum, ſed dimittere recuſantem interdicet ſuſpendet, ac demum etiam excommunicabit. *f*

e c. clericorum. eo. tit. de uita & hone. cler.

f c. clericos. de coha. cle. & mul.

Quæ pœnæ, ſi priſcis comparentur, quæ tunc infligi ſolebant, cùm Eccleſia adoleſceret, quo tempore lōgè maximus erat in fide ardor, leues mediusfidius iudicarentur, nam vel ſimplex fornicatio olim iuſta cauſa Clerico deponendo exiſtimabatur. *g*

g c. presbyter. diſt. 81. Abb. d. c. ſicut ad extirpandam.

Atq;, vt hiſce vitijs patrandis via omnis (quoad fieri poteſt) claudatur, omniſq; occaſio reſecetur, certis iuribus prouiſum eſt, vt ea vitentur, ex quibus contra eos læua ſuſpitio oriri poſſet ſeu quæ vitiorum fomitem & ſcintillam præſtare poſſent, hinc & prohibētur

Clerici

Clerici mulieres domi habere,quæ incontinentiæ ſuſpitionem præbere poſsint, quamuis matres eorum eſſent,alioue conſanguinitatis,aut affinitatis gradu,aut genere coniunctæ,vt amitæ,ſorores,vel aliæ, quia & in illis inſtigāte Diabolo ſcelus perpetratum reperitur, earūve pediſſequis, ſed ſi earū aliqua Presbyteri egue rint,habeant in vico, aut in villa domum longè à ſua conuerſatione,& ibi eis,quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtrent,interdictum etiam eſt fœminis omnino ad altare accedere,aut Presbytero miniſtrare, aut infra cancellos ſtare, ſeu ſedere. *a* Et quarumcumque mulierum,in quibus incontinentiæ vitium ſuſpectum eſſe poſsit,frequens,& aſsiduum colloquium ſacris Clericis interdicitur, tertioq;,vt abſiſtant monitis, nec tamen deſiſtentibus, ſed aliquo modo adhuc conuerſantibus excommunicatio inuritur, *b* & Clericus ſine manifeſta & probabili cauſa ad ſanctimonialiū cœnobia frequenter accedens per Epiſcopum arceri debet, ſeq; non corrigens Eccleſiaſtico officio priuari. *c*

a cap. 1.de cohab. cler. & mul.

b c.2.de cohab.cler. & mul.

c cap.monaſteria eo.ti. de uita & beneſt. cler.

Eadem quoque Sacroſancta Synodus Tridentina ſub eodem Pio I I I I. in hanc rem animum acriter intendit,vt obſcœni huius vitij turpitudinem, adde & ſuſpitionem à Clericis pro viribus auerteret, nam prohibuit quibuſcumq; Clericis,ne concubinas,aut alias mulieres, de quibus poſsit haberi ſuſpitio, in domo, vel extra detinere, aut cum his vllam couſuetudinem habere audeant, alioquin pœnis à ſacris Canonibus, vel à ſtatutis Eccleſiarum impoſitis puniantur. Quod ſi à ſuperioribus moniti ab his non abſtinuerint, tertia parte fructuum,obuentionum,& prouentuum,beneficiorum ſuorum quorumcumq;, & penſionum ipſo facto ſint priuati, quæ fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur. Sin verò in delicto eodem,cum eadem,vel alia fœmina perſeuerantes ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantùm fructus omnes,ac prouentus ſuorum beneficiorum,& penſiones eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicentur,ſed etiam à beneficiorum ipſorum adminiſtra

tione,quoad ordinarius etiã vti Sedis Apoſtolicæ delegatus arbitrabitur, ſuſpendatur, At ſi ita ſuſpenſi nihilominus eas nõ expellant, aut cum his etiam verſentur,tunc beneficijs portionibus,ac officijs, & penſionibus quibuſcumque Eccleſiaſticis perpetuò priuentur, atq; inhabiles ac indigni quibuſcumque honoribus,dignitatibus, beneficijs, ac, officijs in poſterum reddantur,donec poſt manifeſtã vitæ emendationem ab eorum ſuperioribus cum his ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum,ſed ſi,poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere,aut alias huiuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur,nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat, vel ſuſpendat,ſupradictorumq; omnium cognitio nõ ad Archidiaconos, aut Decanos, aut alios inferiores, ſed ad Epiſcopos ipſos pertineat, qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, procedere poſsint. *a*

a c.14.ſeſſ. 25.

Clerici verò beneficia Eccleſiaſtica, aut penſiones nõ habentes,iuxta delicti, & cõtumaciȩ perſeuerantiã & qualitatẽ ab ipſo Epiſcopo carceris pœna, ſuſpenſione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda,alijsve modis iuxta ſacros canones puniantur. *b*

b d.ca. 14. ſeſſ.25.

Epiſcopi quoque, ſi ab huiuſmodi crimine non abſtinuerint, & a Synodo Prouinciali admoniti, ſe non emendauerint, ipſo facto ſint ſuſpenſi, & , ſi perſeuerent, etiam ad ſanctiſsimum Romanum Pontificem ab eadem Sinodo deferantur, qui pro qualitate culpæ, etiam per priuationem, ſi opus fuerit in eos animaduertet. *c*

c eo.ca.14. ſeſſ.25.

Qui Clerici Matrimonium contrahere poſſunt, qui non. Tit. III.

ADEò, caſtitas in Clericis commendatur, vt non ſolùm ſecundum ſupradicta abſtinere à libidine etiam in laicis damnata Pontificijs legibus iubeãtur ſed ipſi etiam matrimonio alioqui ſancto,& à Deo id

inſtituto

inſtituto aliqui eorum aſpirare prohibeãtur, *a* neq; id temerè, cum caſtitas ſit primũ Clerici fundamentũ, *b* omniumq; Sacerdotum ita excellens ſit electio, vt quæ in alijs membris Eccleſiæ vacare vitio creduntur, in illis tamen habeantur illicita. *c*

Quare Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus, & ſi irregularitatem etiam contraxerint, ad matrimonium tamen accedere prohibentur, at, ſi matrimonium de facto contraxerint, nulla habita irregularitatis ratione ſeparabuntur, *d* hinc & Alexan. III. olim Cenomanenſem Epiſcopum reſcripto ſuo commendauit, quòd compuliſſet Subdiaconum eam abiurare, quam ſibi in coniugium copulauerat, *e* iuſſitq; eum Subdiaconum prohiberi in Subdiaconatu miniſtrare, & ad maiores ordines promoueri, ſed in minoribus tantùm ordinibus eum miniſtrare conceſsit & Religionem ingredi volentem, & laudabilem ſui ipſius conuerſationem preſtantem ad maiores quoque ordines promoueri permiſit. *f*

Poteſt tamen Epiſcopus Sacerdoti, qui poſt nuptias, vel contubernia verius cõtracta, eaq; dimiſſa diu ſe continuerit, & pœnitentia acta bonum ſui ipſius ſpecimen præbuerit, officium ademptum, & executionẽ reſtituere, *g* vel Diacono eadem præſtanti Diaconatus officium reddere, & ad Presbyteratus etiam ordinem eum admittere. *h*

Qui verò eſt intra minores ordines Clericus, nuptiarum incapax non eſt, verum beneficio, quod habet, ſpoliatur, recipit tamen expenſas, quas in rem illius Eccleſia irrogarat, *i* nec prodeſt Clerico, quod beneficium ei ſit collatum poſt nuptias ab eo contractas vt retinere illud poſsit, K nam, & ſi ipſe idem, qui ea beneficia poſt initum matrimonium ſciens contulit Epiſcopus, auferre ea non poſsit, Prælatus tamen cui ille Epiſcopus ſubeſt, illa adimere, etiam appellatione remota poterit. *l*

Item hi Clerici vxorati amittunt priuilegium, quo rerum ſuarum immunitate potiebantur, *m* ſaluũ tamen

a c. 1. diſt. 32.
b §. hoc deo in autẽ. quomo. opor. Epiſco.
c d.c. 1. diſt. 32.
d c. 1. qui cler. vel uouen.
e c. ex tuarũ. alias c. ex literarũ. eo. tit. qui cler. uel uou.
f d.c. ex tuarum.
g c. ſane. 2. de cler. coniug.
h cap. 1. qui. cler. uel uou.
i ca. quod a te. de cleric. coniuga.
K c. diuerſis. eo. tit. de cleric. coniug.
l d.c. diuerſis.
m c. pe. eo. ti. de cler. cõiu.

men eis remanent priuilegiũ, ne ſub Iudice Laico conueniri poſſint, neue citra excommunicationis pœnam manus iniurioſas quis in eos inferat, dummodò Clericorum in habitu incedant, veſtibus Clericalibus vtẽtes, & tonſuram geſtantes, dumque vxor, quam habet hic Clericus, prima, vnaq; ei nupta fuerit, & virgo, quẽ ad modum Bonifacius VIII. conſtituit. *a*

a c. vni. de cler. coniug. in 6. c. ſeriatim. diſ. 32.

Quem Sacroſancta Synodus Tridẽtina ſequuta eſt, idem ipſum diſponens, dummodò tamen hi Clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel, miniſterio ab Epiſcopo deputati Eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, & Clericali habitu, ac tonſura vtantur, nemini, quò ad hoc, priuilegio, vel conſuetudine etiam immemorabili ſuffragantibus. *b*

b c. 6. in fi. ſeſſ. 23.

Sed, ſicut Clericus à matrimonio repellitur, ſecundùm proximè ſuprà à nobis dicta, ita econuersò, dum quis iugo vxorio adhuc premitur, neque ad beneficia, neque ad Eccleſiaſticas adminiſtrationes, ſed nec ad Eccleſiaſticos Ordines acceſſum habet, niſi forte caſtitatem vouerit, cum vxoris conſenſum haberet, vel niſi, cum adoleſcens vxor eſſet, religionẽ ingreſſa fuiſſet, & eam vnam, eandemq; virginem habuiſſet vxorem. *c* Atque ex his vnusquisq; iudicio aſſequi põt quanto maiore ratione Clerici coniugati à dignitatibus Eccleſiaſticis ſummoueãtur, vel, qui dignitatibus Eccleſiaſticis aucti ſunt, à matrimonijs repellantur. *d*

c c. ſane. 1. de cler. cõiuga. ubi Abb. nu. 3. poſt gl.

d c. cũ decorẽ. eo. tit. de cler. coniug.

De Clericis non reſidentibus. Tit. IIII.

SVPRADICTA etſi Clericis diligenter obſeruanda ſint, non tamen ſatis fuerit, ea obſeruaſſe, nam & alia exiſtunt, quibus Clericus præſtandis tenetur. Et primùm quidem, cum Eccleſiæ Clericis cũ inquiſitione credi ſoleant, apparet, eorum, quibus committuntur, eligi induſtriam, quibus id oneris tutò imponi poſſit, quare & eos conuenit, in ipſis Eccleſijs reſidere, & officium ſuum nauiter obire, ne eorum, à quibus probati ſunt, fidem fallant, ſi ipſi officio ſuo (vt par erat) ſtudioſè nõ ſuperſint, quod nõ ſine magna populi offenſione,

fenſione,& animarum ſibi creditarum diſpendio eueniret. Ac, cum præcepto diuino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oues ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre, verbiq; diuini prædicatione, ſacramentorum adminiſtratione, ac bonorum operum omnium exemplo paſcere, pauperũ, aliarumq; miſerabilium perſonarum curam paternã gerere, & in cætera munia paſtoralia incũbere, ea certè ab his præſtari, & impleri non poſſunt, qui gregi ſuo non inuigilant, neq; aſſiſtunt, ſed mercenariorum more deſerunt, vt optimè Sacroſancta Synodus Tridentina ſub Pio I I I I. nuperrimè ratiocinata eſt. *a*

Ea propter curam hanc adhibent Pontificiæ leges, vt vnuſquiſque Eccleſiæ Rector, vel præfectus eam ipſe regat, in eaq; temporibus debitis reſideat. *b* Quin etiam ab aliquibus traditum eſt, quamuis beneficium ſimplex ſit, non minus tamen Clericum, cui id aſſignatum ſit, vt reſideat, iure obligatum eſſe, & ſi aliud conſuetudine inductum videatur. *c* Quocirca, ſi quis Clericus à ſuo beneficio diutius abfuerit, quàm Eccleſiæ vtilitas expoſceret, monendus erit, terminuſq; ei ſtatuendus, intra quem commodè reuerti poſſit, quo lapſo, ſi omninò ſine cauſa probabili ſui copiam non fecerit, beneficio priuari poterit, illudq; in alium transferri. *d* Sed & alia via poterat Clerici non reſidentis contumacia coerceri ex Sacro Agathenſi Concilio, nam in minoribus Ordinibus conſtitutus Clericus, ſi ab Eccleſia ſua diebus ſolennibus abfuerit, id eſt, die Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Paſchatis, vel Pentecoſtes, triennio à communione ſuſpendetur, Diaconus verò, & Presbyter, ſi tribus hebdomodis ſuæ Eccleſiæ defuerint, huic pœnæ ſuccumbent. *e*

Cæterùm ſi incertum ſit, vbi nam gentiũ agat Clericus, vel Prælatus, qui à ſua Eccleſia deſideratur, vel ſi ita abſit, vt non facile ad eum citatio defferri poſſit, tribus edictis euocari eum oportebit, publicè propoſitis in eius Eccleſia, quibus ſi minimè audiens fuerit, & ſex menſes expectatus non redierit. Eccleſia illa

a cap. 1. in prĩ. ſeſſ. 2 :.
b Abb. cap. ex parte. 2. uerſ. ſed quæro. qualiter, eo. ti. de cle. non reſid.
c cap. cõquærente. eo. ti. de cler. non reſidẽ. Imol. c. ſi. eo. ti. Rebuſ. ĩ praxi. beneficĩ. ĩ ti. diſpenſatio de nõ reſidẽ. nu. 8. Abb. c. pe. n. 5. eo. tit. de cler. non reſi.
d c. ex parte ueſtra. cũ duobus cap. ſeq. ubi Ab. eo. tit. de cleric. nõ reſid.
e c. ſi quis ĩ clero. 7. q. 1.

a c. ex tuæ deuotionis. in prin. eo. tit. de cler. non reſid.

ſpoliari legitimè poterit. *a* At, ſi in rem Eccleſiæ forte non ſit, vt Clericus hic, vel Prælatus propter ipſius præſtantiam ab ea exturbetur, puta, quia eius opera multis de cauſis Eccleſiæ vtilis noſcatur, dum adſit, eamq; impigrè velit (vt decet) ac ſedulò præſtare, ideoque melius videatur, eum ad Eccleſiæ miniſteria iuris remedijs reuocare, ita poterit procedi, vt per ſuſpenſionis, vel excommunicationis remedia redire compellatur, quæ ſi nihil facere ſe oſtenderit, tunc verò etiam ſpiritualium adminiſtratio ei interdicetur, quod ſi is, qui deſideratur, Prælatus in Pontificia dignitate conſtitutus ſit, ad Legati, vel alterius officium hoc pertinebit, vt ex ſpeciali mandato Summi Pontificis hunc Epiſcopum ita meritum ab Epiſcopatu remoueat. *b* Epiſcopus enim quiuis ab alio quàm à ſummo Pontifice Epiſcopatu priuari nequit, quare nec prior procedendi modus à nobis ſuprà in principio huius tituli traditus poterit aduerſus Epiſcopum exerceri, *c* Sed poſteriorem hunc in eum experiri eſt neceſſe, nempe vt ſuſpendatur ab Archiepiſcopo, & excommunicetur, & demum Summi Pontificis mandato Epiſcopatu priuetur. *d*

b d. cap. ex tuæ. §. cõtra eos. eo. tit.

c d. §. cõtra eos. ubi no.

d d. §. cõtra eos. et c. accuſatus. 3. q. 6.

Ac iura, quibus Clerici ad reſidendum coguntur, ita procedunt, vt nullum faciant diſcrimen inter beneficia opulenta, & tenuia aut inter ordinem, ſeu dignitatem ſupremam, & infimum ordinem, vel dignitatẽ, nam & Clericum habentem beneficium non excedẽs prouentum viginti aureorum annuorum reſidere nihilominus oportere aiunt, *e* & Cardinales quoque ipſi huic ſanctioni ſubiacent, cum & Leo III. Anaſtaſium Presbyterum Cardinalem tituli beati Marcelli depoſuerit, eo quod parochiam ſuam annos quinque deſertam iacere paſſus fuiſſet. *f*

e c. conquerente. eo. tit.

f c. 2. eo. tit.

In hanc etiam rem vehementer eadem Sacroſancta Synodus Tridentina incubuit, nam primùm ſub Paulo III. conſtituit, vt, ſi quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, ſeu Cathedrali Eccleſia, quocumque titulo, cauſa, nomine, ſeu iure commiſſa, quacum-

que ille dignitate, gradu, & præminentia præfulgeat, legitimo impedimēto, & ſeu iuſtis, & rationalibus cauſis ceſſantibus, ſex menſibus cōtinuis extra ſuā Diœceſim morando abſuerit, quartæ partis fructuū vnius anni fabricę Eccleſię, & pauperibus loci per ſuperiorē Eccleſiaſticum applicandorum pœnam ipſo iure incurrat, quod ſi per alios ſex menſes in huiusmodi abſentia perſeuerarit, aliam quartam partem fructuum ſimiliter, applicandorum, eo ipſo amittat, Creſcente verò contumacia, vt ſeueriori ſacrorum Canonum cēſuræ ſubijciatur. Metropolitanus Suffraganeos Epiſcopos abſentes, Metropolitanum verò Epiſcopum abſentem Suffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens, ſub pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ eo ipſo incurrenda, infra tres menſes per literas ſeu nuntium Romano Pontifici denuntiare teneantur, qui ipſos abſentes, prout cuiusque maior, aut minor contumacia exegerit, ſua ſupremæ ſedis authoritate animaduertere, & Eccleſijs ipſis de paſtoribus vtilioribus prouidere poterit, ſicut in Domino ſalubrius nouerit expedire.*a* *a c. 1. ſeſſ. 6. de reforma.*

Circa alios Epiſcopis inferiores, qui beneficia quęuis Eccleſiaſtica perſonalem reſidentiam de iure, ſiue conſuetudine exigentia, in titulum, ſiue commendam obtinent, eadē Synodus ſtatuit, vt ab eorum Ordinarijs, quemadmodum eis pro bono Eccleſiarum regimine, & diuini cultus augmento, locorum, & perſonarum qualitate penſata, expediens videbitur, opportunis iuris remedijs reſidere cogantur, nulliq́ue priuilegia, ſeu indulta perpetuā de non reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis ſuffragentur, indulgētijs verò, & diſpenſationibus temporalibus ex veris, & rationabilibus cauſis tantùm conceſſis, & coram Ordinario legitimè probandis in ſuo robore permanſuris quibus caſibus nihilominus officium ſit Epiſcoporum, tamquam in hac parte à Sede Apoſtolica Delegatorum prouidere, vt per deputationem idoneorum Vicariorum & congruæ portionis fructuum aſſignationem, cura animarum nullatenus negligatur,

nemini,

nemini, quo ad hoc, priuilegio, ſeu exemptione quacumq; ſuffragante. *a*

Relaxantur tamen interdum ex iuſtis cauſis, & remittuntur ſuprà ſtatuta, & conceditur nonnunquam Clerico, vt à ſuis beneficijs abeſſe poſſit, nam & ſtudiorum rei litterariæ honeſta eſt cauſa, nam quò Clerici literis imbuti meliores, vtilioreſq; fiant concedi poteſt ab Epiſcopis eorumq; ſuperioribus vt dum in illis verſantur, beneficiorum ſuorum fructus nihilominus conſequantur, dum tamen ſe ad honeſta gymnaſia, non ad villas, aut minuta caſtra ſtudiorum cauſa tranſtulerint, *b* ac dummodò ſeptennij tempus hæc vacatio non excedat. *c*

Item propter iura ſuæ Eccleſiæ tuenda & conſeruãda abeſſe quis poteſt, & ſi quo tempore promotus eſt, iuraſſet in ipſa Eccleſia reſidere. *d*

Familiares quoq; Summi Pontificis, dum in eius obſequijs ſunt, & ſi in Ecclesijs ſuis non reſideant fructus tamen beneficiorum licitè percipiunt, *e* nec oberit eis conſtitutio contraria ex Diœceſana Synodo profecta, quod & de Canonicis Epiſcopi ſui obſequijs addictis eſt accipiendum, modò plures nõ ſint, quàm Capituli eorum vſus, & neceſsitas patiatur. *f* Si tamen Eccleſiam debitis miniſtrorum officijs carere appareat, & ex hoc damnum ferre, dum plures ex ea priuilegijs innitentes eam deſerunt, poterunt tunc fructibus ſubductis vt reuertantur, compelli. *g*

Clericus etiam valetudine aduerſa impeditus, ne poſſit munera ſua obire, non modò beneficij ſui fructus nihilominus conſequetur, *h* ſed & diſtributiones canonicas, & omnia, quæ ſano miniſterium ſuum, & officium plenè & integrè præſtanti darentur. *i*

Sed non videtur etiam prætermittendum, quid eadem Sacroſancta Synodus Tridentiua ſub Pio IIII. nouiſſimè in hac materia conſtituerit, dum recitatam eiuſdem Concilij Conſtitutionem ſub Paulo III. editam declarauit. Hæc quippe Sancta Synodus, ne ea, quæ ſub Paulo III. ſancita olim fuerunt, in ſenſus à

a c. 2. eadẽ ſeſſ. 6. de reformat.

b c. tuæ fraternitatis. eo. ti. & cler. non reſiden.

c c. cum ex eo. ubi glo. uer. ſeptennio. de elec. in 6.

d c. ex parte tua fuit propoſitum. eo. tit.

e c. cum dilectus filius. eo. tit.

f c. ad audientiã noſtram. ubi Abb. eo. tit.

g d. c. ad audientiam.

h cap. 1. de cleri. ægrot.

i cap. un. de cler. non reſiden. in 6.

Sacroſanctæ ſynodi mente alienos trahantur,perinde ac ſi vigore illius decreti quinq; meſibus cõtinuis abeſſe liceat,illis inhærendo declarauit. Omnes Patriarchalibus Primatialibus,Metropolitanis,ac Cathedralibus Eccleſijs quibuscumq;,quocumq; nomine, & titulo præfectos,etiã ſi S.Rom.Eccleſiæ Cardinales ſint obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia,vel Diœceſi reſidentiam,vbi iniuncto ſibi officio defungi teneantur, neq; abeſſe poſſe, niſi ex cauſis,& modis infra ſcriptis. Nam cum Chriſtiana charitas,vrgens neceſſitas, debita obedientia,ac euidens Eccleſiæ,vel Reipub.vtilitas aliquos nonnũquam abeſſe poſtulent,& exigant,declarauit eadem Sancta Synodus has legitimæ abſentiæ cauſas à Beatiſſimo Romano Pontifice, aut à Metropolitano,vel eo abſente a Suffraganeo Epiſcopo antiquiore reſidente, qui idem Metropolitani abſentiam probare debebit,in ſcriptis eſſe approbandas,niſi cum abſentia inciderit propter aliquod munus,& Reip.officium Epiſcopatibus adiunctum,cuius quoniam cauſæ ſunt notoriæ,& interdum repentinæ, ne eas quidem ſignificari Metropolitano neceſſe erit. Ad eundem tamen cum Concilio Prouinciali ſpectabit iudicare de licẽtiis à ſe,vel à ſuffraganeo datis,& videre,ne quis eo iure abutatur,& vt pœnis Canonicis errantes puniantur, & interim ſic ouibus ſuis prouideant,vt quantum fieri poterit,ex ipſorum abſentia nullum damnum accipiant. Quoniam autem, qui aliquantiſper tantũ abſunt,ex veterum canonum ſententia non videntur abeſſe,quia ſtatim reuerſuri ſunt, Sacroſancta Synodus propterea decernit, illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis, ſiue continuum, ſiue interruptum, extra prædictas cauſas nullo pacto debere duos, aut ad ſummum tres menſes excedere, & haberi rationem, vt id æqua ex cauſa fiat, & abſque vllo gregis detrimento, quod an ita ſit, abſentium conſcientiæ relinquit, eos tamen interim admonet, ne per illius temporis ſpatium,Dominici aduentus,Quadrageſſimæ,Natiuitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes, item &

Corporis

Corporis Chriſti diebus, ipſi ab Eccleſia ſua Cathedrali ullo pacto abſint, niſi Epiſcopalia munia in ſua Diœceſi eos aliò vocent.

Si quis autem contra huius decreti diſpoſitionem abfuerit, ſtatuit Sancta Synodus, præter alias pœnas aduerſus non reſidentes per ſupraſcriptam conſtitutionem ſub Paulo I I I. olim impoſitas, & innouatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis abſentiæ, fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione nō ſequuta, illos ſibi detinere poſſe, ſed teneri, aut ipſo ceſſante, per ſuperiorem Eccleſiaſticum illos fabricæ Eccleſiæ, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacumq; conuentione, vel compoſitione, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur, ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte ei remitterentur, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs cuicumque collegio aut fabricæ conceſſis.

Eademq; omninò, etiam quò ad culpam, & amiſſionem fructuum & pœnas de curatis inferioribus, & alijs quibuſcumq;, qui beneficium aliquod Eccleſiaſticum curam animarum habens obtinent, Sacroſancta Synodus decreuit, ita tamen, vt quandocumq; eos, cauſa prius per Epiſcopum cognita, & probata, abeſſe contigerit, Vicarium idoneum ab ipſo ordinario approbandū cū debita mercedis aſſignatione relinquāt.

Diſcedendi autem licentiam in ſcriptis, gratiſque concedendam vltra bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa non obtineant. Quod ſi per edictum citati etiā non perſonaliter contumaces fuerint, liberum eſſe vult ordinarijs, per cenſuras Eccleſiaſticas, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliaq; iuris remedia, etiam vſq; ad priuationem compellere, nec executionem hanc quolibet priuilegio, licentia, familiaritate exemptione, etiam ratione cuiuſcumq; beneficij, pactione, ſtatuto, etiam iuramento, vel quacumque authoritate confirmato, conſuetudine etiam immemorabili, quæ potius coruptela cenſenda eſt, ſiue appellatione,

tione,aut inhibitione,etiam in Romana curia,vel vigore Eugenianæ Conſtitutionis ſuſpendi poſſe. *a* *a ca.1.ſeſſ. 23.*
Sciendum eſt autem, diſtributiones quottidianas alijs diuidendas non eſſe, quàm his, qui diuinis officijs celebrantes interſint,non attenta etiam vlla conſuetudine, in contrarium præſcripta, quiq; diſtributiones contra prædicta acceperint, non facient ſuas, ſed reſtituere eas tenebuntur, quod & in diſtributionibus diuidendis pro ſacrificijs defunctorum anniuerſarijs,obſeruatur, *b* nec minus locũ habet,ſi quis abſit,vt Theologiæ,alteriusve ſcientiæ ſtudio operã det, vel,ſi Pontificis Maximi,aut ſui Epiſcopi obſequijs aſſiſtat, tunc enim, & ſi beneficij fructus percipere eum ſuprà dixerimus, quottidianas tamen diſtributiones nõ percipiet. *c* Sola enim valetudo aduerſa ad quottidianas diſtributiones percipiendas excuſationem præſtare Clerico poteſt. *d* vt etiam ſuprà diximus.
b ca. un. eo. tit. de cle. non reſid. in 6.
c c. licet nobis. de pben.
d d. c. un. de cle. nõ reſid. in 6.
Conſultiſsimè etiam Synodus Tridentina ſub Pio IIII.diſpoſuit,vt Epiſcopi tamquam Delegati Apoſtolici ex fructibus, & prouentibus quibuſcumq; omnium dignitatum,perſonatuũ,& officiorum in Eccleſijs Cathedralibus,& collegiatis exiſtentium,tertiam partem in diſtributiones eorum arbitrio aſſignandas diuidere poſſint, vt s.qui eas obtinent ſi perſonaliter competens ibi ſeruitium iuxta formam ab eiſdem Epiſcopis præſcribendam quolibet die ſtatuto non impleuerint, illius diei diſtributionem amittant, nec eius quoquomodo dominium acquirunt, ſed fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicetur, Creſcente verò contumacia contra eos iuxta ſacrorum Canonum conſtitutiones procedant, quòd ſi alicui ex prædictis dignitatibus in Eccleſijs Cathedralibus,vel Collegiatis,de Iure,ſeu conſuetudine Iuriſdictio,adminiſtratio,vel officium non competat, ſed extra Ciuitatem in Diœceſi cura animarum immineat, cui is,qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit, tunc pro tempore, quo in curata Eccleſia reſederit, ac miniſtrauerit, tanquàm
præſens

præſens ſit, ac diuinis interſit, in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis habeatur. Hæcq; in ijs tantùm Eccleſijs conſtituta intelligantur, in quibus nulla eſt conſuetudo, vel ſtatutum, vt dictę dignitates non ſeruientes aliquid ammittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, & prouentuum aſcendat, non obſtantibus conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, & conſtitutionibus etiam iuramento, & quauis authoritate firmatis, *a* ſed & prius eadem Synodus idem ferè in alia ſeſſione ſtatuerat. *b*

a ca. 3. ſeſſ. 22. de refor.
b ca. 3. ſeſſ. 21.

Vt autem omnia ſuo Iure facilius procedant, conſtitutum olim fuit ex Concilio Lateranenſi, vt, cum Eccleſia, vel Eccleſiaſticum miniſterium conferrendũ eſt, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſe ipſam valeat exercere, niſi, & qui acceperit, acceptum amittere, & qui contulerit, cõferendi in poſterum poteſtate priuari velit. *c*

c c. quia. nõ nulli. eo. tit. de cleric. nõ reſideu.

De Voto Tit. V.

VOTVM eſt alicuius boni operis cum deliberatione Deo facta promiſſio, vt beatus Thomas cenſuit *d* vel, vt alij, eſt propoſiti ſuper erogantis promiſſio Deo facta propter bonum finem ex deliberatione firmata. *e*

d habes ĩ a. poſt. ad Ab. in rub. eo. ti.
e Sum. Angel. uer. uotum.

Eſt autem ſciendum, non idcirco adſtringi aliquẽ voto, quod tantum animo conceperit, ſe aliquam operam Deo acceptam operaturum, niſi etiam id firmo, certoq; animo ſtabilierit, quare, & ſi quis, cum animo agitaret de Religionis habitu ſuſcipiendo, verba huius ſententiæ edidiſſet, NON Diu hic commorabor., voti reus non propterea eſt cenſendus, *f* tunc enim duntaxat initiatum eſt votum, nondnm autem confirmatum, at ſi deliberatio matura præceſſiſſet, dehinc in ea fixus perſtitiſſet, tunc vtique etiam confirmatũ dici poſſet, cum verò præterea etiam verba profert, quibus fixam animi ſui deliberationem aperit, conſũmatũ iam deinceps votum dicetur, *g* hactenus tamẽ, niſi vlterius ſit proceſſum, ſimplex adhuc erit, nondũ

f cap. 3. eo. tit. de uoto.
g Abb. d. cap. 3.

autem ſolenne, nam quamdiu ad aliquam ſolennitatem ventum non ſit, qua voti executio initium accipiat, ſimplex appellatur, ſed cum executioni ipſius per ſolennitates aliquas ei rei neceſſarias initium datur, tũc iam ſolenne effectum dici poteſt, veluti, ſi quis vouerit, ſe Religionem probatam ingreſſurum, ſusceperitq; ſacram veſtem, quæ profeſſorum propria eſt, vel, ſi expreſſe in manibus Prælati Religionem, & Regulam profeſſus ſit, vel ſacros ordines acceperit, qui eis ſe deuouerat, his & ſimilibus modis ſolenne effectum dicetur, ante verò, quàm ad huius generis ſolennitates ventum ſit, quamuis expreſſa pollicitatio clarè pronunciata ſit, ſimplex appellatur, quod tamen votum ſimplex non minus Deo obligat, quàm ſolenne, & ſi in alijs quibuſdam differant, veluti in eo, quod votum ſolenne non ſolum matrimonium contrahi impedit, ſed etiam contractum dirimit, quam vim ſimplex votum non habet, contrahendum enim duntaxat impedire ſolet. *a*

a c. rurſus. ubi gl. mag. qui cler. vel vouen. & c. vn. eo. ti. de voto. in 6.

Et hactenus de perſonis, id eſt, de Ordinibus Clericorum, & quæ perſonæ, aut à quibus, vel quibus temporibus ad ordines admitti poſsint, item de Prælatis, & eorum officijs diſſeruiſſe ſufficiat. Nunc ad ſecundam partem propoſitæ diuiſionis tranſeamus, id eſt, ad dicendum de rebus ipſorum Clericorum, & initium ſumamus à titulo de Præbendis.

De Præbendis. Tit. VI.

PROVIDENT Sacri Canones, vt, qui miniſterijs Eccleſiæ ſe deuouerunt, in eiſq; aſſidui ſunt, his etiam ab iiſdem Eccleſijs opes ſuppeditentur, quibus ſe dignè, & honeſtè ſuſtentare poſsint, ne, ſi eos preſſerit inopia, neceſſitate vrgente cogantur, vel à diuino famulatu recedere, & ad alia officia, vel negocia, vnde victum ſperare poſsint, ſe transferre, vel ſaltem ſimul Deo, ac mũdo æque operam ſuam locare, quod quàm difficile, aut verius impoſsibile ſit, nemo tam obtuſam habet ingenij aciem, cui ſit incognitum.

Idcirco ex Eccleſiæ patrimonio ſingulis Clericis pro eorum meritis,& dignitatibus opes congruæ,ſubminiſtrantur.non vt tanquam proprias ſibi eas vendicent, *a* ſed quibus ſe honeſtè alere, Eccleſiarum vſui, vbi id opus eſſe viderint,ſuccurrere,& pauperum,egentiumq; hominum neceſsitatibus, ſi copiæ ſuppetant, ſubuenire poſſint, hæc autem bona præbendæ appellantur,nihil eſt enim aliud præbenda, quàm Eccleſiaſticum beneficium, *b* vel certorum prouentuum in Eccleſia percipiendorum ius ratione diuini officij,cui quis inſiſtit, *c* & altera quidem præbenda eſt annexa canonicatui, altera etiam ſine canonicatu confertur. Et quantę hęc res Romanis Pontificibus, ſacriſq; canonibus ſemper curæ fuerit, ne videlicet Clericus inopia,& egeſtate preſſus iaceret, indicant plures conſtitutiones diuerſis temporibus à diuerſis Pontificibus,& Concilijs editæ,nam & ſtatuerunt, ne poſsit aliquem Epiſcopus ad ſacros ordines promouere, niſi cui de alimentis etiam prouiderit, vel præbenda ei aſſignata, vel ex proprijs ſui ipſius facultatibus alimenta ſuggerendo, quoad certum ei titulum contulerit, niſi promotus in patrimonio locuplete eſſet, ex quo alimenta congrua habere poſſet, *d* quod onus etiam ipſius Epiſcopi conferẽtis ſucceſſorem ſequetur, nam & ſucceſſor ei prouidere tenetur,qui à ſuo anteceſſore fuerit ſine titulo promotus. *e*

Hinc etiam,qui ex poteſtate ſibi generaliter tradita Clericos ad ſacros ordines ſine titulo euexerit, eis etiam tenebitur prouidere,ac,qui certas perſonas mãdauerit ad ordines euehi, vel ipſis perſonis ius fecerit, vt ab alijs promoueri poſsint, eis pariter prouidere tenebitur,ſi ad ſacros nullo titulo fuerint euecti. *f*

Et Sacroſancta Synodus Tridentina conſtituit, nè quis deinceps Clericus ſecularis, quamuis aliàs ſit idoneus,moribus,ſcientia, & ætate ad ſacros ordines promoueatur,niſi prius legitime conſtet,eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat, pacifice poſsidere,ſtatuitq;, vt id beneficium reſignare

a c.3.eo.ti. de preben.

b c. ſi quis dator. & c. ex multis. §.conſtituimus.1.q.3.

c Rip. c. cũ M.Ferrariẽ ſis.nu.170. verſ. ſecũdo modo. de cõſti.

d c.2.& 4. & c. tuis qõſtionibus. eo.ti.de preben.

e c.cum ſecundum.eo. tit.

f c.ſi. Epiſcopus.in 6.

non poſſit niſi facta mentione,quod ad illius beneficij titulum ſit promotus, nec ea reſignatio admittatur, niſi conſtito,quod aliunde viuere commodè poſſit, & aliter facta reſignatio nulla ſit,patrimonium verò,vel penſionem obtinentes ordinari poſthac non poſſint, niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos, pro neceſsitate,vel commoditate Eccleſiarum ſuarum, eo quoque prius perſpecto, patrimonium illud,vel penſio nem verè ab eis obtineri, taliaque eſſe,quæ eis ad vitã ſuſtentandam ſatis ſint,atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari,aut extingui,vel remitti nullatenus poſſint, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiẽs ſint adepti, vel aliunde habeãt,vnde viuere poſsint. *a*

Prohibetur etiam eadem ratione in Eccleſijs collegiatis plures Clericos inſtitui, quàm quot ſe alere abſque penuria de bonis Eccleſiæ poſsint, ſolutis iuribus Epiſcopalibus,nec tamen modeſta quadam hoſpitalitate neglecta. *b*

Eadem ratione fit,vt congruum non iudicetur, carere præbenda eum, qui ad canonicatum eſt receptus, *c* quamprimum ſe facultas obtulerit,& interim diſtributiones quottidianas percipiat, *d* multaque alia ad hoc neceſſariò inſtituta ſunt, quæ aliũde sũt aſſumẽda.

Præbendæ autem omnes, aut aliquorum in tutela, & patrocinio ſunt,quia ab illis aut poſitæ,aut locupletatæ ſunt, quas & propterea patronatus iura appellãt, quamuis hæc fortaſſe quis præbendarum nomine non comprehenderit,de quibus infrà.

Plerunque autem liberæ,& ab omni cuiusque patronatu ſolutæ ſunt præbendæ,in quarum collatione conſuetudini in primis,ſi aliqua ibi vigeat rationabilis,deferendum erit,nam, ſi ex conſuetudine capitulum ſolum conferre ſoleat,ſoli hoc ius permittetur,ſi Prælatus cum capitulo,vtriusque factum, & conſenſus exigetur.Sin nulla ibi vigeat conſuetudo,& de Præfectura Eccleſiæ collegiatæ,vel conuentualis agatur, collegium eliget,vel conuentus,confirmabit Epiſcopus, at ſi de Cathedralis Eccleſiæ dignitate,beneficio,ſeu præ

a ca.2.ſeſſ. 21. de reformat.

b c.1.extra de inſt. ubi gl. & c.auaritiæ.hoc ti. de preben.

c c. relatũ. in ſi. ubi gl. eo.tit.

d d. c. relatum. & c. dilectus filius. ubi glo. eo. tit.

benda agitur, Epiſcopus ipſe vnà cum Capitulo eorum largiendorum poteſtatem habebit, quæ fuit ſententia Abbatis Panormitani,& aliorum quorundam, quamuis non deſint, qui diſſentiant exiſtimantes, eo caſu quidem Capituli conſenſum eſſe adhibendum; non tamẽ eſſe Capitulo ipſi parem cum Epiſcopo poteſtatem in conferendo tribuendam, ſi tamen paruum fuerit beneficium, etiam ſolus Epiſcopus ſine Capitulo eis largiendi latam poteſtatem habebit.

Sin dignitas vel præbenda ſeu beneficium, de cuius collatione agitur, nõ in Cathedrali Eccleſia ſint, ſed in alia Collegiata, id Collegium cum Prælato eligent,& coram Epiſcopo ſtatuent, inſtitutio ad Epiſcopum pertinebit.

In beneficijs verò cæteris, quorum dantur Rectores ſi tenuia ſint, ſolus item Epiſcopus poteſtatem habebit, ſin opulentiora ſint, Capituli quoq; conſilium erit adhibendum. *a*

Nec parui intereſt, an Capituli conſilium, ſeu conſenſus exigatur, an verò Capitulum vnà cum Epiſcopo cõferendi poteſtatem habeat, vt aliàs docuimus. *b*

Legatus quoq; de latere Summi Pontificis miſſus, beneficiorum conferendorum ius, poteſtatemq; habet, vt etiam ſuprà nos docuiſſe meminimus, alius verò Legatus qui à latere Apoſtolico non ſit profectus, niſi hoc ei ſpecialiter ſit indultũ, beneficia non cõfert.

In nonnullis tamen Eccleſijs conſuetudo viget huiuſmodi, vt antiquiores Canonici gradatim poſſint meliores, vbi vacant, præbendas optare, quæ conſuetudo vbi vigeat, vſq; adeò ſeruanda eſt, vt quamuis Sũmus Pontifex mandet, alicui de præbẽda proximò vacatura nulli alij de iure debita prouideri, poſſint nihilominus ipſi antiquiores Canonici, cum præbendam vacare contigerit, eam pro more optare, quo caſu ea, quæ optata non fuerit, præbenda, ſi nulli ſit debita, erit illi, qui Pontificium mandatum habet, conferenda. Sed, ne eiuſcemodi conſuetudinis prætextu, prouiſiones authoritate Apoſtolica faciẽdę vlterius,

quàm

a Hoſtien. i ſum. de elec. Abb. c. cum Eccleſia, co. 3. uerſ. primo caſu. de elec. Io. Sel. i trac. de beneſ. 2. part. quæſt. 13.

b c. 1. ne Se de uacan. in 6. dixi ſup. in tit. de offi. & poteſt. c. Sede uac. §. antep.

c c. fin. de offi. leg. in 6.

quàm par ſit, differãtur, debent executores ſuper ipſis prouiſionibus à Põtifice Maximo deputati, per viginti ſolùm dies expectare, viſuri, an hi, quibus hoc Ius competit, optare velint, quibus lapſis poterunt liberè in non optatis mandata Pontificia exequi. In præbendis verò apud Sede Apoſtolicam vacantibus (cum de ipſis per Romanum Pontificem ordinatur) prædictæ conſtitutioni locus non fiet. *a*

a c.fi. de cõſuetu. in 6.

In omnibus quidẽ beneficijs maxima, & omnibus Regulis, ac præceptis ſoluta eſt ſemper Romani Pontificis poteſtas quæ nullo pacto minui vnquam poteſt, quin omni caſu quæuis beneficia elargiri poſſit, & Ius in ipſis tribuere vacaturis, manumq; apponere, & ſibi eorum conferendorum poteſtatem ſeruare. *b*

b c.2.eo.ti. de praben. in 6.

Sed (vt omnia beneficia illius in manu ſint) ea tamen proprio quodam Iure ad ipſum ex priſca conſuetudine magis ſpectare vidẽtur, quæ apud Sedem Apoſtolicam vacauerint, ea ſiquidem præter ipſum Summum Pontificem nemo conferre poteſt, quacumq; is ſit authoritate munitus, ſeu iure ordinariæ poteſtatis ad ipſum electio eorum, collatio, ſeu prouiſio pertineat, ſeu literas ſuper aliquorum prouiſione generales, vel etiam ſpeciales ſub quacumq; forma verborũ acceperit, niſi eis ſit ſuper eiſdem conferendis in curia Romana vacantibus ſpecialis, & expreſſa ab ipſo Pontifice Maximo authoritas attributa, *c.* idq; etiam in beneficijs procedit, quæ Legati, aut Nuntij Sedis Apoſtolicæ obtinent, & in beneficijs quorumcumq; ad Romanam curiam accedentium, vel ab ea recedentium, ſi in locis à curia non remotioribus duorum dierum itinere eos mori contigerit, non minus, quàm ſi in loco vbi eadem curia reſidet, morerentur, item in omnibus curialibus, qui curiam ſequentes, dum ea ſe transfert, in itinere moriuntur, vel in loco, vnde curia diſcedit, quantumcumq; locus, vbi decedunt, ab ipſa curia ſit remotus.

c d.c.2.de preb.in 6.

Si verò aliquis curialis (etiam Eccleſia Romana vacante) peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis,

ſeu alia quauis cauſa ad locum curiæ vicinum ſecedens ibi decedat, modo ibi (ēt ſi erat ad curiam reuerſurus) domicilium, vel domum propriam non haberet beneficium in curia vacare nihilominus dicetur, *a*

Sed, ſi quis permutationis cauſa beneficium ſuum in manibus Summi Pontificis abdicarit, quæ permutatio effectum ſortita non ſit, non ideo dicetur tale beneficium in curia vacaſſe, vbi is, qui renuntiauit, extra curiam defunctus ſit. *b*

At Ioannes XXII. & Benedictus XII. plura perſonarum genera enumerarunt, quorum beneficia vacantia decreuerunt eſſe ipſis Summis Pontificibus, vel Sedi Apoſtolicæ reſeruata, ex quibus quidem perſonis ſunt, Officiales omnes Summi Pontificis, puta, Viceca̅cellarius, Notarij, Camerarius, Auditor contradicta̅rū Corrector, Scriptor literarum, Pœnitentiarij, Abbreuiator, Capellani Summi Pontificis, Commenſales, ac quicumque alij, qui ratione officij, vel ex cauſa legitima in curia morantur vbi à Summo Pontifice negocia ipſius, vel Sedis Apoſtolicæ curaturi de curia emiſſi ſunt, vel Nuntij, aut Legati aliquò ſunt deſtinati, vbi uis locorum ante ſuum ad curiam reditum Legatione, aut negociorum ſibi creditorum curatione dura̅te eos decedere contigerit. *c*

Ea quoque beneficia reſeruata ſunt, quę aliquis eo tempore obtinebat, quo ad Patriarchalem, Archiepiſcopalem, ſeu Epiſcopalem Eccleſiam, necnon, & ad Monaſterij regimen aſſumptus eſt, & quæ propter aliorum beneficiorum aſſecutionem cum pacifica poſſeſſione vacarint. *e*

Quas reſeruationes ipſas in hunc vſque diem etiam facere cōſueuerunt, qui per tēpora ſuccedunt, Summi Pontifices, idque ſuis Cancellariæ Regulis nominatim cauere, *d* vt iam fruſtra hodie diſceptetur, an memoratæ prædictorum Sum. Pontificum reſeruationes, hodie ſibi locum vendicent. *e*

Multa quoque alia beneficia ſoliti ſunt Summi Pontifices eiſdem Regulis Cancellariæ ſibi reſeruare, velu

a c. præſenti. de prabē. in 6.

b c. A Ene. Fal. in trac. de reſeruat. 2. quæ. prin. num. 11. & 12. & Rota deciſ. 293.

c Extraua. ad regimen. & extraua. ad Romani. de prabē. & extraua. ex debito. de elect.

d In 1. reg. & ſeq. cancel.

e A Ene. Fal. in trac. de reſeruat. plud. 4. Quintil. ī 1. reg. Cancel. q. 1

ti ea,quæ per eiusdem Ioannis XXII. aliam Conſtitutionem incipientem, Execrabilis, vacant, & omnes Cathedrales eccleſias, videlicet,Epiſcopales, & ſuperiores,ac certi generis perſonarum,certorumq; titulorum, ac certis quibusdam caſibus,& modis vacantia beneficia,vbiuis locorum illæ perſonæ exiſtant,& vbicumque eorum poſſeſſores decedant, *a* aliasq; etiam reſeruationes vel generaliter, vel ſpecialiter prout eis viſum fuerit,quotidie faciunt,qui tamen beneficia reſeruandi mos Priſcis Pontificibus Romanis,vt Gregorio Nono, qui decretalium Epiſtolarum quinq; antiquiores libros compilauit, alijsque ipſo Gregorio ſuperioribus Pontificibus non fuit. *b*

a 1.reg.cãcel. uſq; ad 8.

b AEne. Fal.in trac. de reſeruat. 1.prælud.

Has verò vbicumq; faciunt reſeruationes,cùm alijs eorumdem beneficiorum,quæ ſunt reſeruata,conferendorum poteſtatem adimant, & in contrarium acta irrita omnia decernant,illa,quæ ſibi ſic reſeruarint beneficia,adeò ſunt affecta,vt eorum collatio per alium exinde quecumque facta nullius prorſus momenti habeatur. *c* Quinimo, & ſi ad electionem Cathedralis Eccleſiæ iam proceſſum eſſet,prius quam per Sum. Põtificem eſſet reſeruata, omnia poſt reſeruationem ſequuta effectu carerent, licet reſeruatio, inhibitio, & decretum electionem, aliaque præcedentia non afficiant. *d*

c c. dudum. eo.ti. de præbẽ.in 6.

d c.ſi eo. tẽpore. de electi.in 6.

Sed, & ſi non reſeruarit quidem Sum.Pontifex beneficium,ſed illi manum tamen appoſuerit,puta, dum iubet his, qui eligendi Ius habent, ne ad electionem alicuius procedant, vel dum beneficium vacans alicui commendat,vel certæ perſonæ præcipit, vt vacanti Eccleſiæ prouideat, vel cui beneficium adimit, his quidẽ ac ſimilibus modis,id beneficium,cui Sum.Pontifex ſic manum appoſuerit,ſolius Sum.Pontificis prouiſionem expectabit,nec vllus præter ipſum eius conferendi poſtatem habebit. *e*

e AEne. Fal.d tract. de reſerua. in 3.prælud.

Frequenter autem Sum. Pontifex poteſtatem ſuam in alienis Diœceſibus exercet, earum Ordinarijs ita manus deuinciẽdo, vt non poſſint in conferendis beneficijs

ficijs Ius ſuum libere exercere, dum vel ipſe beneficia in eorum ditione poſita elargitur, vel ipſis iniungit, vt ſoli, vel cum alio, qui executoris partibus fungatur, beneficia aliquibus perſonis conferant, vel etiam ſoli executori mandat, vt in aliena Diœceſi aliquibus prouideat. In quo ſciendum, quod vbi eſt Ordinario adiunctus executore, ex ſola reſcripti Apoſtolici Ordinario, vel Capitulo facta redditione, abſque alia etiam executoris inſinuatione, inhibitione, vel reſeruatione, beneficium id, de quo ſcriptum fuerit, adeò cenſetur affectum, vt nullius roboris habeatur ab Ordinario alij de eo facta largitio, *a* Quod ſi executor ad hoc vnum datus eſſet, vt compellendi ordinarium, non autem beneficium conferendi poteſtatem haberet, non ex ſola redditione literarum eſt cenſendum beneficium eſſe affectum, niſi vel literis irritum decerneretur, quicquid contra eas factum eſſet, vel niſi earum literarum authoritate in Canonicorum numerum quis iam eſſet receptus, hoc enim caſu præbenda eſſet affecta, vt Canonicatum ſequi debeat; vel niſi executor literas ſuas inſinuaſſet, ac earum vi interdixiſſet, ne cui beneficium, vel præbenda contra ſuarum literarum tenorem conferretur, præſertim ſi decretum etiam addidiſſet. *b*

a c. ſi cap. de cōceſ. præb. in 6.

b ca. ſi ſoli. vbi gl. mag. inſi. de conceſ. præb. in 6. ſtaphil. in trac. d grat. & expect. in 8. for.

Executor tamen ſuper prouiſione alicuius à Sede Apoſtolica per generales literas in aliqua prouincia deputatus, Prælatis, & alijs, ad quos beneficiorum in eadem prouincia ſpectat collatio, generaliter inhibere non poteſt, ne ad prouiſionem aliquorum procedant, donec illi, pro quo ſcribitur, ſit prouiſum, niſi expreſſe in ipſis literis facultas huiuſmodi inhibitionis faciendæ concedatur, quamuis poſſit reſeruationem, & inhibitionem facere ſpecialem de primo; vel (ſi hoc ex beneficio literarum competat) de ſecundo, vel vlteriore beneficio inibi vacaturo eidem conferendo. *c*

c c. executor. de cōceſ. præb. in 6.

Mandatum autem alicui factum, vt alteri prouideat de beneficio ad Capituli collationem ſpectante, ea

duntaxat

duntaxat beneficia comprehendit, quorum collatio ad ipſum Capitulum communiter ſpectat, non ea,quæ ad ſingulorum ipſius Capituli Canonicorum collationem quoquomodo pertinent, niſi mandatum dictet, vt ea conferantur,quæ ad collationem Capituli communiter, vel diuiſim pertineat. *a* Ac mandatum Apoſtolicum non cenſetur eandem Eccleſiam, quam altero mandato iam onerauerat,grauere. *b*

Ac ſciendum eſt, quamuis pleniſsima ſit aliàs in beneficijs interpretatio facienda,literas tamen ab beneficia obtinenda impetratas,cum ſint ambitioſæ, reſtringendas eſſe.& ideò, ſi alicui vſque ad certam ſummam prouideri mandetur, non in penſionibus, ſed in beneficijs Eccleſiaſticis tantum prouideri oportebit, niſi de penſione mentio habeatur expreſſa. Eadem ratione fit, vt, quamuis ſub nomine Eccleſiarum Ciuitatis comprehendatur aliàs Eccleſia Cathedralis, cum tamen alicui præcipitur de beneficio in aliqua Eccleſiarum Ciuitatis, vel Diœceſis prouideri,ad Cathedralem Eccleſiam (quæ propter ipſius honorem ſub hac generalitate includi non debet.) mandatum huiuſmodi non extendatur, aliud tamen erit, ſi mandetur in aliqua Eccleſia prouinciæ prouideri, tunc enim & Metropolitanæ, & cæteræ Cathedrales Eccleſiæ continebuntur. *c*

Item, cui de non Sacerdotali præbenda prouideri mandatur,ei etiam volenti Sacerdotalis huius authoritate mandati conferri nequiuit.Huc etiam pertinet, quod, ſi in Eccleſia,in qua integræ,& etiam mutilatæ præbendæ exiſtunt,præcipiatur alicui integram præbēdam conferri, mutilata præbenda non poterit etiam conſentienti dari,Et, cum iniungitur, vt certi valoris præbenda alicui tribuatur, non poterit minoris valoris præbenda etiam volenti aſsignari,huiusmodi enim mandata,cum eorum fines diligenter ſeruandi ſint, nō debent extra caſus expreſſos extendi. *d*

Item, ſi alicui de Eccleſijs,perſonatibus, dignitatibus,vel alijs beneficijs,quibuscumque de animarū cura

a c.ſi. de cō ceſ.pb. in 6.

b c.mandatum. extra de reſcrip.

c c. quāuis pleniſsima eo.ti.de pb. in 6.

d c. cui de non ſacerdotali. eo. tit. de preb. in 6.

mentione non habita, prouideri mandatur, ea confer ri nequibunt, quibus ea animarum cura annexa eſt, longè enim præſtantiorem eſſe oportet eum, cui cura animarũ cũ beneficio creditur, quàm, qui ad alia beneficia ſine cura vocat̃, eſt enim ars artiũ cura aĩarum. *a*

a c.cum ſit ars. de æta. & qual.

His adde, quod, cum Summus Pontifex præcipit, vt alicui prouideatur de perſonatu, vel dignitate, quamuis curam haberent animarum, ad collationem, prouiſionem, præſentationem, vel diſpoſitionem ſpectantibus quorumcumq;, hæ dignitates, vel perſonatus videntur excepti, qui electione conferuntur, *b* nec quicquam ſuffragij conferet de electione mentio enuntiatiue habita. *c*

b c.cũ in illis.eo.tit. de preben.

c cle. 1. eo. tit. de preb.

Cumq; inter collationem, præſentationem, & inſtitutionem, multùm interſit, ſi cui de beneficio ad collationem alicuius ſpectante prouideri mandetur, de illo, quod ad eius inſtitutionem, vel præſentationem pertineat, prouideri non poterit, neq; econuersò, uno etenim ſupradictorum caſuum expreſſo mãdatum ad aliòs non expreſſos non extenditur, Inſtitutio enim ab Epiſcopo ſeu alio Ordinario fit de beneficio, quod eſt in patronatu alicuius, poſt factam admiſſamque præſentationem, Præſentatio fit à Patrono ipſi Ordinario, qui inſtituendi poteſtatem habet, de eo, quem ab ipſo inſtitui in Eccleſia velit. Collatio eſt donatio ab eo facta, qui de beneficijs Eccleſiaſticis diſponendi poteſtatem habet, de beneficio, quod nullius in patronatu ſit, ſed hæc tamẽ omnia ſub generali prouiſionis uocabulo cõprehendi quis non immeritò dixerit.

Multa prædicta alia ſimilia exempla ſuperiorum ratione, & Regula ſibi ſtudioſus colligere poteſt, quibus patebit in literis ad beneficia anguſtam (ut diximus) fieri interpretationem. *d*

d d.ca.cũ in illis.in 6.

Non tamen ibimus inficias, interdum quoque plenam, & latam in huiuſmodi literis ad beneficia conceſsis interpretationem fieri, vt, cum motu ipſius Sũmi Pontificis proprio literæ concedu ntur, nã huiuſmodi literæ pluribus beneficijs eadẽ tempore vacãtibus,

de

de opulétiore intelliguntur, ſin æqualis ſint valoris,ei permittetur optio,cui literæ ſint conceſſæ, contra verò ad poſtulationem alicuius datæ literæ, ad beneficium anguſtius reſtringuntur, &, vbi æqualia ſint beneficia,eliget is,qui conferendi Ius habebat. *a*

Verùm hodie ſancta Synodus Tridentina ſub eodem Pio Quarto decreuit, ne mandata de prouidendo,& gratiæ,quæ expectatiuæ dicuntur, vlli amplius, etiam Collegijs,vniuerſitatibus,Senatibus, & alijs ſingularibus, perſonis etiam ſub nomine indulti, aut ad certam ſummam,vel alio quouis colore concedantur, nec hactenus conceſſis cuiquam vti liceat. Item decreuit,vt nec reſeruationes mentales,nec aliæ quæcumq; gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas Eccleſias, vel Monaſteria alicui etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus concedantur, & hactenus conceſſa abrogata eſſe cenſeantur. *b*

Si verò ipſum Pontificem Romanum mortuum eſſe contingat, atq; ita Sedem Apoſtolicam vacare,tūc cum beneficia curiæ Romanæ ocioſa fiunt, aut ſi mortuus Pontifex ſit,antequàm beneficia eiuſcemodi conferret, quæ ſe viuente in curia vacabant, eaq; beneficia ex his ſint,quibus animarum cura eſt annexa, Ordinarius,ad cuius donationem alio qui pertinuiſſent, illa conferre poterit. *c*

Item,ſi Summus Pontifex in menſem diſtulerit beneficiorum in curia vacantium ad ſe pertinentem collationem,eas partes Ordinarius excipiet,conferendo per ſe ipſum,vel eo in remotis agente,per ſuum Vicarium generalem in Diœceſi exiſtentem, cui id Canonicè ſit mandatum, vt ex Gregorij Decimi Conſtitutione in Concilio generali Lugdunenſi edita apparet. *d* Quæ tamen Gregorij Conſtitutio ex Conſtitutione Bonifacij Octaui tūc creditur abrogata, cum ille ſanxit, vt dignitates, perſonatus, præbendæ, aliáque beneficia Eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, quæ apud Sedem Apoſtolicam vacatura ſint, Sedi Apoſtolicæ reſeruentur. *e*

a c.ſi pluribus. eo.ti.in 6.

b c. 19.ſeſſ. 24.

c c.ſi Apoſtolica Sede. de pb.in 6.

d c.ſtatutū. eo.ti.de preben.in 6.

e Extrauag.pia ſollicitudinis. eo. tit. Gomes. in reg. cācel. 31. dicit commu nem,quòd c. ſtatutum ſit correctum.

Scien-

Sciendum eſt etiam, cum ipſemet Summus Pontifex beneficia confert, vis longe maioris eſſe huiuſmodi collationem, quàm collationem ab alijs factam, hinc, ſi à Sede Apoſtolica, vel Legato ipſius vni, & ab Ordinario alteri eodem die beneficiũ conferatur, is, cui ipſa Sedes Apoſtolica, vel eius Legatus cõtulerit, propter conferentis ampliorem prærogatiuã, erit alteri præferendus, niſi appareat, ab Ordinario prius factam eſſe collationem, vel niſi alter poſſideat. *a*

a c. ſi à ſede. de præbe. in 6.

Item ſi ſuper gratia alicui ab Apoſtolica Sede facta executores fuerint deputati, ſicut ipſa gratia (licet nondum fuerit in executione proceſſum) morte non perimitur concedentis, ſic neq; etiam re integra perimitur executoribus data poteſtas. *b*

b c. ſi ſuper gratia. de offi. deleg. in 6.

At, ſi ſuper prouiſione certæ perſonæ facienda ſit data poteſtas alicui, non ob ſuam, ſed ei cui prouideri mandatur, gratiam, vel fauorem, illa quidem expirat omnino, ſi concedens re integra moriatur, quamuis vbi nulla perſonarum facta expreſſione alicui gratioſè eſt conceſſa facultas, vt authoritate Apoſtolica aliquibus perſonis idoneis in certa Eccleſia prouidere, vel beneficia, quorum collatio eſt ad Sedem Apoſtolicam legitimè deuoluta, conferre, cõtradictores etiam compeſcendo, non expiret etiam re integra per obitum concedentis. *c*

c c. ſi cui. eo. tit. de præb. in 6.

Contingit quandoq;, vt in beneficiorum erectione, ſeu fundatione, aut alijs conſtitutionibus, qualitates aliquæ requirantur, ſeu vt certa illis onera iniungantur, quibus conferendis, vel quacumq; alia diſpoſitione derogari non debet, vt Sancta Synodus eadem Tridentina ſub Pio Quarto conſtituit. Idemq; in præbendis Theologalibus, magiſtralibus, doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, & Subdiaconalibus, quandocumque ita conſtitutæ fuerint, obſeruandum decreuit, vt earum ſcilicet qualitatibus, vel ordinibus, nihil in vlla prouiſione detrahatur, & aliter facta prouiſio ſubreptitia cenſeatur. *d*

d ca. 5. ſeſſ. 25. de reformat.

Sed &, quemadmodum curant leges Pontificiæ, ne quis

quis Clericus in egeſtate iaceat, ita etiam ecõtrà proſpiciũt, ne quis beneficiorum ambitione alterius mor ti inhiet, quapropter vetat Concilium Lateranenſe Eccleſiaſtica beneficia, vel miniſteria alicui conferri, vel promitti, priusquàm vacent, *a* adeò quidem, vt omnino vacare ea oporteat; ſic, vt ne quidem de facto ſint ab aliquo occupata. *b*

Et, ne vllo vafro commento Lateranenſis Concilij decretum deludi poſſit, quamuis olim Prælatus rectè promitteret, ſe prouiſurum, cum primùm potuiſſet, *c* Bonifacius tamen V I I I. irritas, inanesque decreuit quaſcumque promiſsiones ſub quauis verborum forma factas, quibus dirrectò, vel obliquè aperiri poſsit via ad beneficia vacatura. *d*

Qui verò in viui Sacerdotis præbendam ſuam non abiurantis locum ſciens ſubſtitui ſe patitur, præbenda ſpoliatur, & ab Eccleſiaſtica communione pellitur eo ipſo, quo ſe paſſus eſt viuo Sacerdoti ſucceſſorem dari. *e*

Poſtremò non lateat, in cauſis quorumcumque beneficiorum procedi ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. *f*

a c. 2. de cõceſ. præben.
b c. cum noſtris. eo. tit. de conceſ. p̃ben.
c Fel. c. ex tenore nu. 8. de reſcrip.
c c. antepe. eo. tit. de cõceſ. preben.
d c. 2. de cõceſ. prebèn. in 6. Abb. d. c. antepe.
e c. 1. extra. de preben.
f cle. diſpendioſam. de iudic.

Quibus modis Beneficia vacent. Tit. V I I.

AT, ne quis fortè ambigat, quibus modis beneficia vacare dicantur, huic quoque rei ex parte ſatisfaciemus.

Vacare igitur beneficiũ poteſt, morte, vel renunciatione eius, qui illud fuerat aſſecutus, *g* ſiue ſimplex ſit renunciatio, ſiue permutationis cauſa facta, *h* ſic aũt differt vacatio cõtingens per mortẽ ab ea, quæ ex reſignationis cauſa fit, vt mandatũ alicui factũ de cõferẽdo beneficio vacãte per reſignationẽ ceſſet, ſi ille, qui beneficiũ habebat, antequã reſignet, rebus eximatur humanis, niſi de mandantis intẽtione aliud expreſſe appareat. Ac, ſi duo ſuper eodẽ beneficio literas impetrent, priorẽ eorũ per obitum, altero per ceſsionem

g c. ſuſceptum. de reſcrip. in 6.
h eod. tit. de rer. p̃mut.

a d.c.ſuſceptum.
b c. ex literis.c. graue. de exc.ſ.pla.
c c. cũ in cũctis. §. cum uero.de elec.
d c.de multa.ubi Abb. 3.no. de pb. extra. exe crabilis. eo. t.de præb.
e inf.tit.im mediate ſeq.
f c.quanto. de tranſl.Epiſ.
g c. licet ca non.c. cõmiſſa de elec. in 6.
h glo.c. pri. de cler. coniug. in 6. Abb. c. pri. extra eo.
i Bertran. conſ. 132.n. 19.lib.2.Rebuf. in praxi.tit.requiſita ad collationẽ n. 61.
K c. quia nõnulli ubi Ab.de cleri. nõ reſiden.

vacare beneficium aſſerentibus,poſterior, ſi beneficiũ ceſſione vacauerit,erit priori præferendus. *a*

Item vacat beneficium, ſi pœnæ cauſa ob delictum quis fuerit priuatus beneficio. *b* Item, ſi quis ad Epiſcopatum electus fuerit,& confirmationem electionis acceperit, Eccleſiaſticorumq; bonorũ adminiſtrationem habuerit,de curſo tempore conſecrandis Epiſcopis à Canonibus ſacris definito, is,ad quẽ ſpectat, beneficia, quæ ille habebat, diſponere libere poterit. *c* quin & generaliter. vbicumq; ſecundum beneficium quis aſſequitur,quod vel curam habeat, vel dignitatẽ annexam,prius beneficium ipſo Iure vacat, cui vel dignitas, vel cura animarum inhærebat, *d* vt etiam alio loco infra opportunius dicetur. *e*

Epiſcopo quoq; ad aliam ſedem propria authoritate ſe transferente,eiusq; poſſeſsionem adepto,prior eius ſedes,ac etiam poſterior,quam per ſuperbiam cõcupiuit,vacua fiet. *f*

Vacuum quoque fiet beneficium parochum differẽte eo,cui fuerat conceſſum, vltra annum Sacerdotalis ordinis conſociationem aſſequi. *g* Item vacat beneficium Clerici,qui matrimonium contraxit. *h* nec deerunt fortaſſe & alij caſus vacua beneficia facientes, qui ſtudioſis Lectoribus Canonicas conſtitutiones diligenter inſpicientibus occurrent.

Illud ſciendum,debere Epiſcopum, aut alium, qui beneficia conferat, modum exprimere, per quem beneficium à ſe collatum vacet,nec ſatis fore; ſi dixerit, vacantem ſe Eccleſiam conferre. *i*

De prohibita Beneficiorum multiplicitate. Tit. VIII.

SED, &,ne,dum Clerici opibus Eccleſiaſticis ſupra modum augentur,& plurium Eccleſiarum curę prę ficiuntur, vel tanto oneri ſuccumbant, & aliquas ex ſuis Eccleſijs debito miniſterio deſtitutas eſſe patiantur, quæ ſingulæ ſingulis creditæ melius fortaſſe fuiſſent adminiſtratę, K vel,ne forte amplius luxuriantes

diuitijs

diuitijs Clerici nimium efferantur, dum ipſis redũdat, quod alijs deeſt,&,ne deſint, quæ alijs Clericis ſuppeditari poſsint,Eccleſiæ facultates, ſi pauci eas exhauriant,idcirco ſtatutum eſt, vt ne quis Clericus beneficium,aut dignitatem habens, aliud inſuper beneficiũ aſſequi,& retinere cum priore poſsit, niſi tamen alterum ex his ſimplex ſit,& in quo reſidere minime oportеat ex conſuetudine,priuilegio, vel ſtatuto, & anguſtius,quam vt eo Clericus honeſtè ſubleuari poſsit, *a* vel niſi vnum alteri annexum ſit, *b* Quæ cura Epiſcopo incumbet, ne patiatur ſuos Clericos plures Eccleſias eodem tempore habere,ſed ſubditos ſuos, qui plures dignitates habeant, vel Eccleſias, quibus animarum cura imminet, ſeu perſonatum, aut dignitatem vnà cum beneficio curam gerente compellet, vt infra tempus eius arbitrio moderandum diſpenſationes ſuas, quibus id conſecuti ſint, demonſtrent, quibus non exhibitis ea beneficia poterunt per ipſoſmet Ordinarios alijs conferri, vt Gregorius Decimus in generali Concilio Lugdunenſi ſanxit, *c* quam Gregorij Conſtitutionem ſancta Synodus Tridentina innouando conſtituit, vt Ordinarij locorum quoſcumque plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia obtinentes,diſpenſationes ſuas exhibere diſtrictè compellant, addiditque præterea, vt ipſi Ordinarij etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum aſsignationem omninò prouideant, vt animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipſa debitis obſequijs minimè defraudentur, appellationibus, priuilegijs, & exemptionibus quibuſcumque etiam cum iudicum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmiſsis nemini ſuffragantibus. *d*

At, ſi quis contra legum præcepta eodem tempore plura beneficia tenere non dubitarit,hodie aliã,quàm olim vindictam ſentiet, nam(vt nihil antiquitatis penitus ignoretur, ſciendum eſt, pluries in hac re diuerſis temporibus variatum eſſe, & primùm Alexander Tertius

a Abb.c.cũ iamdudum. col.pe.nu.8. & c. extirpandæ. §. quia uerò. nu.34. ĩ repet. de præben.

b d.c.extirpandæ. §. quia uerò.

c c. quia intantu.de p̃ben.& c. ordinarij. de offic. ordin. in 6.

d ca.5.ſeſſ. 7.

Tertius conſtituit, vt, qui duas Eccleſias, ſeu cura, oneratas, ſeu cura ſolutas, duasve, dignitates, aut duos perſonatus haberet, utrum ex eis retinere uellet, optare poſſet, alterum uerò omnino ut dimitteret. *a*

a c. referente. c. pterea. de prebend.

Sed poſtea Concilium Lateranenſe hanc Conſtitutionem nimiùm mitem iudicans, noluit, ut res deinceps omnino in Clerici arbitrio eſſet, nam, ſi utriq; beneficio uel dignitas, uel perſonatus, uel animarum cura inerat, decreuit, ut beneficium poſterius huic omnino auferretur, & poteſtatem poſthac conferendi amitteret, qui illi extremum contuliſſet. *b* Sed hoc tamen ultimum beneficium ex hac conſtitutione ipſo Iure non uacabat, quare Innocentius Tertius in generali Concilio ſtatuit, ut beneficium cum cura habens, uel dignitatem, uel perſonatum, ſi aliud ſimile beneficiũ, uel dignitatẽ, vel perſonatũ accepiſſet, beneficio priore, uel dignitate, uel perſonatu tamquam ipſo Iure uacantibus cenſeretur priuatus. Itaq; ex Innocentiana Conſtitutione non ſecundum, ut ex Concilio Lateranenſi, ſed primum aufertur, idq; ipſo iure, quod à ſupradicto Concilio ſtatutum non erat, ſed tamen & hæc Innocentiana Conſtitutio locum non habet, niſi prius beneficium vel curæ onus, uel dignitatem, uel perſonatum haberet, licet ſecundum ex illis eſſet, *c* neq; huic Conſtitutioni locus erit, & ſi quis perſonatum cum cura animarum, & Eccleſiam parocham prębendæ annexam eodem tempore habeat. *d*

b c. quia nõ nulli. de cle. non reſid.

c c. de multa. ubi Abb. 3. no.

d c. ſup eo. de prabend. in 6.

Illud quoq; idem Innocentius in prædicta Conſtitutione addidit, ut, ſi quis poſt vnum beneficium, alterum præterea contra prædicta præcepta aſſecutus ſit, ac prius nihilominus retinere perſeuerarit, vtroq; ſit priuatus, vtq; is, ad quem prioris beneficij ſpectat donatio, illud, poſtquam ille alterum receperit, liberè cõferat ei, cui meritò iudicarit conferendum, &, ſi vltra ſex menſes conferre diſtulerit, non ſolum ad alios ſecundùm ſupradicti Concilij Lateranenſis ſtatutum eius collatio deuoluatur, verùm etiam tantùm de ſuis cogatur prouentibus in vtilitatem Eccleſiæ, cuius eſt

illud

illud beneficium, aſſignare, quantum à tempore vacationis ipſius conſtiterit eſſe perceptum. *a*

a d. cap. de multa.

Quæ omnia, & ſi viderentur conſtituta prudenter, ſatis tamen plenè Ioanni X X I I. non fecerunt, quare is adiecit, vt quicunq; ſecundum curatum beneficiũ, vel dignitatem, aut perſonatum acceperit, niſi confeſtim poſt adeptam ſecundi quietam poſſeſſionem primum re ipſa publicis perſonis præſentibus dimiſerit, vtroque ſit priuatus; quæ ſi nihilominus pertinaciter retinere contenderit, ad aliud quodcumque Eccleſiaſticum beneficium admitti indignus deinceps iudicetur. *b*

b extrauag. execrabilis.

Gratiæ, vt de dignitate, vel beneficio curato ſibi prouideatur, impetratæ renuntiare quis videtur, ſi ante adeptionem eius aliud beneficium pacifice aſſequatur, quod ſimul de Iure cũ dignitate, vel beneficio virtute dictæ gratiæ ſibi debito retinere non poſſit, licet ipſum reſignauerit, vel ſit reſignare paratus. *c*

c cle. gratiæ. de reſcrip.

Gratia tamen ſuper beneficio alicui à Sede Apoſtolica conceſſa, vitioſa reputari non debet; quamuis de alio beneficio ipſi abſenti, & ignoranti ab eius proprio Epiſcopo antea collato, nullã, vt pote quod ignorabat, fecerit mentionem, ſed hoc caſu, ſi talia beneficia ſint, quæ nequeant de Iure teneri, eliget, quod ex eis retinere maluerit. *d*

d ca. gratia. de reſcrip. ꝗ 6.

Synodus Tridentina quoq; ſub Paulo Tertio conſtituit, vt nemo quacunq; etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgens plures Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias in titulum ſeu commendam, aut alio quouis nomine contra ſacrorum Canonum inſtituta recipere, & ſimul retinere præſumat. *e*

e ca. 2. ſeſſ. 7.

Item ſanxit, vt quicumq; de cætero plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, ſiuè per viam vnionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, aut alio quocumq; nomine & titulo, contra formam ſacrorum Canonum, & præſertim contra formam prædictæ Conſtitutionis Innocentianæ recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficijs ipſis

iuxta

iuxta ipſius Conſtitutionis diſpoſitionem ipſo Iure, etiam ipſiuſmet Conſtitutionis Tridentinæ vigore priuatus exiſtat. *a*

a cap. 4. ea. ſeſſ. 7.

Eadem quoq; Synodus ſub Pio Quarto conſtituit, vt quibuſcunq; perſonis, quocũq; titulo, etiam ſi Cardinalatus honore fulgeant, in poſterum unum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur, quod quidem, ſi ad uitam eius, cui confertur, honeſtè ſuſtendandam non ſufficiat, liceat nihilòminus aliud ſimplex ſufficiens, dummodò vtrunq; perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri, hæcque non modò ad Cathedrales Eccleſias, ſed etiam ad alia omnia beneficia tam Secularia, quàm Regularia quę cunq; etiam commendata pertineant, cuiuſcunq; tituli, ac qualitatis exiſtant. *b*

b cap. 17. ſeſſ. 24.

In Religioſis verò Clericis iam tum à Bonifacio Octauo ſtatutum fuerat, vt, ſi habens Prioratum, vel Eccleſiam cum cura animarum, aliud quoq; ſimile beneficium accepiſſet, poteſtate ſibi à Summo Pontifice nõ facta, primũ ipſo Iure vacare cenſeretur, quod conſeſtim à ſe nõ abdicarit, tanquã ambitioſus ab vtroq; arceretur, & amplius deinceps eligi nõ poſſet. *c*

c c. cum ſingula. in pri. de p̃ben. l. 6.

Eſt tamen ad ſupradicta ſciendum, quod, niſi poſterioris beneficij fructus percipere quis poſsit, primum, quod habebat beneficium non cenſebitur vacare, puta, ſi illius poſterioris beneficij fructus, ſicut etiam aliorum beneficiorum vacantium ad certum tempus alicui ſint conceſsi. *d*

d c. ſi tibi cõceſſo. ubi gl. de preben. in 6.

Monialis quoq; eadem duobus Monaſterijs præfici non debet. *e* Quæ actenus diſſeruimus de beneficiorum exaggeratione à Iure interdicta ſecundum Regulas communes procedunt. Verum earum Regularum obſeruationem relaxat interdum (vbi Eccleſię vtilitatem hoc poſtulare videt) Summus Pontifex, & nonnunquam etiam Epiſcopus, vel ex perſonæ meritis, veluti dignitate, integritate, ſcientia, plurimo rerum vſu, vel etiam nobilitate, indulgendo, vt plura beneficia alicui liceat eodẽ tempore habere. Et ſi quidẽ

e ca. 7. ſeſſ. 25.

vtrunq;

vtrumque beneficium animarum curam gerat, vnius erit hæc authoritas indulgendi Summi Pontificis, ſin vel vtrumque vel eorum alterum ſimplex ſit, Epiſcopus quoq; gratiam facere poterit, niſi vtrumq; in eadem Eccleſia exiſtat, imò, & ſi plura ſint, quàm duo, ſed vni tantùm ex eis cura animarum ſit, poterit nihilominus Epiſcopus indulgere, ſi Eccleſiæ vtilitas id ſuadeat, & cauſa iuſta ſubſit, quod nonnulli extendere volebant, & ſi duo curata eſſent, ſi publicæ vtilitatis ſtudio magis, quàm perſonæ meritis Epiſcopus duceretur. *a*

Cæterum, ſicut quibus ſupradictum eſt, modis, ſacri Canones inuigilant, ne vni & eidem perſonæ plura beneficia accumulentur, ita è conuerſo prohibent, ad vnum beneficium plures perſonas admitti, ne vel beneficium hoc modo ſcindatur, vel eorum vnus, aut alter expectet, dum à ſocio vacet, itaq; eius mortem expectet, *b* ſicut neque duo eiuſdem Canonicatus, vel præbendæ ſocij eſſe poſſunt. *c*

Si tamen præbenda ita opulenta ſit, vt duobus victum commode præbere poſſit, in duas ſcindi eam licebit, nec Turonenſe Concilium obſiſtet, quæ ſi partes ſectæ non ſufficerent, ambæ eſſent per ſectorem ex præbendis alijs vacantibus augendæ, *d* earum fructus præbendas ſectas habentibus pro parte tribuendis, dũ tot fructus ex eis ſuperſint, quot Canonico ſufficiant, alia enim præbenda attenuari non debet, vt alia locupletetur, *e* niſi neceſſitate aliqua impellente. *f* Si verò aliqua præbenda Cathedralis Eccleſiæ ita inops ſit, vt Clerico ad victum oportunum non ſufficiat, Capella ei annecti poterit, dumne illius Presbyter & ipſe congrua portione defraudetur, ſi Capella vtrique ſatis eſſe poteſt. *g*

Animaduertere autem in primis debetis, qui conferendi poteſtatem habet, ne ex affectu carnali, ſed ſano & recto iudicio Eccleſiaſticum officium, vel beneficium, & in perſonam, quæ magis viſa fuerit idonea, locet. Item, vt neque ex pactione, vel ex conuentione

a Abb. d. c. de multa. n. 19. & in c. extirpãdæ. §. quia verò. nu. 43. uerſ. ex his ſequitur.

b c. maioribus. c. quæ fraternitatis. de p̄ben.

c c. dilecto. de preben.

d c. uacãte. de preben.

e c. cũ cauſam quæ. ubi Abb. de preben.

f ca. fi. de uer. ſigni. c. ex parte. de conſt. glo. d. c. uacante. in fi. glo. magnæ.

g c. expoſuiſti nobis. de preben.

quacumq; conferat, nec ſibi retineat vllam redituum portionem, aliove modo beneficium diminuat, Conſultius etiam fuerit, ſi palàm non clam beneficium contulerit. *a*

a c.ū. ut Eccleſ. beneſic. ſine diminu. confer.

De Vnionibus. Tit. IX.

EXPEDIT quandoq; duas vel plures Eccleſias ſimul coniungi, copulari, atq; vniri, veluti, ſi vna ex ipſis, vel omnes alienis ſuppetijs ob paupertatem egeant, *b* vel ſi adeò vicinæ inuicem ſint, vt facile vnus Sacerdos poſſit omnibus ſufficere, *c* vel vnius ex ipſis Eccleſijs, aut forte etiam omnium ipſarum populus oppidò infrequens factus ſit, *d* vel ſi temporum qualitas, & perturbatio id poſcat, vel ſi propter hoſtium incurſus, & terrores, vel etiam ob crebras, infeſtasq; hoſpitationes Eccleſia deſtituta ſit, aliave ex cauſa Eccleſiæ vtilitas, aut neceſſitas hanc vnionem deſideret. *e*

b c. unio. in ſi. 10. q. 3. c. poſtquā. 16. q. pri. c c. & temporis. 16. q. pri. d d. c. & tēporis. e Caccialu. 15. articul. trac. d' unio. petr. peru. eo. tract. c. 3.

Diuerſis autem modis vnio fieri ſolet, nam vel vna Eccleſia ſic alteri ſubijcitur, vt ſubiectæ Eccleſiæ dignitas obſoleſcat, altera cui ſubijcitur, manente. Interdum verò ſic fit vnio, vt ex duabus dignitatibus vna dignitas fiat, quo caſu alterius Eccleſiæ Canonici inuicem in altera quoq; Eccleſia Canonici erunt, ac vtrique ſimul Prælati vtriuſq; Eccleſiæ renunciandi comitijs intererunt, alijsq; ad vtrumq; Collegium ſpectantibus negocijs. Ac, ſi quidem vna Eccleſia alteri tanquā acceſſoria vniatur, illius, cui acceſſerit, annexaq; fuerit, naturam, priuilegium, & conſuetudinem omnē aſſumet, propriaq; Iura amittet, ſi quidem ei, cui vnitur, Eccleſiæ tanquam filia matri eſſe perhibetur. At ſi earum nulla alteri accedat, ſed omnes, ac earum quælibet ſimul principaliter coniungantur & vniantur, tunc earum quæuis non ſolùm priſtinam ſuam naturam, conſuetudinem, Iura, & priuilegia ſeruabit, ſed etiā mutuò ac viciſſim altera alterius optima quæq; priuilegia nanciſcetur. Sed & alio modo fieri vnio ſolet,

ſolet, puta, vt quælibet Eccleſiarum vnitarum in ſuo vetere ſtatu permaneat, ac vtraq; dignitas non minus ſtet, vigeatq́; quàm ante vnionem factam ſtaret, ac vigeret, quamuis vtraq; idem Prælato concedatur poteſtq́; hæc vnio etiam ex duabus Eccleſijs diuerſarum Diœceſium fieri, & quamuis hæc vtraq; eidem Prælato, per vnionem ſubijciatur, ſi tamen hæ Eccleſiæ ante vnionem diuerſis Epiſcopis ſuberant cum diuerſis in Diœceſibus, (vt diximus) ſitæ eſſent, neutri eorum Epiſcoporum præiudicium fiet, quominus vterq; in ſibi ſubiecta Eccleſia ius ſuum integrum, illęſumq́; retineat, quare apparet, harum hoc modo vnitarum Eccleſiarum Præfectum duobus Epiſcopis hoc caſu ſubiacere. *a*

Statuit tamen Sacroſancta Synodus Tridentina ſub Iulio Tertio (ne ordo Eccleſiaſticus confundatur, & ne vna, & eadem Eccleſia duarum quodammodo Diœceſium fiat, non ſine graui illorum incommodo, qui ei ſubditi fuerint) ne beneficia vnius Diœceſis, etiam ſi parochiales Eccleſiæ, Vicariæ perpetuæ, aut ſimplicia beneficia, ſeu præſtimonia, aut præſtimoniales portiones fuerint etiam ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia qua cumq; de cauſa alterius Diœceſis beneficio, aut monaſterio, ſeu Collegio, vel loco etiam Pio perpetuò vniantur. *b*

Vnionis autem faciēdæ, etiam de beneficijs Cathedralibus, ac quibuſcumq; alijs, etiam in alterius Diœceſi exiſtentibus, poteſtatem procul dubiò Pontifex Romanus habet, in quo hoc tamen ſcire neceſſe eſt, quòd quamuis Epiſcopi alicuius beneficia vnierit, non idcirco Pōtificia eius Epiſcopi Iura in illis beneficijs auferre cenſendus eſt. *c*

An verò Legatus Summi Pontificis Eccleſias in ſua Legatione ſitas, quæ alioqui ſemota Legatione ei ſubiectæ nō eſsēt, vnire poſsit, non leuis eſt quęſtio, ſed hoc tamen videtur frequentius receptum, vt Legatus quidem de latere hanc poteſtatem habeāt, *d* (niſi

a c. ſicut unire. de exceſ. prel. c. quod translationē de offic. leg. d. c. & tēporis. uet. Per. d. tract. de unio. c. pri.

b cap. 9. ſeſ. 14.

c Petr. Peru. tract. d̄ unio. cap. 4.

d Caccialu. in trac. d̄ unione. art. 3. uſq; ad 1 x. Petr. Peruſi. eod. tract. c. 4. uerſ. nunc ueniamus.

a c.pe.de offic.leg.in 6. Caccial.ubi ſup. nu.12. Pet.Per.ubi ſupra. nu. 11. Rebuf.ī praxi.tit.de union.

b Caccialu. vbi ſup. nu. 15. & 16. ſeq. Pe.Per. ubi ſup. nu. 20. & ſeq.

c c.ſicut un. de exceſ. pl.

d d.ca.ſicut unire.

e Petr. Peruſ.ubi ſup. nu.23.Caccial.ubi ſup. art.4.n.11.

f cle. ne ī agro §.ad hoc de ſtat.mon. Caccialap. in d.trac.arti.3.infi.Pet. Peruſ. d. trac.nu.28.

g Petr. Peruſ. ubi ſupra. nu.26.

h Petr. Peruſ. ubi ſupra. nu.24. & 25.

tamen Eccleſiæ collegiatæ ſint hæ, quas vnire cupit) alius autem Legatus non poſſit. *a* Patriarcha autem, Primas, Archiepiſcopus, Eccleſias in propria ipſorum Diœceſi exiſtentes vnire poſſunt, ſed quæ in ſuorum ſuffraganeorum ditione ſunt, vnire non poſſunt, nam nec Patriarcha ſubiectarum ſibi ſedium, nec Primas, nec Archiepiſcopus Eccleſias ſibi ſubiectas habent, ideoq; eas vnire non poſſunt, *b* Eccleſias autē Cathedrales nemo vnire pōt excepto Romano Pontifice. *c*

Item Epiſcopus, quamuis nondum conſecratus, ſed duntaxat confirmatus ſubiectas ſibi Eccleſias vnire poteſt, *d* quin & traditum eſt, licere Epiſcopo, ea quoque beneficia vnire, quorum collatio propter Ordinariorum collatorum negligentiam ad Sedem Apoſtolicam deuoluta ſit. *e*

Item licet Epiſcopo, Prioratum Regularem alteri item Prioratui Regulari, cum vtrumq; eidem Monaſterio ſubiectum eſt, vnire. *f* Diuerſorum autem ordinum, profeſſionum, ac diuerſorum habituum Eccleſias ita demum vnire Epiſcopus poteſt, ſi Monachos vnius Monaſterij cum alterius Monaſterij Monachis confundat. ſic vt Monaſterij vtriusque bona, habitus, Iuraq;, & priuilegia indiſcreta ſint, *g* illa autem beneficia vnire non poteſt, quæ exempta ſunt, Summoq; Pontifici immediate ſubiecta, nec ea, quorum collationem, ordinationem, & diſpoſitionem ſibi Summus Pontifex reſeruarit, quamuis ea vnire poſſit, quorum collationem ſolam ſibi idem Summus Pontifex reſeruaſſet. *h*

Sed Synodus eadem Tridentina ſub Pio Quarto conſtituit, ad conuerſandum ex dignitate Eccleſiarū ſtatum, vbi ſacra Deo officia miniſtrantur, vt poſſint Epiſcopi etiam tamquam Sedis Apoſtolicę Delegati iuxta formam Iuris, ſine tamen præiuditio obtinentium facere vniones perpetuas quarumcumq; Eccleſiarum Parochialium, & Baptiſmalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis propter eorum paupertatem, & in cæteris caſibus

à Iure

à Iure permiſſis, etiam ſi dictæ Eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter, vel ſpicialiter reſeruata, aut qualitercumque affecta, quæ vniones etiam non poſſint reuocari, nec quoquomodo infringi vigore cuiuscumq; pouiſionis etiam ex cauſa reſignationis, aut derogationis, aut ſuſpenſionis. *a*

Illud autem ſciendum eſt, quòd Epiſcopus ſine Capituli ſui conſenſus (vt crebrioribus Iuris peritorum ſententijs traditum eſt) vniones facere non poteſt, *b* nec ſine conſenſu Prælati inferioris, ad quem eius Eccleſiæ conferendæ, quæ vnitur, Ius ſpectat, *c* non tamen neceſſarium eſt, illius Rectoris conſenſum adhibere, qui Eccleſiam vniendam poſsidet, nam, cum nullum ei præiudicium inferatur, quin poſsit eam Eccleſiam, dum viuit (vt antea ſolebat) regere, & gubernare, nec quidem vocari eum oporret, cum vnio fit, ne dum conſenſum ſuum præſtare tenetur, *d* Menſæ tamen ſuæ, vel Capitulo (etiam Capituli ipſius accedente conſenſu) Eccleſiam vnire Epiſcopus non poteſt, cõtraria quauis conſuetudine non obſtante. *e*

Nihil autem vnionẽ impediet, quod Eccleſia vnienda vacans ſit, adeò, vt neque ei defenſorem dari oporteat, niſi Eccleſia Cathedralis ſit, nam ea, ſi vacet, vniri non poterit. *f*

In hac etiam vnionnm materia extant alia eiuſdẽ Sacroſanctæ Synodi Tridentinæ ſub Pio Quarto decreta, quibus cautum eſt, ne in quibuslibet vnionibus ex quibuscumque cauſis faciendis Eccleſiæ Parochiales Monaſterijs quibuscumque, aut Abbatijs ſeu dignitatibus, ſeu Præbendis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ſiue alijs beneficijs ſimplicibus, aut Hoſpitalibus, militijsue vniantur, & vt, quæ vnitæ ſunt, reuideantur ab Ordinario iuxta aliàs decretum ſub fœlicis recordationis Paulo Tertio in eadem Synodo, quod & in vnitis ab eo tempore citrà æquè obſeruari mandauit, non obſtantibus in his quibuscumque verborum formis, quæ pro expreſsis in eadem Conſtitutione haberi voluit. *g* Illius aut decreti ſub Pau-

a cap. 5. ſeſſ. 21.

b cle. ſi una. de reb. Eccl. non alien. Caccialup. artic. 6. nu. pri. eo. trac. Petr. Peruſ. eod tract. c. 5. nu. 15.

c cle. ne in agro. § ad hæc. de ſta. monac. Caccialup. art. 6. nu. 4. Pe. Peruſ. ca. 5. nu. 14.

d d. clem. ſi una de reb. Eccl. nõ ali. Pet. Peruſ. d. cap. 5. nu. 5.

e d. clem. ſi una.

f Petr. Per. d. cap. 5. nu. 2. 3. 4. et 5.

g cap. 13. uerſ. in parochialibus, ſeſſ. 24.

lo Tertio in eadem Synodo editi verba hæc ſunt, videlicet, VNIONES perpetuæ à quadraginta annis citrà factæ examinari ab Ordinarijs tanquam à Sede Apoſtolica delegatis poſſint, &, quæ per ſubreptionē, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur, illæ verò, quæ à dicto tempore citrà conceſſæ nondum in toto, vel in parte ſortitæ ſunt effectum, & quæ deinceps ad cuiusuis inſtantiam fiēt, niſi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus cauſis coram loci Ordinario, vocatis, quorum intereſt, verificandis, factas fuiſſe conſtiterit, per ſubreptionem obtentæ præſumantur, ac propterea, niſi aliter à Sede Apoſtolica declaratum fuerit, viribus omnino careant, *a* quæ conſtitutio relata, eſt etiam ex ſupra Iulij Tertij recitata conſtitutione declaranda, *b*

a c.6. ſeſſ. 7.
b d. c. 7. ſeſſ. 14.

Item ſanxit eadem Synodus ſub Pio Quarto, vt acceſſiones per viam vnionis factæ de beneficijs liberis ad Eccleſias Iuripatronatus etiam Laicorum ſubiectas, tàm Parochiales, quàm ad alia quæcumq; beneficia etiam ſimplicia, ſeu dignitates, vel hoſpitalia, ita, vt prædicta beneficia libera eiuſdē naturæ cū his, quibus vniuntur, efficiantur, ac ſub Iure patronatus conſtituantur, ſtatuit inquàm, vt, ſi hæ vniones nondū ſortitæ ſint effectum, vel deinceps ad cuiusuis inſtantiam fient, quacumque authoritate etiam Apoſtolica conceſſæ fuerint, ſimul cum vnionibus ipſis, per ſubreptionem obtentæ intelligantur, non obſtante quacumque in his verborum forma, ſeu derogatione, quæ habeatur pro expreſſa, nec executioni amplius demandentur, ſed beneficia ipſa vnita, cum vacauerint, liberè, vt antea conferantur. Quæ verò à quadraginta annis citrà factæ effectum, & plenam incorporationem ſunt cōſecutæ, hæ nihilominus ab Ordinarijs tanquam à Sede Apoſtolica delegatis reuideantur, & examinentur, ac quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, ſimul cum vnionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipſa ſeparentur, & alijs conferantur. *c*

c ca. 9. §. in ſuper acceſſiones. ſeſſ. 25. de reformat.

Cathedralis quoq; Eccleſiæ Capitulum poteſt Se-

de uacante vniones facere, dum ne quid Iuribus Epiſcopalibus detrahat. *a* Sed Epiſcopi Vicarius niſi ex ſpeciali mandato Epiſcopi vnire non poteſt, *b* Alij autem Prælati Epiſcopis inferiores etiam pleno ſibi Iure ſubiectas Eccleſias vnire non poſſunt. *c*

Vnio autem quandoque fit ad tempus, interdum in perpetuum, ad tempus quidem facta dicetur, ſi id in vnione expreſſum fuerit, vel, ſi perſonæ alicuius contemplatione facta fuerit, in perpetuum verò dicetur, facta, ſi vel hoc expreſſum fuerit, vt perpetua eſſet, vel contemplatione Eccleſiæ, cui annectitur, vel ad beneplacitum Apoſtolicæ Sedis. *d*

Solui autem, & reuocari poteſt vnio ceſſante cauſa, propter quam facta fuerat, puta (exempli gratia) ſi propter Eccleſiæ paupertatem vnio facta eſt, Eccleſia aliunde locupletata vnio reuocari poterit, Si propter hoſtium incurſum, & metum recedentibus Monachis à Monaſterio uniri illud fuerit neceſſe, quamprimum ceſſante hoſtium terrore Monachi fuerint reuerſi, ſolui vnio poterit. Si propter peruerſos nationis mores ad vnionem ventum ſit, eam pariter licebit retractare, & reſcindere natione illa ad ſanos mores reuerſa, ſic & perſecutionum procella deſæuiente, & loco recepto, qui ab hoſtibus fuerat captus, Eccleſias, quæ ob eas cauſas ſociatæ, vnitæque fuerant, diſſociari expediet. Item, &, cum unio in cauſa eſt, ut Eccleſia unita in peius ruat, puta, quia diſſoluatur religio, Eleemoſinæ ceſſent, pia hoſpitia tollantur, & denique ubicumque Eccleſiæ neceſſarium, aut utile uidetur, quod unio diſiungatur, earum diſſociationi ſubſcribendum erit. *e* Per Simoniam quoq; facta unio diſſoluenda eſt. *f*

Quiſquis igitur cauſam legitimam expreſſerit, & probarit, petieritque vnionem ſolui, ei aſſentiendum erit, dummodò eius interſit, quare Collegium, Capitulum, aut Conuentus Eccleſiæ unitæ, uel eius, cui facta eſt unio. Itē Epiſcopi, & Prælati Prouinciæ illius,

a doc. d. cle. pri. §. ad hæc de ſtat. monac. Caccia lup. artic. 3. nu. 19. Pet. Per. d. tract. nu. 29. c. 4.
b. Caccialu. ubi ſupra. n. 23. petr. ubi ſupra n. 32.
c Pet. ubi ſupra. nu. 29. Caccialup. nu. 20.
d petr. cap. ultimo.
e pe. d. trac. c. pri.
f Rebuf. in praxi. tit. de reuoc. un. n. 8.

in qua ſita eſt Eccleſia vnita, Item patroni, & Eccleſiæ illius Parochiani, vt diſſoluantur vnitæ olim Eccleſiæ petere poſſunt, *a* qua tamen in re cauſæ cognitio erit adhibenda, vocatis etiam his, quorum intereſt. *b*

a Petr. cap. 2. de reuoca. un.

b Petr. cap. 5. de reuoc. un.

Diſſoluere autem vniones poſſunt hi, qui & eas facere poſſunt. Ac Legatus quidem, & Epiſcopus non tãtùm à ſe factas vniones, ſed etiam à Summo Pontifice ex ordinaria poteſtate celebratas reuocandi poteſtatem hebent, non tamen eas, quas Sum. Pontifex abſolutæ poteſtatis authoritate fecerit, nec Cathedralium Eccleſiarum, nec beneficiorum exemptorum vniones. *c* At, cum Epiſcopus vniones reuocat, Capituli quoque ſui conſenſus eſt adhibendus, quod ſi diuerſarum Eccleſiæ vnitæ Diœceſum ſint, vtriusq; Diœceſis Epiſcopos vnionis diſſolutioni authores fieri oportebit. *d*

c Rebuf. in praxi. ti. de reuocat. uni. nu. 21.

d Petr. de reuoc. un. c. 5. num. pri. vſqz ad 12.

Reuocata igitur ac ſoluta vnione omnia in antiquum ſtatum redibunt, nam ſeu cum cura, ſeu ſine cura ante vnionem erat Eccleſia vnita, ſeu Collegiata, ſeu ſine Collegio, ſeu Secularis, ſeu Regularis erat, ſeu erat Monaſterium antequam in Cathedralem Eccleſiam erigeretur, eam, quam prius habebat, qualitatẽ recipiet, hinc & bona ſua recuperabit, priſco Prælato ſuberit, ac Monaſterium antiquæ Religioni, & Ordini, & habitui reſtituetur, & Prælatus pariter eandem qualitatem, quam antea habebat, puta, vt Clericus Secularis, vel Regularis ſit, qualem ante vnionem eſſe eum oportebat, ſubire neceſſe habebit. *e*

e doc. in dictis ſuis tractat.

De Penſionibus. Tit. X.

RVRSVS, & ſi beneficia integra conferri debeant, non diminuta, poteſt tamen interdum aliqua ex his deceſſio fieri, vt fructuum portio ab eis detracta alicui ſuppeditetur, quæ portio penſio appellatur, quod alteri à beneficiato pendatur, eaque vel in titulum beneficij ſolet aſſignari ei, qui ad Eccleſiaſticos ordines recipitur, vel vexationis redimendæ cauſa, quæ Rectori beneficij, modò procurata non ſit, ab aliquo in

iudicio

iudicio infertur, interdum & illi exoluitur, qui ſuum beneficium alteri ceſſit, ne interea, dum ſuperſtes eſt, vitam inopem, egenamque trahat, aliaue de cauſa, ſed & remunerationis cauſa alicui penſio nonnunquam conſtituitur, veluti, ſi cuius opera vtatur Eccleſia, nec refert, an is Clericus, an Laicus ſit.

Moderatam tamen, & iuſtam penſionem eſſe oportet, ne vſque adeò beneficium extenuet, vt eius Rectori non ſuperſit, vnde ſuſtentari valeat, hinc ferè obſeruari ſolet, vt non maiorem tertia partem beneficij deducat, ideſt, vt quantitas fructuum, quę ex beneficio in penſionem detrahitur, tertiæ partis annui reditus beneficij onerati ſummam ne tranſiliat, quod eò ſic dictum, & declaratum voluimus, ne cui perſuaſum ſit, poſſe penſionem per quotas aſsignari, id enim prohibitũ eſt, quia Simoniæ vitio non careret. Ac in ſumma id animaduertendum eſt in penſione imponenda, vt poſt ſolutam penſionem tantum beneficiato remaneat, vnde poſsit commodè viuere, Iura Epiſcopalia ſoluere, & beneficij omnia onera ferre. *a*

Illa quoque penſio improbatur, quæ per colluſionem conſtituitur, vt cum Rector Eccleſiæ vltrò patitur, vel etiam procurat ſibi litem fieri, vt ſub hac litis redimendæ ſpecie commentitio aduerſario aliquam penſionem fictæ, ſimulatæque tranſactionis cauſa promittat ſuper litigioſo beneficio. Nec is tutus erit, qui pactione prius inita penſionem obtinuerit, niſi Summi Pontificis ſeſe authoritate munierit.

a c. de monachis. cap. vacante. & c. cũ cauſam. de præbẽ. c. pri. de cẽſib. Rebuf. i praxi. benef. ti. de reſerua. nu. 19.

Ante omnia verò penſionis imponi onus vllum nõ debet, niſi Antiſtitis accedente authoritate, ſed non Pontifex Romanus ſolùm penſioni excipiendæ author eſſe poteſt, verùm etiam Legatus à latere eius profectus, alius autem Legatus non poteſt, niſi hoc ei ſpecialiter ſit conceſſum.

Item Epiſcopus penſionem deducere poteſt, ſi qua eum iuſta cauſa moueat, quæ euidentem Eccleſiæ vtilitatem importet, dummodò neque penſionis transferendæ poteſtatem eum facere poſſe, neque poſt eius

mortem,

mortem,cui concedenda eſt,poſſe eam perpetuare intelligamus,hoc enim Ius ſoli Romano Pontifici competit,contra ſucceſſores quidem eius,qui ad eam ſoluẽdam tenebatur,hoc onus tranſit. *a*

a glo. & doc. c. niſi. de preben. Pariſ. conſ. 82. col. pri. li. 4. Rebuf. in praxi. ti. de reſeruat. nu. 20.

Item,qui aliquam Eccleſiam erigit,vt patronatum eius nanciſcatur, poteſt in eius fundatione penſionẽ de beneficio excipere,alij Eccleſiæ,aut ſibi Epiſcopi accedente conſenſu quotannis ſoluendam.

In primis quoque eius Rectoris conſenſus exigitur in penſione conſtituenda, qui id oneris ſubiturus eſt, quisquis ſit is, qui penſionis onus eſt impoſiturus, ſeu Summus Pontifex,ſeu Legatus,ſeu Epiſcopus, quod etiam Regulis Cancellariæ ſanciri ſolet.

Sed neque infante minor,neque illegitimus, neque Excommunicatus,penſionis illius capaces ſunt, quæ vel beneficij loco,vel in titulum datur.

Extingui autem penſio poteſt etiam ſola partium conuentione,licet nulla Antiſtitis authoritas accedat niſi in alimenta ſit conſtituta, vel pecunia data redimatur,quemadmodum frequenter vſurpari videmus, quinque forte,aut ſex aut ſeptem ad ſummum anticipatis penſionibus annuis,quibus caſibus receptum eſt Summi Pontificis authoritatem deſiderari. *b*

b habes tractat. Gigã. de penſi. apud quem hec reperies.

De Iure Patronatus. Tit. XI.

QVIA Eccleſiæ,& beneficia,quæ alicuius in patronatu ſunt,propria quædam ab alijs diuiſa Iura habent,quæ & ipſa neceſſarium eſt intelligere, de his quoq; quatenus inſtituti huius noſtri ratio patitur dicamus.

Ius ergo Patronatus (ſeu aduocationem, ſeu cuſtodiam,ſeu alio noĩe quis illud appellet) eſt, quod alicui in Eccleſia acquiritur,vel competit eò quod ipſe, vel eius authores Eccleſiã poſuerĩt,ædificarĩt, vel ſuis opibus nõ minimũm auxerint cõſenſu Epiſcopi adhibito ex quo Iure,cũ vtilitate honor, & onus ſimul reſultãt.

Poteſt autem quis huiuſcemodi Patronatus Iura

nanciſci

nanciſci ſeu Laicus ſit, ſeu Clericus (& ſi in collegiata Eccleſia longè infirmius habeat Ius Laicus) *a* quicũque enim vel fundum. Eccleſiæ ædificãdæ largitus fuerit, vel Eccleſiam ſuis ſumptibus ædificarit, vel ædificatæ non ſordidam dotem dederit, vt hoc Ius nanciſceretur, in ipſa Eccleſia Ius adipiſcitur patronatus, adeo vt ſi quiſpiam ſolus tria hæc præſtiterit, vel vnum ex his, ſoli etiam totum hoc Iuris integrè quæratur, ſin tria hæc munia à duobus vel pluribus diuiſim obita ſint, ambo, vel omnes illius Eccleſiæ acquirent patrocinium. *b*

a c. meſſana. c. ſacroſancta. de elect.

b c. quicumque. c. decernimus. 16. q. 7.

At decreuit ſancta Synodus Tridentina, vt titulus Iuris patronatus ſit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs requiſitis à Iure oſtendatur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominũ memoriam excedat, aliasve ſecundum Iuris diſpoſitionem. In his vero perſonis, ſeu communitatibus, vel vniuerſitatibus, in quibus id Ius plerumque ex vſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur, nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm ſi preter reliqua ad eam neceſſaria præſentationes etiam continuatæ non minori ſaltem quàm quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur, reliqui patronatus omnes in beneficijs tam Secularibus, quàm Regularibus, ſeu Parochialibus, vel dignitatibus, aut quibus umque alijs beneficijs, in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia, ſeu facultates, & priuilegia conceſſa tam in vim patronatus, quàm alio quocumque Iure nominandi, præſentandi, eligendi ad ea, cum vacant, exceptis patronatibus ſuper Cathedralibus Eccleſijs cõpetentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu regna poſſidentes, alioſque ſublimes, & ſupremos Principes Iura Imperij in dominijs ſuis habentes, pertinent, &, quæ in fauorem ſtudiorum generalium conceſſa ſunt, in to

tum

Tertius conſtituit, vt, qui duas Eccleſias, ſeu cura, one ratas, ſeu cura ſolutas, duasve, dignitates, aut duos perſonatus haberet, utrum ex eis retinere uellet, optare poſſet, alterum uerò omnino ut dimitteret. *a*

a c. referente. c. pterea. de prębend.

Sed poſtea Concilium Lateranenſe hanc Conſtitutionem nimiùm mitem iudicans, noluit, ut res deinceps omnino in Clerici arbitrio eſſet, nam, ſi utriq; beneficio uel dignitas, uel perſonatus, uel animarum cura inerat, decreuit, ut beneficium poſterius huic omnino auferretur, & poteſtatem poſthac conferendi amitteret, qui illi extremum contuliſſet. *b* Sed hoc tamen ultimum beneficium ex hac conſtitutione ipſo Iure non uacabat, quare Innocentius Tertius in generali Concilio ſtatuit, ut beneficium cum cura habens, uel dignitatem, uel perſonatum, ſi aliud ſimile beneficiũ, uel dignitatẽ, vel perſonatũ accepiſſet, beneficio priore, uel dignitate, uel perſonatu tamquam ipſo Iure uacantibus cenſeretur priuatus. Itaq; ex Innocentiana Conſtitutione non ſecundum, ut ex Concilio Lateranenſi, ſed primum aufertur, idq; ipſo iure, quod à ſupradicto Concilio ſtatutum non erat, ſed tamen & hæc Innocentiana Conſtitutio locum non habet, niſi prius beneficium vel curæ onus, uel dignitatem, uel perſonatum haberet, licet ſecundum ex illis eſſet, *c* neq; huic Conſtitutioni locus erit, & ſi quis perſonatum cum cura animarum, & Eccleſiam parocham prębendæ annexam eodem tempore habeat. *d*

b c. quia nõnulli. de cle. non reſid.

c c. de multa. ubi Abb. 3. no.

d c. ſup eo. de prębend. in 6.

Illud quoq; idem Innocentius in prædicta Conſtitutione addidit, ut, ſi quis poſt vnum beneficium, alterum præterea contra prædicta præcepta aſſecutus ſit, ac prius nihilominus retinere perſeuerarit, vtroq; ſit priuatus, vtq; is, ad quem prioris beneficij ſpectat donatio, illud, poſtquam ille alterum receperit, liberè cõferat ei, cui meritò iudicarit conferendum, &, ſi vltra ſex menſes conferre diſtulerit, non ſolum ad alios ſecundùm ſupradicti Concilij Lateranenſis ſtatutum eius collatio deuoluatur, verùm etiam tantùm de ſuis cogatur prouentibus in vtilitatem Eccleſiæ, cuius eſt

illud

illud beneficium, aſſignare, quantum à tempore vacationis ipſius conſtiterit eſſe perceptum. *a*

a d. cap. de multa.

Quæ omnia, & ſi viderentur conſtituta prudenter, ſatis tamen plenè Ioanni X X I I. non fecerunt, quare is adiecit, vt quicumq; ſecundum curatum beneficiũ, vel dignitatem, aut perſonatum acceperit, niſi confeſtim poſt adeptam ſecundi quietam poſſeſſionem primum re ipſa publicis perſonis præſentibus dimiſerit, vtroque ſit priuatus, quæ ſi nihilominus pertinaciter retinere contenderit, ad aliud quodcumque Eccleſiaſticum beneficium admitti indignus deinceps iudicetur. *b*

b extrauag. execrabiliis.

Gratiæ, vt de dignitate, vel beneficio curato ſibi prouideatur, impetratæ renuntiare quis videtur, ſi ante adeptionem eius aliud beneficium pacifice aſſequatur, quod ſimul de Iure cũ dignitate, vel beneficio virtute dictæ gratiæ ſibi debito retinere non poſſit, licet ipſum reſignauerit, vel ſit reſignare paratus. *c*

c cle. gratiæ. de reſcrip.

Gratia tamen ſuper beneficio alicui à Sede Apoſtolica conceſſa, vitioſa reputari non debet, quamuis de alio beneficio ipſi abſenti, & ignoranti ab eius proprio Epiſcopo antea collato, nullã, vt pote quod ignorabat, fecerit mentionem, ſed hoc caſu, ſi talia beneficia ſint, quæ nequeant de Iure teneri, eliget, quod ex eis retinere maluerit. *d*

d ca. gratia. de reſcrip. & 6.

Synodus Tridentina quoq; ſub Paulo Tertio conſtituit, vt nemo quacunq; etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgens plures Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias in titulum ſeu commendam, aut alio quouis nomine contra ſacrorum Canonum inſtituta recipere, & ſimul retinere præſumat. *e*

e ca. 2. ſeſſ. 7.

Item ſanxit, vt quicumq; de cætero plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, ſiuè per viam vnionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, aut alio quocumq; nomine & titulo, contra formam ſacrorum Canonum, & præſertim contra formam prædictæ Conſtitutionis Innocentianæ recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit, beneficijs ipſis

iuxta

iuxta ipſius Conſtitutionis diſpoſitionem ipſo Iure, etiam ipſiuſmet Conſtitutionis Tridentinæ vigore priuatus exiſtat. *a*

a cap. 4. ea. ſeſſ. 7.

Eadem quoq; Synodus ſub Pio Quarto conſtituit, vt quibuſcunq; perſonis, quocũq; titulo, etiam ſi Cardinalatus honore fulgeant, in poſterum unum tantum beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur, quod quidem, ſi ad uitam eius, cui confertur, honeſtè ſuſtendandam non ſufficiat, liceat nihilòminus aliud ſimplex ſufficiens, dummodò vtrunq; perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri, hæcque non modò ad Cathedrales Eccleſias, ſed etiam ad alia omnia beneficia tam Secularia, quàm Regularia quęcumq; etiam commendata pertineant, cuiuſcumq; tituli, ac qualitatis exiſtant. *b*

b cap. 17. ſeſſ. 24.

In Religioſis verò Clericis iam tum à Bonifacio Octauo ſtatutum fuerat, vt, ſi habens Prioratum, vel Eccleſiam cum cura animarum, aliud quoq; ſimile beneficium accepiſſet, poteſtate ſibi à Summo Pontifice nõ facta, primũ ipſo Iure vacare cenſeretur, quod conſeſtim à ſe nõ abdicarit, tanquã ambitioſus ab vtroq; arceretur, & amplius deinceps eligi nõ poſſet. *c*

c c. cum ſingula. in pri. de pben. l. 6.

Eſt tamen ad ſupradicta ſciendum, quod, niſi poſterioris beneficij fructus percipere quis poſsit, primum, quod habebat beneficium non cenſebitur vacare, puta, ſi illius poſterioris beneficij fructus, ſicut etiam aliorum beneficiorum vacantium ad certum tempus alicui ſint conceſsi. *d*

d c. ſi tibi cõceſſo. ubi gl. de preben. in 6.

Monialis quoq; eadem duobus Monaſterijs præfici non debet. *e* Quæ actenus diſſeruimus de beneficiorum exaggeratione à Iure interdicta ſecundum Regulas communes procedunt. Verum earum Regularum obſeruationem relaxat interdum (vbi Eccleſię vtilitatem hoc poſtulare videt) Summus Pontifex, & nonnunquam etiam Epiſcopus, vel ex perſonæ meritis, veluti dignitate, integritate, ſcientia, plurimo rerum vſu, vel etiam nobilitate, indulgendo, vt plura beneficia alicui liceat eodẽ tempore habere. Et ſi quidẽ

e ca. 7. ſeſſ. 25.

vtrunq;

vtrumque beneficium animarum curam gerat, vnius erit hæc authoritas indulgendi Summi Pontificis, ſin vel vtrumque vel eorum alterum ſimplex ſit, Epiſcopus quoq; gratiam facere poterit, niſi vtrumq; in eadem Eccleſia exiſtat, imò, & ſi plura ſint, quàm duo, ſed vni tantùm ex eis cura animarum ſit, poterit nihilominus Epiſcopus indulgere, ſi Eccleſiæ vtilitas id ſuadeat, & cauſa iuſta ſubſit, quod nonnulli extendere volebant, & ſi duo curata eſſent, ſi publicæ vtilitatis ſtudio magis, quàm perſonæ meritis Epiſcopus duceretur. *a*

Cæterum, ſicut quibus ſupradictum eſt, modis, ſacri Canones inuigilant, ne vni & eidem perſonæ plura beneficia accumulentur, ita è conuerſo prohibent, ad vnum beneficium plures perſonas admitti, ne vel beneficium hoc modo ſcindatur, vel eorum vnus, aut alter expectet, dum à ſocio vacet, itaq; eius mortem expectet, *b* ſicut neque duo eiuſdem Canonicatus, vel præbendæ ſocij eſſe poſſunt. *c*

Si tamen præbenda ita opulenta ſit, vt duobus victum commode præbere poſſit, in duas ſcindi eam licebit, nec Turonenſe Concilium obſiſtet, quæ ſi partes ſectæ non ſufficerent, ambæ eſſent per ſectorem ex præbendis alijs vacantibus augendæ, *d* earum fructus præbendas ſectas habentibus pro parte tribuendis, dũ tot fructus ex eis ſuperſint, quot Canonico ſufficiant, alia enim præbenda attenuari non debet, vt alia locupletetur, *e* niſi neceſſitate aliqua impellente. *f* Si verò aliqua præbenda Cathedralis Eccleſiæ ita inops ſit, vt Clerico ad victum oportunum non ſufficiat, Capella ei annecti poterit, dumne illius Presbyter & ipſe congrua portione defraudetur, ſi Capella vtrique ſatis eſſe poteſt. *g*

Animaduertere autem in primis debetis, qui conferendi poteſtatem habet, ne ex affectu carnali, ſed ſano & recto iudicio Eccleſiaſticum officium, vel beneficium, & in perſonam, quæ magis viſa fuerit idonea, locet. Item, vt neque ex pactione, vel ex conuentione qua-

a Abb. d. c. de multa. n. 19. & in c. extirpãdæ. §. quia verò. nu. 43. verſ. ex his ſequitur.

b c. maioribus, c. ſua fraternitatis. de pbẽn.

c c. dilecto. de preben.

d c. uacãte. de preben.

e c. cũ cauſam quæ. ubi Abb. de preben.

f ca. fi. de ver. ſigni. c. ex parte. de conſt. glo. d. c. uacante. in fi. glo. magnæ.

g c. expoſuiſti nobis. de preben.

quacumq; conferat, nec ſibi retineat vllam redituum portionem, aliove modo beneficium diminuat, Conſultius etiam fuerit, ſi palàm non clam beneficium contulerit. *a*

a c.ū. ut Ecclēſ. benefic. ſine diminu. confer.

De Vnionibus. Tit. IX.

EXPEDIT quandoq; duas vel plures Eccleſias ſimul coniungi, copulari, atq; vniri, veluti, ſi vna ex ipſis, vel omnes alienis ſuppetijs ob paupertatem egeant, *b* vel ſi adeò vicinæ inuicem ſint, vt facilè vnus Sacerdos poſſit omnibus ſufficere, *c* vel vnius ex ipſis Eccleſijs, aut forte etiam omnium ipſarum populus oppidò infrequens factus ſit, *d* vel ſi temporum qualitas, & perturbatio id poſcat, vel ſi propter hoſtium incurſus, & terrores, vel etiam ob crebras, infeſtasq; hoſpitationes Eccleſia deſtituta ſit, aliave ex cauſa Eccleſiæ vtilitas, aut neceſſitas hanc vnionem deſideret. *e*

b c. unio. in ſi. 10. q. 3. c. poſtquā. 16. q. pri.
c c. & temporis. 16. q. pri.
d d. c. & temporis.
e Caccialu. § 5. articul. trac. d unio. petr. perū. eo. tract. c. 3.

Diuerſis autem modis vnio fieri ſolet, nam vel vna Eccleſia ſic alteri ſubijcitur, vt ſubiectæ Eccleſiæ dignitas obſoleſcat, altera cui ſubijcitur, manente. Interdum verò ſic fit vnio, vt ex duabus dignitatibus vna dignitas fiat, quo caſu alterius Eccleſiæ Canonici inuicem in altera quoq; Eccleſia Canonici erunt, ac vtrique ſimul Prælati vtriuſq; Eccleſiæ renunciandi comitijs intererunt, alijsq; ad vtrumq; Collegium ſpectantibus negocijs. Ac, ſi quidem vna Eccleſia alteri tanquā acceſſoria vniatur, illius, cui acceſſerit, annexaq; fuerit, naturam, priuilegium, & conſuetudinem omnē aſſumet, propriaq; Iura amittet, ſi quidem ei, cui vnitur, Eccleſiæ tanquam filia matri eſſe perhibetur. At ſi earum nulla alteri accedat, ſed omnes, ac earum quælibet ſimul principaliter coniungantur & vniantur, tunc earum quæuis non ſolùm priſtinam ſuam naturam, conſuetudinem, Iura, & priuilegia ſeruabit, ſed etiā mutuò ac viciſſim altera alterius optima quæq; priuilegia nanciſcetur. Sed & alio modo fieri vnio

ſolet,

ſolet, puta, vt quælibet Eccleſiarum vnitarum in ſuo vetere ſtatu permaneat, ac vtraq; dignitas non minus ſtet, vigeatq; quàm ante vnionem factam ſtaret, ac vigeret, quamuis vtraq; idem Prælato concedatur poteſtq; hæc vnio etiam ex duabus Eccleſijs diuerſarum Diœceſium fieri, & quamuis hæc vtraq; eidem Prælato, per vnionem ſubijciatur, ſi tamen hæ Eccleſiæ ante vnionem diuerſis Epiſcopis ſuberant cum diuerſis in Diœceſibus, (vt diximus) ſitæ eſſent, neutri eorum Epiſcoporum præiudicium fiet, quominus vterq; in ſibi ſubiecta Eccleſia ius ſuum integrum, illęſumq; retineat, quare apparet, harum hoc modo vnitarum Eccleſiarum Præfectum duobus Epiſcopis hoc caſu ſubiacere. *a*

Statuit tamen Sacroſancta Synodus Tridentina ſub Iulio Tertio (ne ordo Eccleſiaſticus confundatur, & ne vna, & eadem Eccleſia duarum quodammodo Diœceſium fiat, non ſine graui illorum incommodo, qui ei ſubditi fuerint) ne beneficia vnius Diœceſis, etiam ſi parochiales Eccleſiæ, Vicariæ perpetuæ, aut ſimplicia beneficia, ſeu præſtimonia, aut præſtimonia les portiones fuerint etiam ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia qua cumq; de cauſa alterius Diœceſis beneficio, aut monaſterio, ſeu Collegio, vel loco etiam Pio perpetuò vniantur. *b*

Vnionis autem faciēdæ, etiam de beneficijs Cathedralibus, ac quibuſcumq; alijs, etiam in alterius Diœceſi exiſtentibus, poteſtatem procul dubiò Pontifex Romanus habet, in quo hoc tamen ſcire neceſſe eſt, quòd quamuis Epiſcopi alicuius beneficia vnierit, non idcirco Pōtificia eius Epiſcopi Iura in illis beneficijs auferre cenſendus eſt. *c*

An verò Legatus Summi Pontificis Eccleſias in ſua Legatione ſitas, quæ alioqui ſemota Legatione ei ſubiectæ nō eſsēt, vnire poſsit, non leuis eſt quęſtio, ſed hoc tamen videtur frequentius receptum, vt Legatus quidem de latere hanc poteſtatem habeāt, *d* (niſi...

a c. ſicut unire. de exceſ. præl. c. quod translationē de offic. leg. d. c. & tēporis. Pet. Per. d. tract. de unio. c. pri.

b cap. 9. ſeſ. 14.

c Petr. Peru. tsac. d̄ unio. cap. 4.

d Caccialu. in trac. d̄ unione. art. 3. uſq; ad [illegible] Petr. Peruſi. eod. tract. c. 4. uerſ. nunc ueniamus.

a c.pe.de officio leg. in 6. Gaccial. ubi sup. nu. 12. Pet. Per. ubi supra. nu. 11. Rebuf. in praxi. tit. de union.
b Caccial. ubi sup. nu. 15. & 16. & seq. Pe. Per. ubi sup. nu. 20. & seq.
c c. sicut un. de excess. pl.
d d. ca. sicut unire.
e Petr. Perus. ubi sup. nu. 23. Caccial. ubi sup. art. 4. n. 11.
f cle. ne in agro §. ad hoc de stat. mon. Caccial ap. in d. trac. ar ti. 3. infi. Pe tr. Perus. d. trac. nu. 28.
g Petr. Perus. ubi supra. nu. 26.
h Petr. Perus. ubi supra. nu. 24. & 25.

tamen Eccleſiæ collegiatæ ſint hæ, quas vnire cupit) alius autem Legatus non poſſit. *a* Patriarcha autem, Primas, Archiepiſcopus, Eccleſias in propria ipſorum Diœceſi exiſtentes vnire poſſunt, ſed quæ in ſuorum ſuffraganeorum ditione ſunt, vnire non poſſunt, nam nec Patriarcha ſubiectarum ſibi ſedium, nec Primas, nec Archiepiſcopus Eccleſias ſibi ſubiectas habent, ideoq; eas vnire non poſſunt, *b* Eccleſias autẽ Cathedrales nemo vnire põt excepto Romano Pontifice. *c*

Item Epiſcopus, quamuis nondum conſecratus, ſed duntaxat confirmatus ſubiectas ſibi Eccleſias vnire poteſt, *d* quin & traditum eſt, licere Epiſcopo, ea quoque beneficia vnire, quorum collatio propter Ordinariorum collatorum negligentiam ad Sedem Apoſtolicam deuoluta ſit. *e*

Item licet Epiſcopo, Prioratum Regularem alteri item Prioratui Regulari, cum vtrumq; eidem Monaſterio ſubiectum eſt, vnire. *f* Diuerſorum autem ordinum, profeſſionum, ac diuerſorum habituum Eccleſias ita demum vnire Epiſcopus poteſt, ſi Monachos vnius Monaſterij cum alterius Monaſterij Monachis confundat. ſic vt Monaſterij vtriusque bona, habitus, Iuraq;, & priuilegia indiſcreta ſint, *g* illa autem beneficia vnire non poteſt, quæ exempta ſunt, Summoq; Pontifici immediate ſubiecta, nec ea, quorum collationem, ordinationem, & diſpoſitionem ſibi Summus Pontifex reſeruarit, quamuis ea vnire poſſit, quorum collationem ſolam ſibi idem Summus Pontifex reſeruaſſet. *h*

Sed Synodus eadem Tridentina ſub Pio Quarto conſtituit, ad conuerſandum ex dignitate Eccleſiarũ ſtatum, vbi ſacra Deo officia miniſtrantur, vt poſſint Epiſcopi etiam tamquam Sedis Apoſtolicę Delegati iuxta formam Iuris, ſine tamen præiuditio obtinentium facere vniones perpetuas quarumcumq; Eccleſiarum Parochialium, & Baptiſmalium, & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis propter eorum paupertatem, & in cæteris caſibus

à Iure

à Iure permiſſis, etiam ſi dictæ Eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter, vel ſpicialiter reſeruata, aut qualitercumque affecta, quæ vniones etiam non poſſint reuocari, nec quoquomodo infringi vigore cuiuscumq; prouiſionis etiam ex cauſa reſignationis, aut derogationis, aut ſuſpenſionis. *a*

Illud autem ſciendum eſt, quòd Epiſcopus ſine Capituli ſui conſenſus (vt crebrioribus Iuris peritorum ſententijs traditum eſt) vniones facere non poteſt, *b* nec ſine conſenſu Prælati inferioris, ad quem eius Eccleſiæ conferendæ, quæ vnitur, Ius ſpectat, *c* non tamen neceſſarium eſt, illius Rectoris conſenſum adhibere, qui Eccleſiam vniendam poſſidet, nam, cum nullum ei præiudicium inferatur, quin poſſit eam Eccleſiam, dum viuit (vt antea ſolebat) regere, & gubernare; nec quidem vocari eum oporret, cum vnio fit, ne dum conſenſum ſuum præſtare tenetur, *d* Menſæ tamen ſuæ, vel Capitulo (etiam Capituli ipſius accedente conſenſu) Eccleſiam vnire Epiſcopus non poteſt, cõtraria quauis conſuetudine non obſtante. *e*

Nihil autem vnionẽ impediet, quod Eccleſia vnienda vacans ſit, adeò, vt neque ei defenſorem dari oporteat, niſi Eccleſia Cathedralis ſit, nam ea, ſi vacet, vniri non poterit. *f*

In hac etiam vnionnm materia extant alia eiuſdẽ Sacroſanctæ Synodi Tridentinæ ſub Pio Quarto decreta, quibus cautum eſt, ne in quibuslibet vnionibus ex quibuscumque cauſis faciendis Eccleſiæ Parochiales Monaſterijs quibuscumque, aut Abbatijs ſeu dignitatibus, ſeu Præbendis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ſiue alijs beneficijs ſimplicibus, aut Hoſpitalibus, militijſue vniantur, & vt, quæ vnitæ ſunt, reuideantur ab Ordinario iuxta aliàs decretum ſub fœlicis recordationis Paulo Tertio in eadem Synodo, quod & in vnitis ab eo tempore citrà æquè obſeruari mandauit, non obſtantibus in his quibuscumque verborum formis, quæ pro expreſsis in eadem Conſtitutione haberi voluit. *g* Illius aut decreti ſub Pau-

a cap. 5. ſeſſ. 21.
b cle. ſi una. de reb. Eccl. non alien. Caccialup. artic. 6. nu. pri. eo. trac. Petr. Peruſ. eod tract. c. 5. nu. 15.
c cle. ne in agro. § ad hac. de ſta. monac. Caccialup. art. 6. nu. 4. Pe. Peruſ. ca. 5. nu. 14.
d d. clem. ſi una de reb. Eccl. nõ ali. Pet. Peruſ. d. cap. 5. nu. 5.
e d. clem. ſi una.
f Petr. Per. d. cap. 5. nu. 2. 3. 4. et 5.
g cap. 13. verſ. in parochialibus, ſeſſ. 24.

lo Tertio in eadem Synodo editi verba hæc ſunt, videlicet, VNIONES perpetuæ à quadraginta annis citrà factæ examinari ab Ordinarijs tanquam à Sede Apoſtolica delegatis poſſint, &, quæ per ſubreptionē, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur, illæ verò, quæ à dicto tempore citrà conceſſæ nondum in toto, vel in parte ſortitæ ſunt effectum, & quæ deinceps ad cuiusuis inſtantiam fiēt, niſi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus cauſis coram loci Ordinario, vocatis, quorum intereſt, verificandis, factas fuiſſe conſtiterit, per ſubreptionem obtentæ præſumantur, ac propterea, niſi aliter à Sede Apoſtolica declaratum fuerit, viribus omnino careant, *a* quæ conſtitutio relata, eſt etiam ex ſupra Iulij Tertij recitata conſtitutione declaranda, *b*

a c.6. ſeſſ. 7.
b d.c. 7. ſeſſ. 14.

Item ſanxit eadem Synodus ſub Pio Quarto, vt acceſſiones per viam vnionis factæ de beneficijs liberis ad Eccleſias Iuripatronatus etiam Laicorum ſubiectas, tàm Parochiales, quàm ad alia quæcumq; beneficia etiam ſimplicia, ſeu dignitates, vel hoſpitalia, ita, vt prædicta beneficia libera eiuſdē naturæ cū his, quibus vniuntur, efficiantur, ac ſub Iure patronatus conſtituantur, ſtatuit inquàm, vt, ſi hæ vniones nondū ſortitæ ſint effectum, vel deinceps ad cuiusuis inſtantiam fient, quacumque authoritate etiam Apoſtolica conceſſæ fuerint, ſimul cum vnionibus ipſis, per ſubreptionem obtentæ intelligantur, non obſtante quacumque in his verborum forma, ſeu derogatione, quæ habeatur pro expreſſa, nec executioni amplius demandentur, ſed beneficia ipſa vnita, cum vacauerint, liberè, vt antea conferantur. Quæ verò à quadraginta annis citrà factæ effectum, & plenam incorporationem ſunt cōſecutæ, hæ nihilominus ab Ordinarijs tanquam à Sede Apoſtolica delegatis reuideantur, & examinentur, ac quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, ſimul cum vnionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipſa ſeparentur, & alijs conferantur. *c*

c ca. 9. §. in ſuper acceſſiones. ſeſſ. 25. de reformat.

Cathedralis quoq; Eccleſiæ Capitulum poteſt Se-

de uacante vniones facere, dum ne quid Iuribus Epiſcopalibus detrahat. *a* Sed Epiſcopi Vicarius niſi ex ſpeciali mandato Epiſcopi vnire non poteſt, *b* Alij autem Prælati Epiſcopis inferiores etiam pleno ſibi Iure ſubiectas Eccleſias vnire non poſſunt. *c*

Vnio autem quandoque fit ad tempus, interdum in perpetuum, ad tempus quidem facta dicetur, ſi id in vnione expreſſum fuerit, vel, ſi perſonæ alicuius contemplatione facta fuerit, in perpetuum verò dicetur, facta, ſi vel hoc expreſſum fuerit, vt perpetua eſſet, vel contemplatione Eccleſiæ, cui annectitur, vel ad beneplacitum Apoſtolicæ Sedis. *d*

Solui autem, & reuocari poteſt vnio ceſſante cauſa, propter quam facta fuerat, puta (exempli gratia) ſi propter Eccleſiæ paupertatem vnio facta eſt, Eccleſia aliunde locupletata vnio reuocari poterit, Si propter hoſtium incurſum, & metum recedentibus Monachis à Monaſterio uniri illud fuerit neceſſe, quamprimum ceſſante hoſtium terrore Monachi fuerint reuerſi, ſolui vnio poterit. Si propter peruerſos nationis mores ad vnionem ventum ſit, eam pariter licebit retractare, & reſcindere natione illa ad ſanos mores reuerſa, ſic & perſecutionum procella deſæuiente, & loco recepto, qui ab hoſtibus fuerat captus, Eccleſias, quæ ob eas cauſas ſociatæ, vnitæque fuerant, diſſociari expediet. Item, &, cum unio in cauſa eſt, ut Eccleſia unita in peius ruat, puta, quia diſſoluatur religio, Eleemoſinæ ceſſent, pia hoſpitia tollantur, & denique ubicumque Eccleſiæ neceſſarium, aut utile uidetur, quod unio diſiungatur, earum diſſociationi ſubſcribendum erit. *e* Per Simoniam quoq; facta unio diſſoluenda eſt. *f*

Quiſquis igitur cauſam legitimam expreſſerit, & probarit, petieritque vnionem ſolui, ei aſſentiendum erit, dummodò eius interſit, quare Collegium, Capitulum, aut Conuentus Eccleſiæ unitæ, uel eius, cui facta eſt unio. Itẽ Epiſcopi, & Prælati Prouinciæ illius,

a doc. d. cle. pri. §. ad hæc de ſtat. monac. Caccia lup. artic. 3. nu. 19. Pet. Per. d. tract. nu. 29. c. 4.
b Caccialu. ubi ſupra. n. 23. Petr. ubi ſupra n. 32.
c Pet. ubi ſupra. nu. 29. Caccialup. nu. 20.
d Petr. cap. ultimo.
e Pe. d. trac. c. pri.
f Rebuf. in praxi. tit. de reuoc. un. n. 8.

in qua ſita eſt Eccleſia vnita, Item patroni, & Eccleſiæ illius Parochiani, vt diſſoluantur vnitæ olim Eccleſiæ petere poſſunt, *a* qua tamen in re cauſæ cognitio erit adhibenda, vocatis etiam his, quorum intereſt. *b*

a Petr. cap. 2. de reuoca. un.

b Petr. cap. 5. de reuoc. un.

Diſſoluere autem vniones poſſunt hi, qui & eas facere poſſunt. Ac Legatus quidem, & Epiſcopus non tãtùm à ſe factas vniones, ſed etiam à Summo Pontifice ex ordinaria poteſtate celebratas reuocandi poteſtatem hebent, non tamen eas, quas Sum. Pontifex abſolutæ poteſtatis authoritate fecerit, nec Cathedralium Eccleſiarum, nec beneficiorum exemptorum vniones. *c* At, cum Epiſcopus vniones reuocat, Capituli quoque ſui conſenſus eſt adhibendus, quod ſi diuerſarum Eccleſiæ vnitæ Diœceſum ſint, vtriusq; Diœceſis Epiſcopos vnionis diſſolutioni authores fieri oportebit. *d*

c Rebuf. in praxi. ti. de reuocat. uni. nu. 21.

d Petr. de reuoc. un. c. 5. num. pri. vſq; ad 12.

Reuocata igitur ac ſoluta vnione omnia in antiquum ſtatum redibunt, nam ſeu cum cura, ſeu ſine cura ante vnionem erat Eccleſia vnita, ſeu Collegiata, ſeu ſine Collegio, ſeu Secularis, ſeu Regularis erat, ſeu erat Monaſterium antequam in Cathedralem Eccleſiam erigeretur, eam, quam prius habebat, qualitatẽ recipiet, hinc & bona ſua recuperabit, priſco Prælato ſuberit, ac Monaſterium antiquæ Religioni, & Ordini, & habitui reſtituetur, & Prælatus pariter eandem qualitatem, quam antea habebat, puta, vt Clericus Secularis, vel Regularis ſit, qualem ante vnionem eſſe eum oportebat, ſubire neceſſe habebit. *e*

e doc. in dictis ſuis tractat.

De Penſionibus. Tit. X.

Rvrsvs, & ſi beneficia integra conferri debeant, non diminuta, poteſt tamen interdum aliqua ex his deceſſio fieri, vt fructuum portio ab eis detracta alicui ſuppeditetur, quæ portio penſio appellatur, quod alteri à beneficiato pendatur, eaque vel in titulum beneficij ſolet aſſignari ei, qui ad Eccleſiaſticos ordines recipitur, vel vexationis redimendæ cauſa, quæ Rectori beneficij, modò procurata non ſit, ab aliquo in

iudicio infertur, interdum & illi exoluitur, qui ſuum beneficium alteri ceſſit, ne interea, dum ſuperſtes eſt, vitam inopem, egenamque trahat, aliaue de cauſa, ſed & remunerationis cauſa alicui penſio nonnunquam conſtituitur, veluti, ſi cuius opera vtatur Eccleſia, nec refert, an is Clericus, an Laicus ſit.

Moderatam tamen, & iuſtam penſionem eſſe oportet, ne vſque adeò beneficium extenuet, vt eius Rectori non ſuperſit, vnde ſuſtentari valeat, hinc ferè obſeruari ſolet, vt non maiorem tertia partem beneficij deducat, ideſt, vt quantitas fructuum, quę ex beneficio in penſionem detrahitur, tertiæ partis annui reditus beneficij onerati ſummam ne tranſiliat, quod eò ſic dictum, & declaratum voluimus, ne cui perſuaſum ſit, poſſe penſionem per quotas aſsignari, id enim prohibitũ eſt, quia Simoniæ vitio non careret. Ac in ſumma id animaduertendum eſt in penſione imponenda, vt poſt ſolutam penſionem tantum beneficiato remaneat, vnde poſsit commodè viuere, Iura Epiſcopalia ſoluere, & beneficij omnia onera ferre. *a*

Illa quoque penſio improbatur, quæ per colluſionem conſtituitur, vt cum Rector Eccleſiæ vltrò patitur, vel etiam procurat ſibi litem fieri, vt ſub hac litis redimendæ ſpecie commentitio aduerſario aliquam penſionem fictæ, ſimulatæque tranſactionis cauſa pro mittat ſuper litigioſo beneficio. Nec is tutus erit, qui pactione prius inita penſionem obtinuerit, niſi Summi Pontificis ſeſe authoritate munierit.

a c. de monachis. cap. uacante. & c. cũ cauſam. de præbẽ. c. pri. de cõſib. Rebuf. ĩ praxi. benef. ti. de reſerua. nu. 19.

Ante omnia verò penſionis imponi onus vllum nõ debet, niſi Antiſtitis accedente authoritate, ſed non Pontifex Romanus ſolùm penſioni excipiendæ author eſſe poteſt, verùm etiam Legatus à latere eius profectus, alius autem Legatus non poteſt, niſi hoc ei ſpecialiter ſit conceſſum.

Item Epiſcopus penſionem deducere poteſt, ſi qua eum iuſta cauſa moueat, quæ euidentem Eccleſiæ vtilitatem importet, dummodò neque penſionis transferendæ poteſtatem eum facere poſſe, neque poſt eius mortem,

mortem, cui concedenda eſt, poſſe eam perpetuare intelligamus, hoc enim Ius ſoli Romano Pontifici competit, contra ſucceſſores quidem eius, qui ad eam ſoluẽdam tenebatur, hoc onus tranſit. *a*

a glo. & doc. c. niſi. de præben. Pariſ. conſ. 82. col. pri. li. 4. Rebuf. in praxi. ti. de reſeruat. nu. 20.

Item, qui aliquam Eccleſiam erigit, vt patronatum eius nanciſcatur, poteſt in eius fundatione penſionẽ de beneficio excipere, alij Eccleſiæ, aut ſibi Epiſcopi accedente conſenſu quotannis ſoluendam.

In primis quoque eius Rectoris conſenſus exigitur in penſione conſtituenda, qui id oneris ſubiturus eſt, quiſquis ſit is, qui penſionis onus eſt impoſiturus, ſeu Summus Pontifex, ſeu Legatus, ſeu Epiſcopus, quod etiam Regulis Cancellariæ ſanciri ſolet.

Sed neque infante minor, neque illegitimus, neque Excommunicatus, penſionis illius capaces ſunt, quæ vel beneficij loco, vel in titulum datur.

Extingui autem penſio poteſt etiam ſola partium conuentione, licet nulla Antiſtitis authoritas accedat niſi in alimenta ſit conſtituta, vel pecunia data redimatur, quemadmodum frequenter vſurpari videmus, quinqne forte, aut ſex aut ſeptem ad ſummum anticipatis penſionibus annuis, quibus caſibus receptum eſt Summi Pontificis authoritatem deſiderari. *b*

b habes tract. Gigã. de penſi. apud quem hec reperies.

De Iure Patronatus. Tit. XI.

QVIA Eccleſiæ, & beneficia, quæ alicuius in patronatu ſunt, propria quædam ab alijs diuiſa Iura habent, quæ & ipſa neceſſarium eſt intelligere, de his quoq; quatenus inſtituti huius noſtri ratio patitur dicamus.

Ius ergo Patronatus (ſeu aduocationem, ſeu cuſtodiam, ſeu alio noĩe quis illud appellet) eſt, quod alicui in Eccleſia acquiritur, vel competit eò quod ipſe, vel eius authores Eccleſiã poſuerĩt, ædificarĩt, vel ſuis opibus nõ minimũm auxerint, cõſenſu Epiſcopi adhibito ex quo Iure, cũ vtilitate honor, & onus ſimul reſultãt.

Poteſt autem quis huiuſcemodi Patronatus Iura

nanciſci

nanciſci ſeu Laicus ſit, ſeu Clericus (& ſi in collegiata Eccleſia longè infirmius habeat Ius Laicus) *a* quicũque enim vel fundum. Eccleſiæ ædificãdæ largitus fuerit, vel Eccleſiam ſuis ſumptibus ædificarit, vel ædificatæ non ſordidam dotem dederit, vt hoc Ius nanciſceretur, in ipſa Eccleſia Ius adipiſcitur patronatus, adeo vt ſi quiſpiam ſolus tria hæc præſtiterit, vel vnum ex his, ſoli etiam totum hoc Iuris integrè quæratur, ſin tria hæc munia à duobus vel pluribus diuiſim obita ſint, ambo, vel omnes illius Eccleſiæ acquirent patrocinium. *b*

a c. meſſana. c. ſacroſancta. de elect.

b c. quicumque. c. decernimus. 16. q. 7.

At decreuit ſancta Synodus Tridentina, vt titulus Iuris patronatus ſit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs requiſitis à Iure oſtendatur, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominũ memoriam excedat, aliasve ſecundum Iuris diſpoſitionem. In his vero perſonis, ſeu communitatibus, vel vniuerſitatibus, in quibus id Ius plerumque ex vſurpatione potius quæſitum præſumi ſolet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur, nec immemorabilis temporis probatio aliter eis ſuffragetur, quàm ſi preter reliqua ad eam neceſſaria præſentationes etiam continuatæ non minori ſaltem quàm quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur, reliqui patronatus omnes in beneficijs tam Secularibus, quàm Regularibus, ſeu Parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuscumque alijs beneficijs, in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia, ſeu facultates, & priuilegia conceſſa tam in vim patronatus, quàm alio quocumque Iure nominandi, præſentandi, eligendi ad ea, cum vacant, exceptis patronatibus ſuper Cathedralibus Eccleſijs cõpetentibus, & exceptis alijs, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu regna poſſidentes, aliosque ſublimes, & ſupremos Principes Iura Imperij in dominijs ſuis habentes, pertinent, &, quæ infauorem ſtudiorum generalium conceſſa ſunt, in to-

tum

tum prorſus abrogata, & irrita cum quaſi poſſeſſione inde ſecuta intelligantur, Beneficiaq; huiuſmodi tam quam libera à ſuis collatoribus conferantur, ac proui ſiones huiuſmodi plenum effectum conſequantur. *a*

a cap. 9. in pri. ſeſſ. 25. de reforma.

Item ſtatuit vt patronatus quicumq; in Eccleſijs, & quibuſcumq; alijs beneficijs etiam dignitatibus an tea liberis acquiſiti à quadraginta annis citrà, & in fu turum acquirendi, ſeu ex augmento dotis, ſeu ex noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam authoritate Sedis Apoſtolicæ, ab iiſdem Ordinarijs vti delegatis, vt ſuprà, qui nullis in his facultatibus, aut priuilegijs impediantur, diligenter cognoſcantur, &, quos non re pererint ob maxime euidentem Eccleſiæ, vel benefi-cij, ſeu dignitatis neceſsitatem legitimè conſtitutos eſſe, in totum reuocent, atque beneficia huiuſmodi ſi-ne damno illa poſſidentium, & reſtituto patronis eo, quod ab eis idcirco datum eſt, in priſtinum liberta-tis ſtatum reducant, non obſtantibus priuilegijs, con-ſtitutionibus, & conſuetudinibus etiam immemora-bilibus. *b*

b c. 9. in fi. ſeſſ. 25. de reformat.

Ex iſto autem Iure patronatus patroni hæc conſe-quentur, vt ipſi idoneos Rectores in illis Eccleſijs Epi ſcopo offerre poſſint inſtituendos, quibus ſpretis ſi E-piſcopus ibi alios inſtituerit, nihil egerit, iſq; inſtituē-dus erit, quem ipſe Patronus præſentarit. *c*

c d. c. quicū que. c. decer nimus 16. q. 7.

Nec deſunt alia commoda patronis, qui Eccleſiæ fundandæ, vel locupletādæ ſuis copijs opem tulerint, nam, ſi forte ipſi, aut eorum filij eò inopiæ redacti fue-rint, vt ſuppetijs alienis egeāt, ab eadem Eccleſia præ ſidium vitę pro temporis vſu percipient. *d* Sed & ſuus honor Patrono ſeruatur, nam procedentibus, atq; vr-bem, vel Eccleſiam ſupplicationum gratia ambienti-bus Eccleſiæ ipſius Clericis primus eximiusque in eo ordine locus Patrono debetur. *e*

d d. ca. qui-cumq;.

e c. nobis. eo. tit. de Iu re patrona.

Ipſe autem Patronus Eccleſiæ tutelam ſic ſuſcipe-re debet, vt, quoad poſsit, eam ab omni iniuria tuea-tur, &, cum Presbyterum in ea inſtitutum Eccleſiæ nō eſſe vtilem cognoſcit, quia forte frugi non ſit, ſed dila

pidator,

pidator, bonorumq; inhoneſtus concoctor, Epiſcopo denuntiare debet. *a*

Non tamen credat Clericus, qui Eccleſiæ patronus eſt, ſibi licere ad eam Eccleſim ſe ipſum offerre inſtituendum, quamuis alioqui valde idoneus ſit, pluribusq; meritis adiuuetur, nemo enim ſe ingerere debet Eccleſiaſticæ præfecturæ officijs, *b* neque habet Patronus vendendi Ius per ſe, vel donandi, vel tamquam proprijs vtendi rebus Iuris patronatus; *c* nec vllum omnino grauamen Eccleſiæ imponere poteſt, nihilq; ex ipſa præter antiquos, & moderatos reditus à locorum Epiſcopis inſtitutos exigere. *d*

Conſtituit quoq; idem Sacroſanctum Concilium Tridentinum ſub Pio Quarto ne Patroni beneficiorum, cuiuſcumque ordinis, & dignitatis, etiam ſi communitates, vniuerſitates, Collegia quæcumq; Clericorum, vel Laicorum exiſtant, in perceptione fructuum, prouentuum, obuentionum quorumcumq; beneficiorum, etiam ſi verè de Iure patronatus ipſorum ex fundatione, & dotatione eſſent, nullatenus, nulla ve cauſa, & occaſione ſe ingerant, ſed illos liberè Rectori, ſeu beneficiato, non obſtante etiam quacumque conſuetudine, diſtribuendos dimittant. Item conſtituit, ne patroni Ius patronatus venditionis, aut alio quocumque titulo in alios contra Canonicas ſanctiones transferre præſumant, ſin ſecus fecerint, excommunicationis, & interdicti pœnis ſubijciantur, & dicto Iure patronatus ipſo Iure priuati, exiſtant. *e*

Non licet etiam Clericis Eccleſias à parẽtibus ſuis fundatas propria authoritate retinere, aut Laicis, vel Laicorum filijs concedere, *f* ſed ſicut Patroni Iura per Epiſcopum minui non poſſunt, ſic econtrà non poteſt Patronus ſine Epiſcopi authoritate Ius ſuum exercere, nam præſentatio Patroni, vt inſtitutio ſubſequatur Epiſcopi deſiderat, cui quidem Epiſcopo nullum certum tempus ad inſtitutionem faciendam legibus diffinitum eſt, ſed iudicis arbitrio relinquitur. *g* Epiſcopo autem etiam ex eadem Synodo licebit, præſentatos

a c. filijs. 16. q. 7.

b c. per noſtras. eo. tit. de Iure patronat.

c d. ca. quicumq;.

d c. prætere a. eo. ti. de Iure patro.

e d. cap. 9. uerſ. patroni autẽ. ſeſſ. 25. de refor mat.

f c. conſuluit. eo. tit. de Iure patro.

g Abb. c. 2. de conceſ. pb. Citad. quæ. 53. n. 105.

tatos à Patronis, ſi idonei non fuerint, repellere, quòd ſi ad inferiores inſtitutio pertineat, ab Epiſcopo tamen iuxta aliàs ſtatuta ab eadem Synodo, examinandi ſunt, alioquin inſtitutio ab inferioribus facta, irrita erit, & nanis. *a* Statutum etiam olim eadem Synodo ſub Paulo Tertio fuit, vt præſentati, ſeu electi, vel nominati à quibusuis Eccleſiaſticis perſonis, etiam Sedis Apoſtolicæ nuntijs ad quæuis Eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cuiusuis priuilegij, ſeu conſuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præſcriptæ, niſi fuerint prius à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti, & nullus appellationis remedio ſe tueri poſsit, quominus examen ſubire teneatur, præſentatis tamen, electis, ſeu nominatis ab vniuerſitatibus, ſeu Collegijs generalium ſtudiorum exceptis. *b*

a d. cap. 9. verſ. ad hæc liceat. ſeſſ. 25. de reformat.

b c. 13. ſeſſ. 7.

At Laicus Patronus, qui Epiſcopi neglecta authoritate Clericos in Eccleſia inſtituerit, poſſeſsionesve, aut alia Eccleſiaſtica bona ex ſententia ſua libere diſtribuerit, anathemate eſt feriendus. Et Clericus, qui Eccleſiam per Laicos ſine proprij Epiſcopi authoritate acceperit, communione priuatur, ſi verò in ea etiam perſiſtere non dubitarit, à miniſterio Eccleſiaſtico, & ordine deponetur. *c* Si tamen Laicus Ius patronatus ſibi competens eidem, vel alteri Eccleſiæ, vel alij loco Religioſo contulerit, quamuis ſine Epiſcopi aſſenſu, conceſsio valebit, ſed nihil tamen per hoc Iuri Epiſcopi derogatum cenſebitur, & tunc (quamuis Patronus Laicus, qui ſuum Ius tranſtulit, quadrimeſtre tempus duntaxat ad præſentandum haberet) locus tamen pius, in quem tale Ius tranſlatum fuerit, ſemeſtri potietur, nam, quod ad prçſentãdi Ius attinet, non Laici, cui ſucceſsit, ſed Eccleſiaſticorum Iuribus locus hic pius vti conceditur. *d*

c ca. prætereà, pri. & c. relatum. eo. tit. de Iure patr.

d c. vni. eo. tit. in 6.

Epiſcopi autem Ius in faciendis inſtitutionibus adeò firmum & ſtabile eſt, vt quamuis Ius patronatus ad exemptos perueniret, nihilo tamẽ magis Epiſcopi

Ius

Ius tollatur, vel debilitetur, *a* quinimo, ſi Epiſcopus aliquis ſit patronus Eccleſiæ in alienæ Diœceſi poſitæ, ipſius ſola authoritas non ſufficiet, ſed ab illius Diœceſis Epiſcopo inſtituendus erit ille, quem Epiſcopus Patronus idoneum præſentarit. *b*

Cum autem Patronus quempiam virum idoneum coram Epiſcopo inſtituendum conſtituerit, ſi eo non repudiato alterum poſtea æquè idoneum ſtiterit, vter eorum præſe endus ſit, iudicio Epiſcopi relinquetur, ſi Laicus ſit Patronus, ſi verò Collegium, aut perſona Eccleſiaſtica Ius patronatus habeat, prior tempore oblatus potior habebitur. *c* At ſi Epiſcopus idoneũ Clericum ſibi à Patrono oblatum admittere noluerit, alterque ab eodem adductus pariter idoneus, & ab Epiſcopo admiſſus corporalem poſſeſsionem acceperit, melior poſsidentis erit conditio, quoniam, antequam præſentatio per Epiſcopum admittatur & approbetur, ratum non eſt, quod à Patrono fuerat inchoatum. *d*

Epiſcopus tamen, qui hominem idoneum ad ſe à Patrono adductum doloſe recuſarit inſtituere, de beneficio competenti prouidere illi compelletur. *e*

Epiſcopus verò ſolus etiam, adeò negligente Metropolitanus, alijque ſuperiores immediati ſucceſsiue. *f* illis Eccleſijs prouidebunt intra nouum ſex mẽſinum ſpatium, *g* de quarum patronatu contentio cum eſſet inter Eccleſiaſticas perſonas, nec conſtaret, quis patronus eſſet, *h* vltra ſex menſes à vacationis tempore electio Rectoris ſit dilata, vel vltra quatuor, cum Laici eſſent, qui diſceptabant, *i* vt tamen nullum illi in poſterum præiudicium fiat, qui ſuperior in lite fuerit, quin ipſe eum ſiſtere debeat, quem Epiſcopus inſtituendum decreuerit, ac cæteros omnes deinceps, qui in eâ Eccleſia erunt inſtituendi. *K*

Interdum etiam contingit, vt Ius præſentandi vnà cum Patrono competat etiam ei, qui omnino Patronus nõ ſit, finge enim (gratia exẽpli) Patronale beneficium in alterius Eccleſiâ, vel Parrochia eſſe, hoc caſu profectò

a c. cũ ſecundũ extra. eo. tit. de Iure patronat.
b c. ſignificaſti. eo. tit.
c c. ſi autẽ. eo. tit.
d c. quod autem. eo. tit.
e c. paſtoralis officij in fi. eo. tit.
f Cittad. in tract. de Iure patro. q. 25.
g Cittad. ubi ſupra quæſt. 43.
h Abb. c. cũ ꝓpter. Cittad. ubi ſupra. 3. art. 6. part. 1. ſt. 24. nu. 42.
i c. eam tẽ. c. cum propter laicorum. eo. tit.
K c. ſi necrò ordinatio. eo. tit.

a Io. Selua, trac. de beneſ. quaeſt. 22. 2. part. n. 41. & ſeq.

b c. un. de capel. monach. in 6. ubi glo. cle. un. de ſupl. negl. praela. ubi glo. Ab. c. extirpanda. §. quia vero. de pb.

c c. cum venerabilis, et c. pe. de religioſ. dom.

d c. 2. eo. ti. de religi. dom.

e c. pri. ubi Abb. eo. tit.

f c. recipimus. c. cum capella. de priuileg.

profectò illius Eccleſiæ, vel Parrochiæ Prælatus vnà cum patrono inſtituendum præſentabunt. *a*

Aliud deinde eſt Ius Iuri patronatus in multis ſimile, ſed ab eo tamen etiam in multis abſimile, ideſt, cũ Religioſi Eccleſiam aliquam ſibi ſubiectam habent, tam quò ad ſpiritualia, quam quò ad temporalia, in qua tamen pleno Iure inſtituere non poſſunt, nec curam populi committere, ſed authoritas Epiſcopi deſideratur, nam hoc Ius ita à patronatu differt, quod, qui illud habent, ipſi reditus Eccleſiæ illius percipiunt, & congruam portionem Rectori aſſignant, at, qui patronatum habent, nihil redituum percipere poſſunt, ſed integri prouentus Rectori inſtituto permittuntur. *b*

De Religioſis domibus, earumque ſubiectione. Tit. XII.

SCIENDVM eſt, hoc generale eſſe, vt, quoduis Monaſterium, & quælibet Eccleſia ei Epiſcopo ſubiecta ſit in cuius ſita eſt Diœceſi, niſi ea Eccleſia, vel Monaſterium priuilegium exhibeat, quo ſe probet Iuriſdictioni eius ſubtractum, *c* nec ideo Epiſcopi Iura in Eccleſiis ſuæ Diœceſis minuentur, quod illa Eccleſia alteri vnita ſit alterius Diœceſis Eccleſiæ. *d*

Si verò ambigi contingat, cuius Epiſcopi is locus Diœceſis ſit, in qua extat Eccleſia, & propterea incertũ ſit, à quo ſit Baſilica conſecranda, ad illum eundum erit Epiſcopum conſecrationes gratia, qui in eo loco hactenus Epiſcopalia iura exercuerit. *e*

Sunt tamen quandoque Eccleſiæ proprijs priuilegijs per Sum. Pontificem cõceſſis ab Epiſcoporum Iuriſdictione immunes, & ſolius Apoſtolicæ Sedis ditioni parent, *f*. Cæterum exemptionem Eccleſiæ conceſſam ipſa Eccleſia, & ipſius Monaci, vel Canonici, Clericos etiam, & Conuerſi, perpetuoque oblati, non autem Eccleſiæ ipſius Presbyter, qui Parrochianorum curam habet, quò ad ea, quæ ad curam eandem pertinent, nec ipſi Parrochiani intelliguntur exempti.

Verùm

Verùm ſi Canonici alicuius Eccleſiæ eximuntur, ipſi ſoli Canonici,non autem Eccleſiæ, vel alij eius Clerici ſunt exempti. Si autem Clerici cuiuſuis Eccleſiæ eximantur, tàm Canonici quàm alij Clerici exempti cenſebuntur, non tamen Eccleſia, niſi aliud in exemptionis priuilegio exprimatur. *a*

Item, quamuis Monaſterium aliquod exemptum ſit, hoc priuilegio tamen Capellæ ei ſubiectæ perfrui non conceduntur. *b* Et demum, quibus certæ rei, vel loci ratione priuilegium exemptionis conceſſum eſt, eodem priuilegio pro alia re, aliove loco non potientur. *c*

Item ſciendum eſt, quod quibus hoc priuilegij conceſſum eſt, ne teneantur, niſi ſub Sum. Pontifice, uel ſub certo Iudice reſpondere, effugere tamen non poſſunt,quin ratione delicti, & contractus, ac rei ſitæ coram Ordinario conueniantur, ſi modo non in loco exempto delictum, aut contractus initus, ſitave res ſit. Quod ſi neq; in loco exempto, neq; in eo loco in quo deliquerunt, uel contraxerunt,aut in quo res ſita eſt, ſed alibi domicilium habeant, non licebit locorum Diœceſanis domiciliorum prætextu eos illuc remittere, vbi deliquerunt, vel contraxerunt, vel vbi ſita res eſt, ſi ibi conueniantur,nec ipſis,vt ibi reſpondeant, iniungendi aliquam habent poteſtatem. *d*

Monaci, qui ab exempto Monaſterio ad prioratus ordinarij ſubiectos transferuntur, quamdiu ibi morantur, ordinarijs ſubiacent, vt ab eis etiam interdici, ſuſpendi, vel excommunicari poſſint, quamuis priuilegium hoc Monaci Prioris Monaſterij haberent, ne à quocumq; interdici, ſuſpendi, vel excommunicari poſſint, idq; priuilegium in eo Monaſterio exempto ſeruandum eſſet in his,quæ in ipſo priuilegij diplomate expreſſa ſunt, vt hæc omnia Innocentius Quartus in generali Concilio Lugdunenſi diffiniuit. *e* Quam Innocentij Conſtitutionem etiam ſancta Synodus Tridentina ſub Paulo Tertio innouauit,addendo etiã inſuper, vt in Ciuilibus cauſis mercedum, & miſera-

a c per exēptionem de priuil. in 6.

b c. ex ore. extra de priuileg.

c c.cum capella. extra de priuil.

d c.1.§ pri. de pri. in 6.

e d.c. pri.§. Monaſterio. de priu.in 6

bilium perſonarum Clerici Seculares, aut Regulares extra Monaſterium degentes quomodolibet exempti, etiam ſi certum Iudicem a Sede Apoſtolica deputatum in partibus habeant, in alijs vero, ſi ipſum Iudicem non habuerint, coram locorum Ordinarijs tamquam in hoc à Sede ipſa Delegatis conueniri, & Iure medio ad ſoluendum debitum cogi, & compelli poſſint, priuilegijs, exemptionibus, conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nequaquam valituris. *a*

a cap. 14. ſeſſ. 7.

Sed & eadem alma Synodus ſub Pio Quarto cognoſcens, quod priuilegia, & exemptiones, quæ varijs titulis plerumque conceduntur, hodie perturbationem in Epiſcoporum Iurisdictione excitare, & exẽptis occaſionem laxioris vitæ præbere dignoſcuntur, ea propter conſtituit, vt, ſi quando iuſtis, grauibus, & ferè neceſſarijs ſuadentibus cauſis aliquos honorarijs titulis Prothonotariatus, Acolythatus, Comitis Palatini, Capellani Regij, aut alijs huiusmodi in Romana Curia, vel extrà, in ſignibus decorandos eſſe placuerit, nec non alios cuicumque Monaſterio oblatos, vel quomodocumque addictos, aut ſub nomine ſeruientium militijs, ſeu Monaſterijs, Hoſpitalibus, Collegijs, aut quocumque alio titulo aſſumi, nihil ex ijs priuilegijs detractum eſſe Ordinarijs intelligatur, quominus ij, quibus ea iam conceſſa ſunt, vel in poſterum concedi contigerit, ipſis Ordinarijs tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegatis, plenè in omnibus, & quò ad Capellanos Regios, iuxta ſupra memoratam Conſtitutionem Innocentij Tertij, quæ incipit, Cum Capellæ, *b* ſubiecti exiſtant exceptis tamen his, qui prædictis locis, aut militijs actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſubq; eorũ obedientia viuunt, ſiue ijs, qui legitimè, & ſecundum regulam earundem militiarum profeſſionem fecerint, de qua Ordinario conſtare debeat, non obſtantibus priuilegijs quibuscumque etiam Religionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, & aliarum militiarum, quæ

b extra. de priuil.

vero

vero priuilegia reſidentibus in curia Romana vigore Eugenianæ Cõſtitutionis, quæ incipit, Diuina, poſitæ ſub titulo de Priuilegijs. *a* aut familiaritatis Cardinalium competere ſolent, ea in ijs, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minimè locum intelligantur habere, ſed Ordinarij Iuriſdictioni ſubiecti permaneant, non obſtantibus quibuscunque inhibitionibus. *b* Eugenius enim Quartus prædicta conſtitutione ſanxerat, ne Ordinarij poteſtatem habeant, cenſuris Eccleſiaſticis diſtringendi ſubditos ſuos, dum propter ſua negocia Romam eunt, ibique morantur, vel ab ea diſcedunt, neue eos beneficijs, aut officijs priuare poſſint.

a in extrauag. diuina. de priuil.

b cap. 11. ſeſſ. 24.

De Conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris. Tit. XIII.

NON eſt autem temerè concedendum, vt cuiuis liceat ſuo arbitrio Eccleſias ponere, ſed, vt rei tantæ ſua dignitas, quantum fieri poteſt, ſeruetur, certæ ſolennitates introductæ ſunt, quæ præire debeant in Eccleſia facienda. Nam primum nemo Eccleſiam ædificare debet, antequam Epiſcopus Ciuitatis eò accedat, & Crucem ibi figens publicè atrium deſcribat, ac prius ille, qui ædificaturus eſt, præfiniat, quæ ad luminarium, & cuſtodum ſumptus ſufficiant, & demonſtrata donatione ſic domum ædificet, qua erecta atrium aqua benedicta aſpergatur, *c* poſtea Deo per conſecrationem ab Epiſcopo dedicetur cum Miſſæ, celebratione. *d*

Conſecratio autem fit ſuperficiei interioris parietum delinitione cum crucibus, *e* ſed oratorium non conſecratur, quia ad orandum, non ad celebrandum ædificari ſolet. *f*

Eccleſijs Deo ſemel ſacratis non eſt denuo conſecratio adhibenda, niſi aut incendio, aut alia ruina deſecratæ ſint, quo caſu omnia ex integro agẽda erũt, perinde

c c. placuit. pri. q. 2. c. 1. de cõſecrat. diſt. pri.

d cap. omnes baſilicæ diſt. pri.

e Abb. cap. ꝓpoſuiſti. n. 7. eod. tit. de cõſecrat. Eccleſ.

f c. fi. de cen. ſib.

perinde ac ſi nunquam conſecratæ fuiſſent, ſed etſi incertum ſit, vtrùm olim conſecratæ fuerint, an id minus, cum nec certa ſcriptura, nec teſtes exiſtant, à quibus indubitatè id ſciri poſſit, nihil prohibet, eas denuo à capite conſecrari, At, cum Eccleſiæ aut homicidio etiam citra ſanguinem, aut ſeminis, vel ſanguinis humani effuſione fœdantur, ea labes vino aqua diluto, & cinere abſtergenda eſt, quæ appellatur reconciliatio. *a* Et, qui in Eccleſia ſanguinis, aut ſeminis effuſione polluta ſcienter celebrare auſus fuerit, temerariè omninò aget, quamuis irregularitatem, (cum id non ſit expreſſum in Iure) non incurrat. *b* Sed non omnis tamen ſanguinis effuſio, ſed ea tantùm, quæ mixtam iniuriam habet, Eccleſiam polluit, quare, ſi cui vel naturaliter ſanguis effluxerit, vel caſu aliquo emiſſus ſit, vel ioco, non idcirco polluta erit Eccleſia, ſed nec, ſi minimum quid ſanguinis, duæ puta, aut tres guttæ, etiam cum iniuria ſit effuſum. *c*

Eccleſia autem conſecrata, cuiuſcumque ſeminis fuerit, vel ſanguinis effuſione polluta, aqua protinus exorcizata lauanda eſt, ne diuinæ laudis organa ſuſpendantur. *d*

At, quod diximus, Eccleſiam poſt conſecrationem pollutam poſſe reconciliari, & à macula iniuſta purgari, etiam de cœmiterio Eccleſiæ intelligendum eſt, nam, ſi Eccleſiæ contiguum ſit cœmiterium, polluta Eccleſia & ipſum cœmiterium pollutum erit, nec debebit quis in eo ante abſterſionem ſepeliri, quod contrà erit, ſi ab Eccleſia ſeiunctum fuerit cœmiterium; ipſo verò cœmiterio polluto, quamuis Eccleſiæ annexo, non tamen Eccleſia polluta erit. *e*

Conſecratio Eccleſiæ etiam priuatis diebus fieri poteſt, *f* quamuis ſacri ordines non niſi ſtatutis à Iure diebus conferri poſſint, vt ſuprà docuimus, honeſtius tamen in diebus feſtiuis conſecratio fiet. *g*

Eccleſiam, in qua mortuorum cadauera fideliũ, ſiue infidelium ſepeliuntur, ſanctificare non licet, ſed ſi

a c. Eccleſia ſemel. ea. diſtin. de conſecr. & c. ſolennitates. ea. pri. diſt. & c. propoſuiſti, ubi Abb. & c. fi. eo. tit. de cõſecr.

b c. is qui in Eccleſia. de ſenten. excõ. in 6.

c glo. d. c. 1. eo. tit. de cõſecr. Eccleſ.

d c. fi. eo. tit. de cõſecrat.

e c. un. eod. tit. in 6.

f c. 2. eo. ti. extra.

g habetur ĩ Pontificali.

apta videatur ad conſecrandum, inde euulſis corporibus, & raſis parietibus, ac tignis eius loci reædificetur, at, ſi hæc conſecrata ante fuerit, miſſas in ea celebrare licebit, ſi modò fideles fuerint, qui in ea ſepulti ſunt. *a*

Non ſolùm autem Eccleſia certis ſolennitatibus ſacra efficitur, ſed etiam Altaria ſtatas ſolennitates quaſdam deſiderant in eis conſecrandis, nec, niſi lapidea ſint, conſecrari poſſunt. *b* Solennitates ſunt hæ, nam poſt Altaris inunctionem Chriſmate factam, & benedictionem ei à Summo Sacerdote tributam, *c* in facie ipſius Altaris, vel in dextro cornu fœneſtella aperitur, in qua Sacræ Sanctorum Reliquiæ conduntur, vnà cum nomine illius Sancti, cui Altare dicatur, & nomine Epiſcopi ipſius, qui ſacrum facit, quæ fœneſtella deinde paruo lapide quadrato, vel rotundo operitur qui lapis ſigillum appellatur. *d* Quæ quidem in Altari immoto, & ſtabili procedunt, ſed & alia Altaris forma eſt, quod portatile, vel viaticum appellatur, quia per diuerſa loca facilè transferri poteſt, & itineri etiam eſt aptum, eſtque lapis paruus foramen habens, & conſecrationem lapide ſuper impoſito. *e* Poſſunt etiam plura Altaria in eadem Eccleſia ſimul conſecrari. *f* Altari autem amoto, & ſigillo fracto, & diminuto conſecratio denuo adhibebitur. *g*

Id ne ignoretur, quod ſemel Deo dicatum non eſt ad vſus humanos amplius transferendum. *h*

a c. Eccleſiã. diſt. 1. eo. ti.

b c. Altaria. ea. diſt. & ti.

c c. vn. §. fin. de ſacra unct. c. Altaria. c. placuit. ea. diſt. & t.

d Abb. c. 1. ex. eo. tit.

e Abb. d. c. pri.

f cum ſis. eo. tit. extra. de conſecrat.

g d. c. pri. extra eo. tit.

h cap. ſemel Deo. de reg. Iur.

De Eccleſiis ædificandis, ſarciendis, & reſtituendis. Tit. XIIII.

SI QVANDO contingit Eccleſias inſtauratione aliqua egere, puta, vt tecta, aut parietes ruinam minantes ſarciantur, vel fulciantur, aut iam lapſi reſtituantur, ſubire hoc onus debebit ipſius Eccleſiæ Rector, ſi quarta huic vſui à ſacris Canonibus & reditibus Eccleſiæ aſſignata non ſufficiat, & ipſi Rectori prouentus ſuperſint, vnde hos ſumptus fer-

re poſſit, nullaque conſuetudo hoc oneris ad Laicos tranſtulerit. *a*

a c. pri. ubi gloſ. & c. de his. de Eccl. edif.

Huic quoque rei Concilium Tridentinum ſub Pio Quarto prouiſionem opportunam adhibuit, dum ſanxit, vt Epiſcopi etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati (ne ea, quæ ſacris miniſterijs dedicata ſunt, temporum iniuria obſoleſcant, & ex hominum memoria excidant) transferre poſſint beneficia ſimplicia etiam Iurispatronatus ex Eccleſijs, quæ vetuſtate, vel aliàs collapſæ ſunt, & ob eorum inopiam nequeant inſtaurari, vocatis his, quorum intereſt, in matrices Eccleſias, aut alias locorum eorundem, ſeu viciniorum arbitrio ſuo, atque in ijsdem Eccleſijs erigant Altaria, vel Capellas ſub ijsdem inuocationibus, vel in iam erecta Altaria, vel Capellas transferant, cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Eccleſijs impoſitis, Parochiales verò Eccleſias, etiam ſi Iurispatronatus ſint, ita collapſas refici, & inſtaurari procurent, ex fructibus, & prouentibus quibuscumque ad eaſdem Eccleſias quomodocumque pertinentibus, qui, ſi non fuerint ſufficientes, omnes Patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſijs prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant, quacumq; appellatione, exemptione, & contradictione remota, quòd ſi nimia egeſtate omnes laborent, ad matrices ſeu viciniores Eccleſias transferantur, cũ facultate tam dictas Parochiales, quàm alias Eccleſias dirutas in prophanos vſus non ſordidos erecta tamen ibi Cruce conuertendi. *b*

b ca. 7. ſeſſ. 21.

Item ſciendum, licere interdum in aliena Parochia nouam Eccleſiam ædificare, ſi publica vtilitas id flagitet, veluti, ſi ita abſit Parocha Eccleſia, vt non facilè aiabus curæ eius creditis, vbi neceſſitas exegerit, preſtò eſſe poſſit, ex quò ſæpe eueniat, plures animas in periculum adduci, tunc enim Eccleſia conſtrui poterit, quæ animabus oportunior ſit, & ipſi Eccleſiæ veteri Ius Rectoris in ea præſentandi vnà cum patrono,

qui

qui eam fundauerit, competet. *a*

Idque etiam eiusdem Concilij Tridentini conſtitutione ſancitum eſt, cum decreuerit, vt Epiſcopi in his locis, in quibus ob locorum diſtantiam, ſiue difficultatem Parochiani ſiue magno incommodò ad percipienda ſacramenta, & diuina officia audienda accedere non poſſunt, nouas Parochias etiam inuitis Rectoribus iuxta formam modò narratæ conſtitutionis, quæ fuit Alexandri Tertij, conſtituere poſſint. Illis autem Sacerdotibus, qui de nouo erunt Eccleſijs nouiter erectis præficiendi, competens aſſignetur portio arbitrio Epiſcopi ex fructibus ad matricem Eccleſiam quomodocumque pertinentibus, Et, ſi neceſſe fuerit, compellere poſſint populum ea ſubminiſtrare, quæ ſufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum ſuſtentandam, quacumque reſeruatione generali, vel ſpeciali, vel affectione ſuper dictis Eccleſijs non obſtantibus. Neque huiuſmodi ordinationes, & erectiones poſsint tolli, nec impediri ex quibuscumque prouiſionibus etiam vigore reſignationis, aut quibuſuis alijs derogationibus vel ſuſpenſionibus. *b*

a c.3. incip. ad audientiam. extra. eo. tit. de Eccleſ. ædif.

b ca. 4. ſeſſ. 21. uerſ. In his uerò.

De Renunciatione. Tit. XV.

QVI Beneficia, vel dignitates aliquas habent, illas interdũ reſignãt, quod cũ venia Prælati, cui ſub ſunt, & in manibus eius facere debent, *c* nam, Si non in manibus Prælati, ſed eo inconſulto, vel forte etiam in manibus Laici cuiuspiam, quis Sacerdotium ſuum abdicarit, nulla erit abdicatio, quod ad Prælati præiudicium attinet, ſanè ipſi Clerico renuncianti oberit, hoc Laico tribuiſſe, ut in eius manibus ſuum beneficium cederet, præſertim ſi idem ab eo ſibi conferri feciſſet, nam hoc ipſo beneficio erit ſpoliandus. *d*

Puram quoque, & liberam eſſe oportet renunciationem, quæ in manibus Ordinarij fit, quare ſiue ſub

c cap. admonet. eo. ti. de renunciat.

d c. quod in dubijs. eo. ti.

conditione facta ſit, ſiue in fauorem, & commodum alicuius, ſiue reſeruato regreſſu, vel ingreſſu nullius erit momenti, *a* conditio enim ac pactio omnis in renunciatione interpoſita Simoniæ vitium parit. *b* In manibus quidem Summi Pontificis ſub conditione, vel pactione facta reſignatio valet, ipſius enim Summi Pontificis ſuprema authoritas Simoniæ vitium purgare poteſt. *c*

a c. ex parte vbi gl. et doc. de offic. deleg.
b cap. fi. de pac. cap. tua nos. de Simon.
c d. c. ex parte. ubi doct.

Sed tamen hodie Sacrum Concilium Tridẽtinum ſecum reputans, in beneficijs Eccleſiaſticis, ea, quæ hæreditariæ ſucceſſionis imaginem referunt, ſacris conſtitutionibus odioſa eſſe, & patrum decretis cõtraria, decreuit, vt nemini in poſterum acceſſus, aut regreſſus etiam de conſenſu ad beneficium Eccleſiaſticum cuiuſcumque qualitatis concedatur, nec hactenus conceſſi ſuſpendantur, extendantur, aut transferantur, vtq; hoc decretum in quibuſcumque beneficijs Eccleſiaſticis, ac etiam in Cathedralibus Eccleſijs, ac in quibuſcumque perſonis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus locum habeat. *d*

d cap. 7. in pri. ſeſſ. 25. de refor.

Quiſquis autem beneficium ſuum ſemel renunciarit, ſciat ſibi ad illud repetundum viam eſſe interclusam, *e* cuius quidem renunciationis vel ex ipſius renunciantis confeſſione, vel etiam ex Epiſcoporum literis indubitatum ſumetur teſtimonium. *f* Sed, & ſi nondum ceſſerit, cedendi tamen à Prælato licentiam, impetrarit, non licebit ei poſtea conſilio mutato, à ceſſione abſtinere, ſed à Prælato cedere cogendus erit, *g* quod ſi contigerit, eum, qui vltrò reddiderit beneficiũ, denuò ad illud eligi, nihil ei obſtabit olim facta renũciatio, quamuis etiam Iureiurando firmata eſſet. *h* Item, ſi quis probauerit, ſe non vltrò, ſed coactum metu reſignaſſe, audiendus erit, adſtringeturq; reus, qui ei voluntariam exceptionem obijcit, in exceptione cauſam exprimere, qua ad renunciandum actor adductus fuerit. *i*

e c. ex tranſmiſſa. eo. ti.
f c. in preſentia. eo. ti.
g ca. quidã. eo. tit.
h c. 2. eo. ti.
i c. ſup. hoc eo. ti.

Si quis amica, & beneuola Canonicorum gratia potius, quàm literarum Pontificarum authoritate cu-

piens

piens beneficium conſequi, ipſorum Canonicorum ar bitrio mitis ſe ſubmittere dixerit, non propterea vide tur literarum Pontificiarum, quas habebat, fauorem, hac ſua comitate repudiaſſe, nec ei nocebit illiberalis Canonicorum contumacia detrectantium literas Pō tificias exequi, *a* quod etiam certius erit, ſi ex ipſis li teris inſtitutio ſecuta iam fuerit, tūc enim (quod plus eſt) etſi ipſis aduerſarijs literas Apoſtolicas veluti eas abnuens, & Canonicorum gratiæ meræ ſe ſubmittens reddidiſſet, hoc tamen facto inſtitutionis ſibi quæſitæ Iure ex contumaci aduerſariorum, & impudenti audacia ſeu pertinacia non priuabitur; potuiſſet tamen illi hoc incautum eius factum nocere, ſi nondum inſtitutus fuiſſet, cum literas Apoſtolicas prodegit. *b*

a c. ueniēs ad Apoſtolicam.

b cap. ſanè.

Item, ſi quis Prælatus, dum corporis ægritudine op preſſus breui ſe moriturum ſuſpicaretur, ſuos ſubditos abſoluerit, ne ſibi parere tenerentur, non idcirco tamē præfecturam videtur abdicaſſe. *c*

c c. lectæ.

Poteſt Epiſcopus, qui vel perſecutionem veritus, vel aduerſa valetudine, aut propria inſcitia deterritus, vel Simoniæ vitium, quod clam ſe, in ſui commodum fuerat commiſſum, peroſus, aliave ſimili cauſa adductus Epiſcopatum depoſuerat, ſeque ad Religionem tranſtulerat, ad Epiſcopatum denuò aſſumi, quod tamen ei tunc non permitteretur, cum propter ſuum cri men ſe ab eo remouiſſet. *d*

d c. q? tranſlationem.

Renunciatio etiam per procuratorem adhoc ſpecialiter conſtitutum fieri poteſt, & ſera erit Domini pœnitentia tunc mandatum reuocare volentis, cum procurator animi ipſius ignorans mutationem, Prælato non minus eā mutationem ignorāti iam beneficiū reddiderat, niſi vel procurator, vel Prælatus doloſe cu raſſent, ne ad ſe reuocationis nuntium perueniret. *e*

e c. le. un. eo. tit.

Non tamen omnibus permittitur officium, vel dignitatem ſuam arbitrio ſuo deponere, nam & ſi Epiſcopus aliquis ſenectutem cauſatus ſucceſſorem ſibi dari poſtulet, non facilè impetrabit, ſi alioqui Eccleſiæ neceſſarius, uel ſaltem vtilis uideatur. *f*

f ca. pri. extra. eo.

Si

Si quis tamen aperto mortis in diſcrimine verſetur, dum Epiſcopatus ſui adminiſtrationem ſtrenue gerere ſtudet, ac in Eccleſia ſua morari conatur, poterit miſſionem impetrare. *a*

a c. ad ſupplicationẽ. ex. eo. tit.

Sed & aliæ ſunt cauſæ, quæ deponendi Epiſcopatus iuſtam tribuunt excuſationem, quas Innocentius Tertius Epiſtola ſua ad Arelatenſem Epiſcopum dilucidè complexus eſt, vt tenuis, & malè firma corporis valetudo, conſcientia criminis eius, propter quod ipſius officij executio poſt peractam etiam pœnitentiam impediatur, inſcitia, ſi plebi ſit inuiſus, ſi ei offendiculo, ſeu ſcandalo ſit, ſi irregularitatẽ contraxerit. *b*

b c. niſi cũ pridẽ. eo. tit.

Prælatus, qui Summo Pontifici immediatè ſubeſt, non poteſt ab alio, quàm ab ipſo Summo Pontifice Præfecturæ, quam gerit, vacationem impetrare. *c*

c c. ſi. eo. tit.

Qui præbendam ſuam exilem ideo abdicarit, vt alij noceret, quem præſumebat literarum Apoſtolicarum authoritate aliam pinguiorem prope diem habiturum, niſi hac tenui dolo ſuo præueniretur, nihil egit, ſed & ſi ipſemet eam maiorem in ſe transferri curauerit, vtraque carebit, hic enim manifeſta apparet fraus, quæ tegi non poteſt. *d*

d c. ſi. in 6.

Sciendum eſt, etiam Summum Pontificem Pontificatui renuntiare poſſe, præſertim, vbi ſe minus idoneũ cognoſcit, ad regendam vniuerſalem Eccleſiam, ad Sũmi Pontificatus onera ferenda, vt Bonifacius Octauus, Celeſtini præceſſoris ſui conſtitutionem probans perpetuis ſcriptæ legis monimẽtis cautum reliquit. *e*

e ca. pri. in 6.

De Permutatione Beneficiorum. Tit. XVI.

CEDIT etiam aliquis interdum beneficium ſuũ, vt ei conferatur, à quo ipſe inuicem aliud beneficium per eum reſignandum conſequatur, quæ res permutatio dicitur, permutatio enim beneficiorum quælibet non ſine reſignatione in manibus Antiſtitis facta celebratur, cum non ſit in poteſtate mea, vt meum tibi propria authoritate beneficium conferam,

nec tu vt mihi tuum,ſed vterque noſtrum in manibus Antiſtitis prius reponere debeat, qui deinde vtrique noſtrum alteri alterius beneficium conferret,hocque modo permutatio fiet. *a*

Nec eſt,quod vereantur hi,qui beneficia ſua permutationis cauſa reſignarunt,ne propoſitum eorum eludatur,ac alijs ea beneficia conferantur,nam, etſi olim hoc liceret, *b* hodie tamen ſecus eſt, nam collatio alteri facta, quàm ei cuius contemplatione permutationis cauſa facta eſt reſignatio,nullius eſt momenti, *c* nec etiam Simoniæ metus aliquem deterreat,vt nō auſit de permutando beneficio pactum inire, nam, ſi ad Apoſtolicæ Sedis, alteriusue Antiſtitis authoritatem habentis conſenſum, & authoritatem hoc ſuum pactum retulerit,hoc metu liber eſſe poterit. *d*

Author autem permutationi is Epiſcopus eſſe poteſt, cuius Iuriſdictioni beneficium permutandū ſubeſt,hinc,ſi in diuerſis Diœceſibus beneficia permutanda ſita ſint, vtriusq; Epiſcopi authoritas adhibenda erit,vterq; enim beneficiatus in manibus proprij Epiſcopi ſuum beneficium reſignabit, & alter Epiſcopus alterius Epiſcopi ſubdito Clerico illud conferet, vel alter Epiſcopus ex his alteri Epiſcopo vices ſuas committere poterit,vt nomine etiam ſuo conferat. *e*

Alius verò Prælatus Epiſcopo inferior, quamuis alioqui Ius conferendi haberet, permutationi tamen author eſſe non poteſt,ſed eius duntaxat conſenſus Epiſcopo authoritatem præſtanti in permutatione erit adhibendus. *f* At Cathedralis Eccleſiæ Capitulum eorūm duntaxat beneficiorum permutationes admittendi Ius habet, quæ beneficia ipſum pariter Capitulum vel ſolum, vel vnà cum Epiſcopo conferre poterat. *g*

Vicarius autem Epiſcopi permutationi faciendæ nullā authoritatem præſtare poteſt, niſi hoc ei ſpecialiter ab Epiſcopo mandatū ſit,eſt enim hoc proprium Epiſcoporum priuilegium, nullum verò tēpus per Canones diffinitum eſt, intra quod debeat huiuſmodi authoritas

a c.pri.eod. tit.in 6.
b c.ĩter.ubi no. de p̃ben. Rebuf.*ĩ praxi. benef.ti. de renũciat. nu.1.*
c d.c.1.ĩ 6. & melius. ĩ cle.1.eo.tit.
d c.q̃ſitum. & c.cũ uniuerſorũ.eod. tit. Dec.*cõſ.* 141.Rebuf. *ubi ſupra nu.52.*
e Andr. Gã*mar. ĩ trac. de rer. pmſeu in c.1.e. ti.ĩ 6.n.*133. *&* 134.
f Petr. *de* Vbal.*ĩ trac. de pmut. benef.nu.* 35. Andr.Gam. *ubi ſupra.n.* 112.*c. quæſitũ. de rer. permut.* Rebuf.*ĩ praxi. eo.tit.n.*20.
g Andr. Gã*ma. ubi ſup. nu.*114. Petr. Vbal.*ubi ſupra.n.*24.

a Paul. Lenaz. clem. un. eo. tit. de perm. Pet. ubi ſupra. n. 30.
b ca. nullus. d. Iurepatr. Petr. d. nu. 30. verſ. ſed quæritur:
c glo. d. cle. vn. doct. in d. tract.
d c. cum venerabilis. ubi Io. Andr. & alij. de except. Rebuf. in praxi. d. ti. de perm. et Feder. eo. tract. q. 12.
e cap. fi. extra. eo. tit.
f Federi. q. 13. Rebuf. nu. 23.
g Rebuf. n. 9.
h c. quæſitũ. eo. ti. de rer. perm. Rebu. ubi ſupra. n. 19.
i c. cum uniuerſorũ. ubi doct. eo. tit.

authoritas permutationi celebrãdæ poſt reſignationem factam adhiberi. *a* ſed ſiquidem Epiſcopus ſine cauſa detrectaret beneficium ei conferre, qui ſuum beneficium permutationis cauſa reſignarit, eſſet à ſuo Antiſtite ad hoc compellendus. *b*

Eorum quoque conſenſus permutationi adhibendus erit ad quos Ius eligendi ad beneficia permutanda, vel Ius præſentandi ſpectat. *c*

Poteſtq; vnum beneficium cum pluribus permutari, & plura cum vno & beneficium ſimplex cum curato, & è conuerſo & ſimplex cum ſimplici & curatum cum curato, niſi aliud impedimento ſit, *d* non debẽt tamen ſpiritualia cum prophanis permutari, *e* nec Ius, quod quis in re habet, cum Iure, quod alius habet ad rem, *f.* quantò minus permutatio illius valebit, qui nullum Ius omnino in beneficio habuerit. *g*

Cauſa autem in primis in permutatione facienda legitima requiretur, nam, cum præbendarum commutationes de Iure prohibeãtur, pactione præſertim precedente, quæ circa ſpiritualia, & his annexa labem cõtinet Simoniæ, idcirco non ſine cauſa neceſſaria fieri debent. *h*

Poſtremò ſciendum eſt, quod, ſi quis permutationis pactum ex parte ſua impleuerit, altera parte permutationem exequi ex latere ſuo detrectante, ad ſuũ beneficium is, qui adimpleuit, reſtituendus eſt. *i*

De Immunitate Eccleſiarum. Tit. XVII.

VT Clerici diuinis commodius vacare poſsint, aduertunt Canonicæ leges, ne vlla eis onera per Laicos imponi poſsint, ſed, vt ab omni grauamine, & tributo immũnes cuſtodiantur, omniaque priuilegia eis indulgeantur, propter quæ ab omni vexatione ſecuri, vni Deo omnem operam ſuam colendo nauare poſsint, quapropter plena perſonarum, & rerum ſuarum immunitate à Laicis perfrui debent, ideoque ex Concilio Lateranenſis ſancitum eſt, ne ſeculares poteſta-

tes

tes vllum onus,vel tributum Clericis,aut Eccleſijs im ponant,quod ſi non ſeruarint, & moniti non deſtite-rint,ipſos eorumque fautores à Chriſtianorum com- munitate idem Concilium eos exterminat, nec prius reſtitui eos permittit,quàm Clericis eo modo lęſis in tegrè ſatisfecerint, Permittitur tamen ab eis aliquid percipi,vbi maximam ſecularium neceſsitatē,vel euidentem Eccleſiæ vtilitatem viderint,cui neceſsitati ſe cularium facultates nequaquam ſatis fuiſſent futuræ, *a* idque cernens Epiſcopus, & Clerus ſubueniendum ei iudicarit. Conſtitutiones autem & ſententiæ con- tra ſupradicta factæ innanes, & irritæ eſſe decernun- tur,nec ſupradicta Excommunicationis pœna ſolutus quis erit, quamuis poſt legem violatam pœnamque admiſſam officium depoſuerit,niſi ſatisfecerit, eadem que pœna etiam ſucceſſorem deuincit, niſi damnum à prædeceſſore ſuo illatum intra menſem reſtituerit, *b* quod cum ab Innocentio Tertio, in generali Concilio ſtatutum eſſet, eius conſtitutionem Alexander Quartus, alia Conſtitutione promulgata non modò probauit, ſed etiam amplificauit, vt ex eius lectione percipi poteſt. *c*

a c.non minus. eo.ti.de immu. Eccl.

b ca.aduerſus eo. tit.

c c.pri. eod. tit. in 6.

Poſt quæ Bonifacius Octauus declarauit, leges ſupradictas contra Collegium,vniuerſitates, perſonaſque ſingulares cuiuſuis dignitatis, aut conditionis ex tendi,quæcumque ab Eccleſijs, aut Clericis pro eorū perſonis, aut rebus aliquid vectigalis,vel portorij nomine, ſeu alterius cuiuſuis tributi titulo exigere auſi fuerint,pœnamq; addidit interdicti, vel Excommunicationis legis violatoribus. *d* quos ita interdictos, vel Excommunicatos publicè pronuntiari Epiſcopus curare debet. *e*

d c.quāquā de cenſib. in 6.

Sed, cum ex Innocentiana lege quædam quaſi facilis auſa Laicis Principibus oblata videretur Clericos,& Eccleſias expilandi ſub hac ſpecie, quod ipſorum Laicorum neceſſitas poſtularet, vt a Clericis ſuppetias expectarent, vel quòd Clerici eas vltrò offerrent,atq; ita Laici Principes efficerēt, vt Clerici me-

e clem.præſenti. de cenſib.in 6.

tu impulſi eorum nutui, tamquam neceſſaria volũtate coacti obtemperarent, tributa Laicis Principibus frequenter pendentes, idcirco, vt huic aſtutiæ obuiã iretur, edixit idem Bonifacius, vt quicumq; Prælati, vel Eccleſiaſticæ perſonæ Religioſæ vel Seculares, cuiuſuis nominis, vel generis tributum Laicis ſoluerint, aut promiſerint, abſq; authoritate Sedis Apoſtolicæ, ſententiam Excommunicationis incurrant. *a* Quam Bonifacij Conſtitutionem cum Benedictus X I. declaraſſet, ad eos non extendi, qui ſponte ſoluiſſent, aut qui à ſponte ſoluentibus accepiſſent. *b* Clemens Quintus vt primum ad Sedem Apoſtolicam aſſumptus eſt, decreuit Bonifacij Conſtitutionem cum declarationibus Benedicti, & quicquid earum cauſa ſecutum eſſet, reuocari oportere, & pro nullis, & infectis haberi, vtq; omnino Lateranẽſe, & generale Concilium ſeruẽtur in his, quæ de hac materia ſtatuerunt. *c*

a c. clericis. eo. ti. in 6.

b extraua. eo. tit.

c cle. un. eo. ti.

Sancta quoq; Tridentina Synodus ſub Pio Quarto Sacros Canones, & Cõcilia generalia omnia, necnon alias Apoſtolicas ſanctiones in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis Eccleſiaſticæ, & contra eius violatores editas innouando decreuit, vt eæ exactè ab omnibus obſeruentur. *d*

d c. 20. ſeſſ. 25.

Hæc quoq; inter Eccleſiaſtica priuilegia cẽſentur, quod in Eccleſiaſticis domibus Laici Iudices neq; iudicare, neq; hoſpitiũ quærere poſſunt, *e* & præſertim cauſæ, quibus de ſanguine, & pœna corporea tractatur, in Eccleſijs vel cœmiterijs agitari prohibẽtur. *f*

e c. pri. extr. eo. tit.

f c. cum Eccleſia Dei. eo. ti.

Item liber homo ad Eccleſiam confugiens non eſt ab ea ad mortem, aliãue pœnam corpoream trahendus, quodcumq; crimen patrarit, niſi vel publicus latro ſit, vel nocturnus agrorum depopulator, quiue itinera frequentata, & vias publicas obſideat, inſidijs in viatores paratis, hi enim ab Eccleſijs extrahi poſſunt immunitatis ſecuritate non præſtita. *g*

g c. inter alia. eo. tit.

Eccleſiæ quoq; non conſecratæ, quæ proprie Baſilica appellatur, dum in ea diuina officia celebrentur, eadem immunitatis priuilegia tribuũtur, quia diuinis

obſequijs

obſequijs dedicata nullius eſt temerarijs auſibus pro phananda. *a* Si quis tamen delicti impunitatem ita ſe conſecuturum ſperans homicidium, aut membri mutilationem in Eccleſia ipſa, vel eius cœmiterio pa trare auſus fuerit, quæ, niſi ab Eccleſia, in quam confu git, defenſum ſe iri ſperaſſet, non fuerat commiſſurus, tam impio homini Eccleſia nulli adiumento, vel præ ſidio eſſe debet, fruſtra enim legis auxilium implorat, qui eam violat. *b*

a ca. Eccleſia in qua.
b c. ſi. eo. ti.

Et hæ quidem ſunt immunitatum ſpecies, quibus Eccleſię Eccleſiaſticæq; perſonæ perfruuntur, & ſi quę pręterea ſunt, ex latioribus decretalium Epiſtolarum, aut Decretorum voluminibus petendæ ſunt.

Non tamen ita plena immunitate perfruuntur, quin & ipſæ interdum aliquid oneris ferre cogantur, nam & à murorum Cuſtodijs magna imminente neceſſitate excuſationem non habent, *c* & onus procu rationis, quæ Prælato viſitanti perſoluitur, item ea, quæ Epiſcopo debentur, effugere non poſſunt, qua de re ſuprà à nobis, quantùm ad rem neceſſarium eſſe du ximus, tractatum eſt. *d*

c c. 2. eo. tit.
d Supra. in tit. de offic. ordin. & ti. de procurat.

Item, ſi quis ab initio, cum Eccleſiam fundaret, vel ſuis opibus locupletaret, vt eius patrocinium nanci ſceretur, aliquos ſibi reditus Epiſcopo annuente ab il la Eccleſia illa reſeruarit, non licebit illi Eccleſiæ hoc oneris detrectare, *e* quod non minus procedit, ſi res aliquod onus habens annexum à Laicis ad Eccleſiam transferatur, onus enim ſuum rem ſequetur, & Eccle ſiam quoq; tenebit. *f*

e ca. pꝛterea quoniã. de Iure patr. c. quãto. c. pro curationes; de cenſib.
f ca. ſi quis Laicus 16. q. pri. clem. pri. uer. ſoli ta. de cẽſib.

Decimarum quoq; Romano Pontifici ſoluẽdarum onus Eccleſiam interdum adſtringit, ſed frequentius, & Iure quodam Ordinario magis ipſi Eccleſiæ à Lai cis Decimæ ſoluuntur, de qua re mox ſubijciemus.

De Decimis. Tit. XVIII.

DECIMAS à Populo Sacerdotibus, ac Leuitis eſſe reddendas diuina ſanxit authoritas, *g* his. n. ver bis diuinũ præceptũ emanauit. Decimas, & primitias

g cap. decimas. 16. q. pri.

a Exodi.22. non tardabis offerre, *a* & quicquid decimum fuerit,
b Leuit. vl. ſanctificabitur Domino. *b* Sunt enim Decimæ ægentium animarum tributa, quas ſi quis dederit, non ſolùm vbertatem fructuum recipiet, ſed etiam corporis,
c c. decima. & animæ ſalutem conſequetur. *c*

16.q.pri. Et decimæ quidem vel prædiorum, quæ aliquis poſſidet, ratione debentur, vel propter lucra ex hominis induſtria, & opera quæſita, & hæ perſonales decimæ appellantur, illæ prædiales, ſoluuntur autem decimæ de fructu omni prædiorum de fœno, lana, de prouentibus molendinorum etiam eorum, quæ vento impellũ-
d ca. proueniunt. c. nũtias. ext. eo. tit. tur, de piſcinis, de apibus, *d* vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, de militia, de negociatione, & de omnibus deniq; bonis, & ad eas ſoluendas cenſura etiam Eccleſiaſtica compelli quis poteſt, *e* idq; ſim-
e c. non eſt. c. ſeq. & ca. ex parte eo. titu. pliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. *f*

f de diſpendioſam. de iudic. Præcipit etiam ſancta Synodus Tridentina omnibus, cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, ad quos decimarum ſolutio ſpectat, vt eas, ad quas de iure tenentur, in poſterum Cathedrali, aut quibuſcumq; alijs Eccleſijs, vel perſonis, quibus legitimè debentur, integrè perſoluant, qui verò eas aut ſubtrahunt, aut impe-
g cap. 12. ſeſſ. 25. diunt, excommunicentur, nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſecuta abſoluantur. *g*

h c. ex parte. & c. non eſt. in ſi eod. ti. de decim. Hoc autem differunt decimæ prædiorum à perſonalibus, quod in decimis prædialibus ſoluendis nullæ deducuntur impenſæ, *h* nam neque ſemen, neque ſumtus colendo agro facti ante decimas capi poſſunt, *i*
i c. tuam nobis. eo. tit. nec impenſæ pro reparanda re factæ ex fructibus, vel penſionibus detrahuntur, veluti expenſa domui, vel molendino, aut ſimilibus reficiendis, vel ſarciendis facta, item, ſi ſumptu melior factus ſit ager, vel vinea, ſi grex ſubſtitutione in capitum mortuorum loco facta ſeruatus ſit, vel auctus, his inquàm erogata modis decimas haud quaquam imminuet, cum penes Dominum
K c. paſtoralis. eo. tit. ſint inſtauratæ res permanſuræ, *K* nec famulis alijſue mercenarijs debitæ mercedes ante exolutas decimas perſolui debent, ſed decima fructibus lectis confeſtim

reddenda

reddenda eſt, *a* quæ verò ex rebus opera, induſtriáque noſtra, puta, ex negociatione acquiſitis debentur decimæ, non niſi detractis expenſis æſtimandæ ſunt. *b*

Decimarum quoq; ſolutio prius facienda eſt, quàm cenſus, vel tributi, quod ſi tributorum, aut cenſuum ſolutio decimas præceſſerit, ab ipſis quoque cenſibus, & tributis decimæ deducentur. *c*

Item hoc differunt, quod perſonales decimæ ad illam Parochiam ſpectant, quæ diuina ſacramenta miniſtrat, *d* quod ſi duæ Parochiæ inter ſe certent, quia altera Baptiſmatis Sacramentum conferat, altera autem cætera Sacramenta omnia, illa potior in percipiendis decimis habebitur, quæ baptizat. *e*

Prædiales verò decimæ ad illam Parochiam deferri debent, ſub qua prædia exiſtunt, quòd ſi ea predia è celebritate, & frequentia hominum, & Eccleſiarum ita remota ſint, vt nulli Eccleſiæ ſubeſſe dici poſsint, Epiſcopo decimę ſoluentur, conſuetudinis tamen, ſi qua ibi rationabilis fuerit, non negligetur authoritas, *f* Laicus certe incapax decimarum cenſetur, *g* adeo quidem, vt etiam perſonis Eccleſiaſticis interdictum ſit, ne decimas detentas à Laicis ad alienas Eccleſias pertinentes in pignus recipere ab eiſdem Laicis præſumant, *h* Et, cum Laicis nulla ſit de ſpiritualibus, concedendi, vel diſponendi facultas, Imperalis cõceſſio, quantumcumq; generaliter fiat, neminem poteſt à ſolutione decimarum eximere, quę diuina conſtitutione debentur, *i* nec vlla etiam mille annorum pręſcriptione Laicus decimarum Ius acquirere poteſt. K Laici tamẽ nonnulli decimas hoc pretextu poſsidẽt, quod eas ante Concilium Lateranenſe tamquam Eccleſię clientes acquiſierint. *l* Sed occaſione decimationis antiquę, licet in feudum decimę ſint conceſſæ, non ſunt decimę noualium vſurpandæ, cum in talibus nõ ſit extẽdenda licẽtia, ſed potius reſtringenda. *m* Sic & qui in aliena Parochia decimarũ Ius preſcripſit, nõ tamẽ decimas noualiũ, quę in ijſdem Parochijs, poſtea ſunt facta, ad ſe pertinere exiſtimet, *n* Verumtamen,

M

a c. cum homines. eo. ti. b gl. d. c. paſtoralis. glo. d. c. ad Apoſtol. uerſ. pſonales. eo. ti. c c. cum nõ ſit in homine. eo. tit. d d. c. ad apoſtolicæ. e Ab. c. cũ cõtingat. eo. 2 in pri. eo. ti. f d. c. ad apoſtolicæ. Ab. d. c. cum cõtingat. g c. quãuis. c. phibemus eo. tit. c. cauſam ubi doc. de præſcrip. h c. fi. eo. ti. de decim. i c. tua et. j. in prin. eo. K d. c. cãm. de pſcri. c. ad hoc. de deci. l c. prohibemus. d deci. c. cũ apoſtolicæ. d his. q. fi. à prælat. Iaſ. c. pri. n. 13. de his qui feudare poſ.

m tua nobis. §. ſi. eo. ti. de decim.

n c. cum cō- tingat. e. ti.

a c. ex par- te tua. vlti- mo. eo. tit.

men, ſi cui conceſſum eſt, vt decimas de laboribus terræ Parochiarum ſuarum cum integritate percipiat, de nouálibus quoq; eas exigere poteſt, quia vbi maius conceditur, minus conceſſum eſſe videtur, *a* & illud certiſſimum eſt, quod priuilegium aliquibus indultum, ne de laboribus, quos proprijs manibus, aut ſumptibus excolunt, aliquis decimas ab eis percipiat, non ſolùm noualia, ſed & cultos pridem agros comple-ctetur. *b* Sed cum pijs locis indulgentia de nouálibus conceditur, nouale intelligitur ager de nouo cultus, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuerit, quin etiam non de quolibet nouali intelligendum eſt, ſed de eo duntaxat, cuius decimam Religioſus poteſt conuentus abſque graui detrimento Parochialis Eccleſiæ detinere, cùm talis ſit ſępe locus incultus, de quo Parochialis Eccleſia magnos percipit decimarum ratione prouentus, non quidem pretereo, quod alij dixerunt, nouale eſſe terram præciſam, quæ anno ceſſat, alij, quod nouale fit ex ſilua, quæ arboribus extirpatis ad cultum redigitur. *c* Nouale autem eo, quo ſupra diximus, modo intellectum, perpetuo debet, quò ad immunitatem de non ſoluendis decimis, nouálium Iure cenſeri, quòd aliàs nonnunquam contingeret, indulgentiam de nouálibus plus diſpendij cultoribus, quàm vtilitatis afferre. *d*

b c. ad au- dictiam. eo. tit.

c c. quid per nouale. de ver. ſig.

d c. ſi. de pri uileg.

Sed, cum Priſci Romani Pontifices ferè omnibus Religioſis decimas laborum ſuorum concederent, Adrianus tamen, quem Alexander Tertius, & cæteri poſtea ſecuti ſunt, ſolis fratribus Ciſtercienſis Ordinis, & Templarijs, & Hoſpitalarijs decimas laborum ſuorum, quos proprijs manibus, vel ſumptibus colūt, indulſit, cæteris verò, vt de nouálibus ſuis, quę proprijs manibus, vel ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis decimas non perſoluant, tantum conceſſit. *e*

e c. ex par- te tua ad nos. eo. ti. de decim.

Vna Eccleſia contra aliam decimas quadraginta annorum ſpatio præſcribere poteſt. *f*

f d. c. cau- ſam. de præ- ſcrip.

Eccleſię quoq; ipſę interdum ad decimas Romano Pontifici

Pontifici ſoluendas compelluntur, ſi pro vniuerſalis Eccleſiæ vſibus ſit neceſſarium, quo caſu, ſi quis dubitet, de quibus rebus ſolui debeant, Bonifacij Octaui Conſtitutionem adeat, qui diffusè hoc declarauit, *a* & nonnulla quoque addidit Clemens Quintus, vt etiam ex ipſius conſtitutione vobis patere poteſt. *b*

a c. un. extrau. eo. ti.
b cle. 2. ubi glo. eo. tit.

Quando, et quibus ſolennitatibus res Eccleſiæ alienari poſſunt. Tit. XIX.

QVAMVIS Leges Pontificię curent, ne Clericis facultates idoneæ ab Eccleſia deſint, & propterea illis præbendas ſuggerant, ea tamen bon . Clericorum ipſorum in dominio cenſeri nemo exiſtimet, vel quòd illis poſſint ſuo arbitrio vti; & ad quoscumque vſus transferre, nam præterquàm quod ſuprà docuimus, quibusnam vſibus ſint illæ facultates deſtinatæ, præterea etiam cauendum eſt, ne alienentur, ne patrimonium Petri prodiga Prælatorum, & aliorum Clericorum libidine exhauriatur, quo facto inæſtimabile damnum Eccleſiæ inueheretur, ſi opes deindé nõ ſuppeterent, quibus ſubleuari poſſent, qui miniſterijs diuinis omnem operam ſuam dicarunt. Quapropter ex Concilio apud Syluanum ſtatutum eſt, ne cui liceat alienare rem immobilem Eccleſiæ, nec mancipium, neque ſpecialis hypothecæ titulo cuiquam addicere, alienationis autem titulo diffinitum eſt contineri conductionem, donationem, venditionem, permutationem, & Emphiteoticum Contractum perpetuum, *c* eodemq; Concilio ſancitum eſt Leoninę conſtitutioni ſubiacere omnes Sacerdotes, qui hanc Concilij conſtitutionem fuerint tranſgreſsi, nempe, vt officio priuentur, & omne damnum illatum Eccleſię reſtituant ipſi, qui contractum inierint, aut eorum ſucceſſores, tabelliones autem de alienatione Inſtrumenta conficientes ex eadem Leonina conſtitutione delegantur, & Iudices alienationi authoritatem præſtantes, bonis, & dignitatibus priuantur. *d* Quibus

c c. nulli. eo. ti. de reb. Eccleſ. nõ alie.
d l. iubemus. §. Oeconomus. C. de ſacroſ. Eccleſ.

Symmachus Summus Pōtifex addidit,vt,ſi quis Preſbyterorum,Diaconorum,Subdiaconorum,ſeu defenſorum alienanti prædium Eccleſiæ ſubſcripſerit,anathemate feriatur,niſi forte & alienator,& qui acceperit,celeri reſtitutione ſibi proſpexerint, & liceat, prætera quibuſcumque Eccleſiaſticis perſonis contradicere,& rem cum fructibus alienatam repetere. *a*

a ca. ſi quis Presbyterorū.extra.eo.ti.de reb. Eccleſ. nō alie.

Sed & Clemens Quintus in Concillio Vienēſi conſtituit,ne quis Religioſus Monaſterio, Prioratui Eccleſiæ,ſeu adminiſtrationi cuiuis Præſidens Iura, reditus, ſeu poſſeſſiones eiuſdem alicui ad vitam eius, ſeu aliud certum tempus, pecunia etiam inde recepta quouismodo concedat,niſi neceſſitas, aut vtilitas Monaſterij, Prioratus,Eccleſiæ,aut adminiſtrationis huiuſmodi hoc expoſcat, conuentus ſui,aut, ſi conuentum non habeat, Prælati proprij aſſenſu accedente, &,qui contra hæc fecerit, pœnam ſuſpenſionis ab officio eo ipſo incurrat, nec ex conceſsione ipſius recipienti Ius aliquod acquiratur, quod tamen ad locationes,vel redituum,aut fructuum venditiones ad tempus modicum faciendas non extenditur. *b*

b clem. pri.

Sed longe omnium pleniſsimè huic rei prouidit Paulus Venetus Secundus, dum ſua Conſtitutione, quæ pleriſque in locis in viridi eſt obſeruantia, prohibuit omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem,omnemque pactum,per quod dominiū ipſorum transfertur,conceſsionem hipothecam, locationem,& conductionem,vltrà triennium, necnon infeudationem, vel contractum Emphiteoticum præterquam in caſibus à Iure permiſſis,ac exceptis rebus & bonis in Emphiteoſim ab antiquo concedi ſolitis (& tunc quidem non niſi cum Eccleſiarum euidenti vtilitate)demptiſque fructibus,& bonis,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, pro inſtantis temporis exigentia prædeceſſorum Conſtitutionibus,prohibitionibus, & decretis alijs ſuper hoc editis in ſuo roboræ nihilominus relictis, & decreuit,contra hæc facta nullius omnino roboris,& momenti eſſe, & tam alienantem, quàm

eum,

eum,qui alienatas res,& bona prædicta receperit,ſententiæ Excommunicationis ſubiacere, alienanti verò bona Eccleſiarum,Monaſteriorum, locorumque piorum,quorumlibet inconſulto Romano Pontifice, aut contra ipſius Conſtitutionis tenorem, ſi Pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, Eccleſiæ ingreſſum interdicit,qui,ſi per ſex menſes immediatè ſubſequentes ſub interdicto huiusmodi obſtinatis auribus perſeuerarint, regimine, & adminiſtratione Eccleſiæ, vel Monaſterij, cui præſidet,in temporalibus, & ſpiritualibus ſit eo ipſo ſuſpenſus, Inferiores verò Prælati,Commendatarij, & aliarum Eccleſiarum Rectores beneficia, vel adminiſtrationes quomodolibet obtinentes,Prioratibus,Præpoſituris, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs, Canonicatibus,præbendis,alijsque Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura,Secularibus, & Regularibus beneficijs, quorum res,& bone alienarint,duntaxat,ipſo facto priuati exiſtant, & illa absque declaratione aliqua vacare cenſeantur,poſſintque per locorum Ordinarios, & alios, ad quos eorũ collatio pertinet,perſonis idoneis, non tamen illis, quæ propter ſupradicta eis priuatæ fuerint,liberè de Iure conferri, niſi aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis ſint ſpecialiter reſeruata,vel generaliter,& nihilominus alienatæ res, & bona huiusmodi ad Eccleſias,Monaſteria,& loca pia, ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, libere reuertantur. *a*

Ex Cõſtitutione autem Innocentij Quarti,ac Leonis Papæ Epiſtola, cum incidunt tempora, quibus vel vtile eſt Eccleſiæ,vel forte etiam neceſſarium, alienationem,fieri,ei erit conſulendum cum totius Cleri tractatu, conſenſu, & ſubſcriptione, aut ſaltem tractatu præcedente, ac Prælato cum Capitulo authoritatem interponente qua forma non ſeruata,nullius,erit momenti facta alienatio. *b*

Non licet etiam Epiſcopo,vel Abbati terram vnius Eccleſiæ ad aliam vertere,quamuis ambæ Eccleſię in

a extranag. pri. de reb. Eccleſ. non. alie.

b c. pri. eo. tit. in 6. c. nõ liceat. c. ſine exceptione. c. alienationes. xij. q. 2.

eius ſint poteſtate ſi tamen eam commutare voluerit, cum ambarum conſenſu hoc faciat. *a* Et permutationes rerum Eccleſiaſticarum ab anteceſſore inconſultè factæ à ſucceſſore emendari poterunt. *b*

a c. pri. extra eo.
b c. 2. d rer. permut.

Synodus etiam Tridentina conſtituit, vt omnes locationes bonorum Eccleſiaſticorum, quæ repreſentata pecunia in ſucceſſorum præiudicium fiant, nullatenus validæ intelligantur, in ipſorum ſucceſſorum præiudicium, quocumque indulto, aut priuilegio non obſtante, nec, vt huiuſmodi locationes in Romana curia, aut extra eam confirmentur, concedit, Ac locationes rerum Eccleſiaſticarum etiam authoritate Apoſtolica confirmatas eadem Synodus irritas decreuit, quas à triginta annis citra ad longum tempus, ſeu, vt in nonnullis partibus ad viginti nouem, ſeu bis viginti nouem annos factas Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea in damnum Eccleſiæ, & cõtra Canonicas ſanctiones contractas fuiſſe iudicare debent. *c*

c c. 11. ſeſſ. 25. de reformat.

Prohibentur autem multo magis Eccleſiæ, earumque bona & Iura Laicis ſubigi absque Capituli conſenſu, & Romani Pontificis venia, ſed omnes contractus, quouis ſint robore muniti, contra hæc celebrati inanes decernuntur, nec impune abeunt Prælati, qui hæc præcepta fuerint tranſgreſsi, & Clerici, qui ſeſe non oppoſuerint, ſed & Laici, qui Prælatos ad hoc compulerint, dignis pœnis ſubijciuntur. *d*

d cap. 2. eo. tit. in 6.

Cauſæ autem iuſtæ ad alienationem rei Eccleſiaſticæ eſſe poſſunt, veluti, ſi ære alieno ita ſit oppreſſa Eccleſia, vt illi exoluendo fructus nõ ſufficiant, ſi rem ſuam alienet, quò meliorem emat. Si captiuos Chriſtianos redimere velit, aut, ſi res, quæ alienatur, damno potius, & oneri ſit Eccleſiæ, quàm emolumento *e* Si terræ, aut vineolæ exiguæ, & Eccleſiæ minus vtiles, aut longè poſitæ paruæ, & ſerui, ſi fugitiui ſint, qui reuocati retineri non poſſunt, hæc enim Epiſcopus, ſi neceſsitas fuerit, etiam ſine conſilio fratrum diſtrahendi habet poteſtatem. *f*

e Abb. d. c. nulli. eo. hoc tit.
f c. terruleis 12. q. 2.

Sed interdum, & ſi nulla ſolennitas in alienatione

facienda poſthabita ſit, ab ea tamen reſilire Eccleſiæ licebit, vt, ſi graue diſpendium ex ea alienatione ferat Eccleſia, reſcindetur enim tunc alienatio per in integrum reſtitutionem, *a* vel etiam ſine reſtitutionis ope, ſi læſio in prætio enormiſsima fuerit, quod auxilium etiam priuatis non denegatur. *b*

a ca. pri. eo. tit. de reb. Eccleſ. non alien.

b c. cum dilecti, ubi no. de emp. & uendit.

Cum igitur ex ſupradictis appareat, ne Eccleſiaſticis quidem perſonis licere Eccleſiaſticas res alienare, quo deteſtabilior eſt iudicanda Principum ſecularium temeritas, qui falcem in meſſem alienam inijcere, reſque Eccleſiaſticas prophanis, ſacrilegiſque manibus contrectare, casque Iure ſuo, quaſi earum domini ſint, alijs donare non dubitarint, atq; ita egentium Clericorum ſubſtantiam rapere, vel, qui ab eis hæc petere auſi fuerint, quippe hoc modo tentata irrita eſſe omnia ex Concilio Lugdunenſi iubentur, hocque impium, & temerarium hominum genus à communione Eccleſiæ excludi. *c*

c c. 2. extra eo. tit.

Sed & eadem Sancta Synodus Tridentina ſub Pio Quarto in hanc rem vigilantiſsimè animaduertit, ſanxit enim, vt, ſi quis Clericorum, aut Laicorum, quacumque is dignitate etiam Imperiali, aut Regali præfulgeat, alicuius Eccleſiæ, ſeu alicuius Secularis, vel Regularis beneficij, Montium Pietatis, aliorumque piorum locorum Iuriſdictiones, bona, cenſus, ac Iura etiam feudalia, & Emphiteotica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcumque obuentiones, quę in miniſtrorum, & pauperum neceſsitates conuerti debent, per ſe vel per alios, vi vel timore incuſſo, ſeu etiam per ſuppoſitas perſonas Clericorum, aut Laicorum, ſeu quacumq; arte, aut quocumq; quęſito colore, in proprios vſus conuertere, illosq; vſurpare pręſumpſerit, ſeu impedire ne ab his, ad quos Iure pertinent, percipiantur, is anathemati tamdiu ſubiaceat, quamdiu Iuriſdictiones, bona, res, Iura, fructus, & reditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocumque etiam ex donatione ſuppoſitę perſonę peruenerint, Eccleſiæ eiuſque adminiſtratori, ſeu beneficiato integrè

reſtituerit, ac deinde à Romano Pontifice abſolutionem obtinuerit, quod ſi eiuſdem Eccleſiæ Patronus fuerit, etiam Iure Patronatus vltra prædictas pœnas eo ipſo priuatus exiſtat.

Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & vſurpationis huiusmodi fabricator extiterit, ſeu conſenties, eisdem pœnis ſubiaceat, necnon quibuscumq; beneficijs priuatus ſit, & ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à ſuorum ordinum executione etiã poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem ſui Ordinarij arbitrio ſuſpendatur. *a*

a c.11. ſeſſ. 22.

De Peculio Clericorum. Tit. XX.

INQVIRENDVM eſt præterea, ſi quis Presbyterorum de reditibus Eccleſię vel oblationibus, vel votis fidelium alieno nomine res comparauerit, quia quemadmodum ſuo, ita nec alieno nomine fraudem facere Presbyter de Eccleſiaſticis facultatibus poteſt, quoniam hoc Sacrilegium eſt, & par crimini Iudę, qui ſacras oblationes aſportabat, & furabatur, *b* &, qui patrimonij nihil habebat Presbyter, quo tempore ad ſacrum Ordinem promotus eſt, ſi poſtea prædium emerit, Eccleſiæ illud acquirit, ad quam inops cum eſſet, promotus eſt, *c* quo exemplo & Epiſcopus res, quas Eccleſiæ occaſione poſt conſecrationem acquiſierit, propriæ Eccleſiæ relinquere tenetur. *d* Et Presbyter qui Diœceſim tenet, de his quæ emerit ipſius Eccleſiæ nomine conficere Inſtrumentum debet, aut ab ea diſcedere. *e*

b c. inquirẽdum. de pecul. cler.

c c. pri. eod. tit.

d ca. 3. eo. tit.

e c. 2.

Si quis ſanè Clericorum agellos, ſeu vineolas ſibi paraſſe ſuſtentandæ vitæ cauſa probatus fuerit, vſque ad obitum ſuum ea poſſidere poterit, ſed poſt eius deceſſum, Eccleſiæ erunt reſtituenda, nec teſtamentario, aut ſucceſſorio Iure cuiquam hęredum, prohęredumue relinqui poſſunt, niſi forſan cui Epiſcopus propter obſequia Eccleſiæ præſtita elargiri voluerit. *f*

f c. fi. eo. tit.

De

De Teſtamentis, & vltimis Voluntatibus. Tit. XXI.

NON alienum fuerit hoc loco breuiter etiam de Teſtamentis aliqua retuliſſe, nam, etſi nobis propoſitũ ſit, hoc volumine ea duntaxat, vel in primis tractare quæ Pontifici Iuris propria ſunt, tamẽ, quia hæc materia ſecundùm Ius noſtrum propria quædam prę cepta habet, à Iure Ciuili diſcrepantia, neceſſarium eſſe duximus, ea quoque demonſtrare, ſed primùm tamen ab ipſis Iure Conſultis Cæſareis diffinitionem Teſtamenti mutuemus.

Eſt igitur Teſtamentum noſtræ voluntatis iuſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam facere voluerit, *a* In quo condendo, quamuis leges Ciuiles maiorem teſtium numerum nempe ſeptem requirant, Ius tamen noſtrum ea quoque Teſtamẽta recipit quæ coram proprio Presbytero, & duabus, vel tribus alijs perſonis idoneis facta ſint, & executionem eis concedit omni conſuetudine reiecta, quæ maiorem teſtium numerum deſideraret. *b*

Item hoc Iure, qui extremam voluntatem ſuam in alterius diſpoſitionem confert, non videtur inteſtatus decedere, *c* quamuis Ius Ciuile illam inſtitutionẽ. Quos Titius voluerit, vitioſam eſſe definiat, quod alieno permiſſa ſit arbitrio, Teſtamentorum autem Iura ipſa per ſe firma eſſe oportere, non ex alieno arbitrio pendere ſtatuat abſurdum exiſtimans permitti alicui in alienum arbitrium id conferre, quod vix eius arbitrio conceditur, vt ſcilicet de rebus ſuis ſtatuat in eum caſum, quo amplius ſuæ futuræ non ſunt. *d* Nec minus executionem merebitur Teſtamentum ad pias cauſas, quamuis per verba enunciatiua ad aliud prolata ſcriptum ſit. *e*

In teſtamentis hæc fieri ſolent, videlicet, hæredis inſtitutio, ſine ea enim teſtamentum nullum eſſet, cũ teſtamento vim ex Inſtitutione hæredis accipiant. *f* Item fiunt legata, & fideicommiſſa in Teſtamentis.

a l. 1. ff. eo. tit. de teſtã. inſt. eo. in priu.

b c. cum eſſes. eod. ti. de teſtam.

c c. cum tibi eo. tit.

d l. illa inſti tutio. ff. de hær. inſt. ubi glo. uer. pendere.

e c. fi. de ſucceſ. ab inteſta.

f §. ante hæredis. inſt. de legat.

Legatum

Legatum autem eſt donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præſtando. *a* Fideicommiſſum aliud eſt ſingulare, aliud vniuerſale, Et vniuerſale eſt, cum hæres de reſtituenda hæreditate, vel eius parte rogatur, *b* ſingulare ſeu particulare fideicommiſſum dicitur, cum ſingulas res quis alij reſtituere grauatur, vt ſundum hominem, veſtem, argentum, pecuniam numeratam, *c* debetur Legatum etiam nudis verbis relictum: *d* Quod ſi hæres nimium Legatis grauatus ſit, vel fideicommiſſis, poterit quartam ſuam totius hæreditatis de Legatis vel fideicommiſſis particularibus legis Falcidiæ beneficio, vel de fideicommiſſis vniuerſalibus Senatusconſulti Trebelliani ope detrahere vel ſupplere, *e* in his tamen quæ ad pias cauſas relicta ſunt, Falcidia ceſſat. *f*

Et quamuis leges ſeculi hoc habeant, vt hæres ad ſoluendum cogatur, ſi author eius rem legauerit alienam, lege tamen Dei, qua ſecundùm Ius noſtrum in primis viuitur, iniuſtum videtur, vt res, quæ alienæ ſint, à Legatario teneantur. *g*

Sed non ſatis eſt quempiam in Teſtamento eſſe hæredem inſtitutum, niſi etiam Teſtatoris filius in poteſtate inſtitutus in eo ſit, vel nominatim exhæredatus, nam ſi præteritus filius in Teſtamento ſit, nullius erit momenti id Teſtamentum, *h* Debebit ergo Pater, qui Teſtamentum validum facere optabit, filio aliquid Iure inſtitutionis relinquere, quod ſi relictum minus ſua legitima fuerit, illud ſibi ad legitimum vſque augeri petet, atque impetrabit, niſi aliquam ingratitudinis cauſam in patrem commiſerit, quo caſu etiam licebit Patri eum exhæredare, vna ex cauſis legitimis in Teſtamento expreſſa. *i*

Debita autem filijs legitima, ſi quatuor ſint filij, vel pauciores, eſt ex ſubſtantia deficientis triens, ſin plures, eſt ſemis, ex æquo inter eos diuidendus, cuius portionis nec vſufructu defraudari liberi à parentibus poſſunt, *K* quæ portio etiam parentibus à liberis inuicem debetur. *l* Filij ergo quibus à Patre fideicom-

miſſi

a §. pri. iſt. de legat.
b Inſt. de fideicö. hæredit. in prin.
c c. indicante. eo. ti. de teſta. l. oẽ verbü C. de leg.
d Inſt. de ſingul. reb. p fideicö. relic. in prin.
e Inſ. ad leg. Falci. & ad Senatuscõſ. Trebel. & i ff. & Cod.
f Autẽ. ſimiliter. C. ad leg. Falc. c. 1. de teſta. i 6.
g cap. filius noſter. de teſta. ubi Ab.
h Inſt. de exhær. lib. i pr.
i c. oĩmodo. l. ſi qñ. C. de inoffi. teſt. i autẽ. ut cũ de appel. cog. §. aliud quoq; capitulũ.
K Autẽ. nõ uiſ. C. de inof. teſt.
l Glo. d. aut. nouiſſima. d. c. 1. de teſt. i 6

miſſi onus iniunctum ſub conditione ſit, non ſolùm legitimam, ſed etiam ex Senatusconſulto Trebellianico debitam quartam detrahent. *a*

Solent etiam Iure Cæſareo quandoque Codicilli fieri tam facto Teſtamento, quàm etiam ab inteſtato, ſed Codicillis hæreditas directò neque dari, neq; adimi poteſt, neque exhæredatio ſcribi, ne confundatur Ius Teſtamentorum, & Codicillorum, per fideicommiſſum quidem Codicillis hæreditas Iure relinquitur, *b* ac Codicilli nullam ſolennitatem ordinationis deſiderant. *c*

Sciendum eſt, Epiſcopis, Presbyteris, & alijs Clericis, qui per hæreditatem, vel alium modũ intuitu perſonæ aliquid acquiſierint, donare id eis licere, cui voluerint, dum viuint, ſin ante obierint, quàm hoc fecerint. Altari, cui ſeruiunt, omnia perpetuò conſecrabuntur, & in Ius eius tranſibunt, ſi nullos conſanguineos habuerint. *d*

In omnibus pijs voluntatibus per locorum Epiſcopos prouidendum eſt, vt ſecundùm defuncti voluntatem vniuerſi procedant, quare debent (licet etiam à Teſtatoribus id contigeret interdici) executores Teſtamentorum huiuſmodi, vt bona ipſa fideliter, & plenè in vſus pios erogent, monitione præmiſſa compellere. *e* Quod ſi executor monitus intra annum piam Teſtatoris voluntatem exequi neglexerit, Epiſcopus ipſe has partes ſupplebit. *f*

Non omnibus permiſſum eſt facere Teſtamentum, nam Religioſus quilibet, qui tria ſubſtantialia profeſſus ſit, ſcilicet Paupertatem, Obedientiam, & Caſtitatem teſtari non poteſt, *g* Item hæreticus (cum nihil habeat, bonaque omnia ſua apprehendi poſſint, etiam ſi poſt mortem tantum eius labes detecta ſit) meritò factionem Teſtamenti non habet, *h* nec etiam publicus vſurarius niſi præſcriptam à lege cautionem præſtiterit, *i* nec ſeruus, K nec furioſus, niſi cum habet dilucida interualla, nec mentecaptus, nec mutus, nec ſurdus à natura, ſecus ſi ex accidenti, & ſcribere

ſciant,

a c. Raynutius. c. Raynaldus. de teſtamen.

b Inſt. de Codicil. §. pe.

c Inſt. eo. de Codic. §. fi.

d ca. pri. de ſucceſ. ab inteſt. ubi glo.

e c. tua nobis. & eo. tit. de teſtamẽ.

f nos qui. e. tit. de teſtã.

g c. 2. eo. ti. de teſtam. et c. nõ dicatis. 93. q. pri.

h Ab. ĩ rub. de teſt. n. 7.

i c. quãquã. de uſur. ĩ 6.

K c. illud 13 q. 2. l. filius. ff. de teſtã.

ſciant, nec qui articularè hæredis nomen exprimere neſcit, nec impubes videlicet maſculus minor anno quartodecimo, fœmina duodecimo, nec filiusfam. niſi de peculio Caſtrenſi, vel quaſi, nec prodigus, poſtquam ei bonis à Iudice interdictum eſt, nec qui damnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem fuit, nec (vt aliqui nec forte ſine ratione ſentiunt) qui ad perpetuũ carcerem Clericus vel Laicus damnatus eſt, nec de ſtatu ſuo dubius & incertus, nec apud Paganos captiuus, nec criminis læſæ Maieſtatis reus, nec damnatus ob crimen famoſum, nec, qui vtroque lumine orbatus eſt, niſi formam quandam à Iure traditam obſeruet, nec is, quem publicè notum eſt, Excommunicatum eſſe. *a*

a Vide hos caſus p Ab. in rub. de teſtam.

Sed non omnes tamen ſupradicti ad pias cauſas Teſtari prohibentur, ſed hi tantùm, quibus ideo teſtamenti factio adimitur, quia Iudicium non habent, vel quia nihil proprij habere poſſunt, vel in aliena poteſtate ſunt, ad prius exemplum pertinet furioſus, mentecaptus, prodigus, impubes, ad poſterius pertinent, ſeruus Religioſus, hæreticus, reus læſæ Maieſtatis, captiuus, & ſimiles, & forte etiam filiusfam. extra peculium Caſtrenſe, vel quaſi. *b*

b Abb. d. rubr. de teſt. col. pe. et fi.

De Sepulturis. Tit. XXII.

COMPETVNT Eccleſijs inter cætera etiam quædam ſepulchrorum iura, ſi quidem vnumquemque oportet in maiorum ſuorum ſepulchris iacere, & quamuis nemo prohibeatur propriam ſibi eligere ſepulturam, illa tamen Eccleſia, quæ cœleſte pabulum præſtat, id eſt, à qua conſueuit diuina officia audire, & Eccleſiaſtica recipere ſacramenta, *c* ſua portione canonica defraudari non debet, quæ portio de iure quidem quarta cum ſit, ex conſuetudine tamen variari ſolet, vt modo ad tertiam, modò ad dimidiam aſcendat. *d*

c c. 2. de ſepultur. in 6. ubi glo.

d c. p. i. ubi glo. & c. cer tificari. ex tra eo. tit.

Decre-

Decreuit autem nuperrimè Sancta Synodus Tridentina, vt quibuſcumq, in locis iam ante annos quadraginta, quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolui, ac poſtea fuerit ex quocumque priuilegio alijs monaſterijs, hoſpitalibus, aut quibuſcumq; locis pijs cōceſſa, eadem poſthac integro iure, & eadem portione, quæ antea ſolebat, Cathedrali, ſeu Parochiali Eccleſię perſoluatur, non obſtantibus conceſſionibus, gratijs, priuilegijs etiam marimagno nuncupatis, aut alijs quibuscumque. *a*

Sed, vbi quis, cuius maiores ſunt ſoliti ab antiquo in aliqua Eccleſia ſepeliri, ea dimiſſa eligit alibi ſepulturam, canonica portio dimiſſæ non debetur Eccleſiæ, ſed ei duntaxat, in qua is officia conſueuit audire diuina, & Eccleſiaſtica recipere ſacramēta. *b* Si quis tamen duo habens domicilia, & æqualiter ſe collocans in vtroque, in loco tertio delegerit ſepulturam, domiciliorum amborum Eccleſiæ inter ſe diuident, canonicam portionem. *c*

Prohibētur verò omnes Clerici, ne quos inducant ad vouendum, aut iurandum, alioue modo promittendum, vt apud eorum Eccleſias ſepulturam eligant, electamue mutent, nam eiuſcemodi pactis, & promiſſionibus reiectis eius Eccleſiæ ſepultura accipienda erit omnino, cui ſepeliendi Ius competebat, ſi aliàs non electa ſepultura ille deceſſiſſet, & Clerici, qui huiuſmodi pactorum, vel promiſſionum vi quem ad ſepulturam acceperint, non ſolùm cadauer ſepultum petentibus, ſed omnia eius occaſione accepta intra decendium reſtituere tenebuntur, qua reſtitutione non facta, Eccleſiæ, in quibus ſepelierint, eorumq; cœmiteria ex tunc manebunt tamdiu Eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, quamdiu ab eis facta fuerit omnium plená reſtitutio. *d*

At, ſi quis antiqua dimiſſa nouam etiam in loco minus Religioſo elegerit ſepulturam, electio huiuſmodi non eſt impugnanda. *e*

a c. 13. ſeſſ. 25.

b c. 2. extra eo. ti.

c ca. 2. uer. cum ab eo. 6. eo. tit.

d ca. pri. eo. tit. in 6.

e ca. 2. §. ſi. eo. tit. in 6.

Is,

Is, qui habet domicilium in Ciuitate vel Caſtro, quandocumque ad Villam ruralem ſe transferens recreationis cauſa, vel vt ruralia exerceat, ſi ibi non electa ſepultura deceſſerit, non in Eccleſia dictæ Villæ, ſed in ſua Parochiali, vel in ea potius, in qua maiorũ ſuorum ab antiquo ſepultura extitit, ſepeliri debebit, dummodò abſq; periculo ad eam deferri poſſit. *a*

a c.3. eo. ti. in 6.

Religioſi verò, niſi à proprijs Monaſterijs adeo ſint remoti, vt ad ea, cum moriuntur, commodè deferri nõ poſsint, nequeunt (cum velle, vel nolle non habeant) ſibi eligere ſepulturam, ſed ſunt apud ſua Monaſteria tumulandi. *b* Non minus conceditur mulieri ſepulturæ eligendę facultas, quàm viro, *c* mulier tamen, quę plures viros habuit ſucceſsiue, ſepultura non electa, eſt cum viro vltimo, cuius domicilium, & honorem retinet, tumulanda. *d*

b c. fi. eo. ti. in 6.

c c. de vxore extra. eo. tit.

d c. 3. §. fi. eo. tit. in 6.

Licet Pater minores filios, qui nequeũt, antequam ad annos pubertatis perueniant, ſibi ſepulturam eligere, eos poſsit, ſi conſuetudo loci id habeat, in qua voluerit Eccleſia ſepeliri iubere, hoc tamen non poteſt, vbi conſuetudo huiuſmodi non habetur, ſed ſunt cum ſuis maioribus, vel in Parochiali Eccleſia tumulandi, quamuis autem filiusfam. abſque Patris aſſenſu poſsit liberè ſibi eligere ſepulturam, pro anima tamẽ ſua præter ipſius aſſenſum, niſi Caſtrenſe, aut quaſi Caſtrenſe peculium habeat, aliquid iudicare non poteſt. *e*

e c. pe. eod. tit. in 6.

Non omittendum eſt, quòd etiam Religioſi ordinis Minorum, & Prædicatorum poſſunt liberè ſepulturam in locis ſuis dare his, qui eam elegerint, dummodò funeralium omnium, & quarumcumque obuentionum ſibi relictarum quartam partem, ac omnium præterea, de quibus alioqui portio Canonica detrahenda non erat, Eccleſiæ Parochæ ſoluant, quod per Bonifacium Octauum ſtatutum per Clem. Quintus, poſtea confirmatum fuit, eo abrogato, quod Benedictus Vndecimus, qui inter hos medius fuit, in contrarium ſtatuerat. *f*

f Cle. dudũ. eod. tit. de ſepult. extrauag. deteſtãdæ. eo. tit. et extrauag. inter cunctos. de priuileg.

Ad hæc poſtremò ſciendum eſt, eos, qui propriæ te meritatis audacia defunctorum corpora in cœmiterijs interdicti tempore in caſibus non cōceſsis à Iure, vel Excummunicatos publicè, aut nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtos ſcienter ſepelire præſumunt, ipſo facto Excommunicationis ſententiæ ſubiacere, à qua nullatenus abſoluendi ſunt, niſi prius ad arbitrium Diœceſani Epiſcopi eis, quibus fuerit ex præmiſsis iniuria irrogata, competenter ſatisfecerint, nullo priuilegio exemptionis, vel quouis alio ſub quacunque forma verborum conceſſo ſuffragante. *a* *a Cle. pri. eo. tit.*

Et, quamuis ſepulturæ aliquem dare, humanum, piumq; ſit, non concedere impium, *b* exiſtunt tamen aliquæ perſonæ, quibus pium videtur ſepulcrum defunctis denegare, & concedere impium, quas pro parte hic enumerabimus, ſi tamen præmiſerimus nulli ſepulchrum defuncto eſſe denegandum, cui Eccleſia viuenti communicare aſpernata non ſit, *c* ac Chriſtianos omnes ex Regula in vniuerſum ad ſepulchrum eſſe admittendos *d* *b c. in Eccleſiaſtico. 13. q. 2.* *c c. ex parte. & c. ſacris. eo. ti. et c. ſx ue. 24. q. 2.* *d c. qui diuina. u ſi. 13. q. 2.*

Deneganda eſt igitur ſepultura Eccleſiaſtica Iudæis, Paganis, Hæreticis, *e* cum his Eccleſia viuentibus non communicet, item, vt mox diximus, Excōmunicatis, & interdictis, quibus ſi per vim forte aliquorum, vel alio caſu fuerit ſepultura conceſſa, ſi ob aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari debebunt, & procul ab Eccleſiaſtica ſepultura iactari, quòd ſi diſcerni non poterunt, tunc, ne cum Excommunicatorum oſſibus corpora effodiantur fidelium, non erunt extumulandi, nam, licet non obſit iuſtis ſepulturam nullam humilemve habere, impijs tamen celebris, vel ſpecioſa non prodeſt. *f* *e c. Eccleſia. 2. de coſecr. diſt. pri.* *f c. ſacris eo. t. t.*

Item diximus ſepulturam Eccleſiaſticam non dari vſurarijs manifeſtis, *g* nec his datur, qui decimas Eccleſiæ debitas à ſe iniuſtè poſſeſſas nō reſtituunt, *h* nec his, qui noua vectigalia ſine Principis conſenſu imponunt, *i* nec, qui Pœnitentiæ Sacramentum quotannis, ac Sacram Euchariſtiam in quolibet *g c. quia in omnibus. eo. t. t.* *h c. prohibemus. de decim.* *i c. innouamus. de cenſib.*

Feſto

Feſto Paſchatis Reſurrectionis, cum poſſent, non ſuſceperint, *a* nec furibus aut latronibus, *b* aut raptoribus, *c* nec his, qui in torneamentis animas profuderunt, *d* nec his, qui ſe ipſos interfecerunt, vel propter ſua ſcelera & facinora interfecti ſunt. *e*

a ca. omnis utriuſq; de pœniten. & remiſ.
b cap. 2. de furt.
c c. 2. de rapt.
d ca. pri. de torneam.
e c. placuit. 23. q. 5. & uide alios caſus p Paui. in tract. de uiſit. 2. parte. q. 3. num. 56. et ſeq.

Explicit Liber Secundus.

M. ANTONII CVCCHI IVRISCONS. INSTITVtionem Iuris Canonici

Liber Tertius.

De Sacramentis Eccleſiæ. Tit. I.

QVIA Mortalium conditio omniũ ita comparata eſt,vt longè plus caliginis,quàm lucis noſtri oculi habeant in his ſpeculandis, quæ non caduca,aut fluxa ſunt; cœleſtia & æterna cum tamen ad illa æterna acceſſus alias nobis non pateat, quàm ſi ad ea mente eracta ſæpe ſuſpexerimus,prcpterea,vt imbecillitas noſtra quantum fieri poteſt, adiuuetur, & ſenſim animos attollere, æternaq́, illa contueri diſcamus, nec ſemper mentem humi defixam habeamus diuina authoritate vià adinuenta eſt, qua ex terreſtrium rerum oculata inſpectione, ad earum,quæ ſupra nos ſunt,mente percептam cognitionem, & cogitationem peruenire poſſimus, hacq; ratione ſeptem Eccleſiæ Sacramenta inſtituta ſunt, quæ præter id, quod, vt modò diximus, ſupera nos docent ſuſpicere, & efficiunt, vt animus, quamuis incluſus in corpore tamen foras emineat, longè ſe à corpore abſtrahens, Sunt præterea tanquã ſigna,& vexilla congregationis illius,quæ Eccleſia appellatur, ſub quibus in vnum fideles congregantur, ſed & aliud nobis conferunt, nam caſtè à nobis & incorrupte obſeruata hnmilitatis, & ſubmiſſionis cuiuſdam in nobis ſpecimen oſtendunt,ex quo efficitur,vt, dum, non dedignamur nos rebus infimis,earũm contemplatione, quæ in eis ſignificantur, pronos, & obe-

dientes effingere, æternis digni præmijs apud Deum habeamur, quibus item Sacramentis dum noſtram operã integrè & ſincere nauamus, noſq; in eis exercemus, & animum noſtrum agitamus, efficitur, vt ocioſi ne ſedeamus, multaque malorum ſemina hoc pacto vitemus. *a*

a Glo. c. inſtitu. de conſecrat. diſt. 2 Abb. in rub. de ſacra. nõ iteran. in fi

Eſt autem Saramentum corporeum quoddam Elementum, extrinſecus cum ſenſu inflictum, nuiſibilia, & incorporalia propter ſimilitudinem referans, & propter inſtitutionem ſignificans, *b* ideoq; dicuntur Sacramenta, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur, quod cernitur, ſpeciem habet corpoream, quod percipitur, fructum habet ſpiritalem, *c* vnde à ſecretis virtutibus, vel à ſacris Sacramenta dicuntur, quia ſub tegmento corporalium rerum diuina virtus ſecretius ſalutem eorundem Sacramentorum operatur. *d*

b Abba. d. rub. d. ſacra. non iteran. col. 1.

c c. qui mãducat. 1. ea. diſt. 2. de cõſecrat.

d c. multi. §. myſteriũ. 1. q. 1.

Sunt autem hæc ſeptem infraſcripta Eccleſiæ Sacramenta, Baptiſmus, Confirmatio, Ordo, Euchariſtia, Pœnitentia, Matrimonium, & Sacra Extrema vnctio, nam & Sacrę Synodi Tridentinæ Canonibus cautum eſt, vt ſi quis dixerit eſſe plura, vel pauciora, quam ſeptem ſupradicta Eccleſiæ Sacramenta, aut etiam aliquod horum ſeptem non eſſe verè, & propriè Sacramentum, ſeu non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, anathema ſit, *e* ac qui dixerit ea ipſa nouæ legis Sacramenta à Sacramentis antiquæ legis non differre, niſi quia cærimoniæ ſunt aliæ, & alij ritus externi, ac, ſi quis dixerit hæc ſeptem Sacramenta ita eſſe inter ſe paria, vt nulla ratione aliud ſit alio dignius, vel Sacramenta nouæ legis ptopter ſolam fidem nutriendam inſtituta eſſe, vel non continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tantùm æterna ſint acceptæ per fidem gratiæ, vel iuſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianę profeſſionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, vel non dari gratiam per huiuſmodi Sacramenta ſemper, & omnibus quantum eſt, ex parte Dei, etiam ſi rite ea ſuſcipiant,

e Seſſ. 7. Cano. 1. d. ſacr. in genere.

ſcipiant,

ſcipiant, ſed aliquando, & aliquibus, vel per ipſa nouæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam; ſed ſolam fidem diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere, vel Chriſtianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis adminiſtrandis habere poteſtatem, vel in miniſtris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi, qoud facit Eccleſia, vel miniſtrum in peccato mortali exiſtentem, modo omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere, aut conferre Sacramentum, vel receptos, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſolenni Sacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos, aut contenni, aut ſine peccato à miniſtris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcumq; Eccleſiarum Paſtorem mutari poſſe, qui inquam hæc, vel eorum aliqua dixerit, eadem Synodo anathema decernitur. *a*

Horum Sacramentorum tria prima, ſcilicet, Baptiſmus, Confirmatio, Ordo, characterem animæ imprimunt, ideoq; illa iterari nephas eſt, quod & Canone nono eiuſdem Concilij Tridentini ſub Titulo de Sacramentis repetitum eſt his verbis: videlicet, Si quis dixerit in tribus Sacramẽtis Baptiſmo, ſcilicet, Confirmatione, & Ordine, nõ imprimi characterem in anima, hoc eſt, ſignum quoddã ſpiritale, & indelebile, vnde ea iterari non poſſunt, anathema ſit.

Alia verò quatuor poſtremo: ſcilicet, Euchariſtia, Pęnitentia, Matrimonium, Extrema vnctio characterem cum non infligant, nihil impedit, quin iterari poſſint. *b*

Rurſus horum Sacramentorum quinque ſunt, quibus non habitis, vel neglectis, eorumve aliquo nulla homini ſalutis æternæ ſpes eſſe poteſt, quare & neceſſaria appellantur, alia verò duos: ſcilicet, Matrimoniũ, & Ordo, quæ & dignitatis dicuntur, *c* liberæ sũt voluntatis vniuſq; & tametſi quis hæc nunquã acceperit, animæ tamen ſalutem & gratiã diuinã ſperare

a to. tit. de ſacramen. ui gener. ſeſſ. 7

b Abba. d. rub. col. 1. & 2.

c c. remiſſ. in fin. 1. q. pri.

poteſt, vniuerſo tamen Eccleſiæ corpori hæc quoque duos ſunt neceſſaria, hinc & capite quarto eiuſdem tituli de Sacramentis in Synodo eadem Tridentina talis Canon extat, videlicet. Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua, & ſine eis, aut eorum voto per ſolam fidem, homines à Deo gratiam iuſtificationis adipiſci, licet omnia ſingulis neceſſaria non ſint, anathema ſit. De his igitur ſingulis videamus, & primum de Baptiſmo, qui reliquis omnibus ianua eſt, & principium. *a*

a Glo. ca. 1. diſt. 4. & c. quicunque. 77. diſt.

De Baptiſmo. Tit. II.

BAPTISMVS tanti eſt momenti, vt ſine eo nemo ſaluus eſſe poſſit, quemadmodum Chriſti ipſius Domini noſtri voce docemur, hoc enim crimen ingenitũ abſtergitur, quod cœleſtem ianuam nobis obſerauerat. Vnde meritò Canon Sacri Concilij Tridentini anathema eſſe præcipit eum, qui dixerit, liberum eſſe Baptiſmum, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem. *b*

b Can. 5. de Baptiſ. ſeſſ. 7.

Eſt autem Baptiſmus exterior hominum ablutio cum certa forma verborum originarium peccatum delens. *c* Et longè maiorem vtilitatem affert Baptiſmus, quàm olim Circunciſio afferret, quippe per Baptiſmum renatus ianuam cœleſtem ſibi reſeratam inuenit, quę Circunciſis occluſa erat, quamuis culpa ingenita eis per Circumciſionem ipſam remitteretur, *d* quinetiam Baptiſmus non tantum labem origine contractam, ſed etiam propria voluntate ſuſceptam delet, *e* Si quis tamẽ dixerit peccata omnia, etiam quæ poſt Baptiſmum fiunt, ſola recordatione, & fide ſuſcepti Baptiſmi, vel dimitti, vel fieri venialia, is anathema eſſet, ex Tridentinæ Synodi Conſtitutione. *f*

c Glo. c. pri. diſt. 4. de cõſec. Thom. l. 4. ſentẽ. diſt. 3. q. pri.

d c. maiores. in prin. eo. t. de Baptiſ.

e c. regenerãte. vbi gl. diſt. 4. de cõſecrat.

f Cano. 10. Tit. de Baptiſmo. ſeſſ. 7.

Et duplex eſt Baptiſmus, Solemnis & Simplex, ille multas cæremonias exigit præter Verbũ Dei, & aquã, nam & Catheciſmos, & Exorgiſmos, & Exuffiationes, & Vnctiones, & Salis Saliuæq; lenitiones, & multas preces, multaſque alias ſolennitates deſiderat, hic autem

tem in caſu neceſſario in vſu eſſe ſolet, cum quis vitæ in diſcrimine eſt, qui Baptizandus eſt, proptereaque ſine ſolennitatibus prædictis abſoluitur, ſed ſolum immerſione trina in fonte, contentus eſt cum prolatione ſolennium, verborum, Ego te Baptizo, in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. *a* Dubitatum eſt tamen olim, vtrum paruuli ſint pro Chriſtianis habendi, quos in Articulo mortis conſtitutos propter aquæ penuriam, & abſentiam Sacerdotis, aliquorum ſimplicitas in caput, ac pectus, & inter ſcapulas pro Baptiſmo Saliuæ conſpenſione liniuit, Cui dubitationi reſponſum extat, quod cum in Baptiſmo duo ſemper, videlicet. Verbum, & Elementum, neceſſariò requirantur, iuxta quod de verbo veritas ait, Euntes in Mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ, & Baptizate omnes gentes, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, eademque veritas dicat de Elemento. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non intrabit in regnum cœlorum, propterea ambigi non oportet, illos verum non habere Baptiſmum, in quibus non ſolum vtrumque prædictorũ, ſed eorum alterum omiſſum eſt, *b* extat etiam Canon Synodi Tridentinæ feriens anathemate eos qui dixerint, aquam veram, & naturalem, non eſſe de neceſſitate Baptiſmi, atque ideo ſupradicta verba, Niſi quis renatus &c. ad metaforam aliquam detorſerit, *c* non quidem ibimus inficias interdum etiam vtriusque vel alterius, ſcilicet, Verbi, aut Elementi omiſſione, quem non minus tamen Chriſtianum eſſe effectũ, & illius gratiæ, participem, quæ ex Sacramento Baptiſmi percipitur, vt cum quis magno deſiderio cupiens Baptizari inſtante morte non potuit, vel cum ob Chriſtum animam cum Sanguine priuſquam Baptizari poſſet, effudit, hic enim dicitur Sanguinis Baptiſmus, ille ſuperior flaminis, at is, quo vtimur communiter, Baptiſmus, eſt fluminis, *d* ſed paruuli huius Baptiſmi, qui flaminis dicitur, expertes ſunt, nam hic adultis duntaxat congruere poteſt, cum enim Baptiſ-

a c. pri. extra eo. de cõſecr. diſt. 4.

b c. pen.

c Can. 2. de Baptiſ. ſeſ. 7

d Gloſſ. & Abb. c. 2. de presbyt. non bapt. c. bap. diſt. 4. de cõſecrat.

mus flaminis dicatur, quod Spiritus Sanctus propter Fidem,& Charitatem alicuius ipſi inuiſibiliter cor in ungat,quomodo hic paruulis conueniet, qui non ſentiunt,nec intelligunt,& meritò Fidei,& Charitatis incapaces ſunt. *a*

a Abb. d. c. ij. § presbyt. non bapti.

Baptiſmus autem fluminis, & Sãguinis etiam paruulis competit, *b* hinc & Sacroſancta Synodus Tridẽtina ſub Paulo Tertio anathemati ſubiecit omnes,qui dixerint,paruulos, eò quod actum credendi non habent, ſuſcepto Baptiſmo inter fideles computandos non eſſe,ac propterea,cum ad annos diſcretionis peruenerint,eſſe rebaptizandos, aut præſtare omitti eorum Baptiſma,quam eos non actu proprio credentes Baptizari in ſola fide Eccleſiæ, *c* vel qui dixerint, neminem eſſe Baptizandum,niſi ea ætate qua Chriſtus Baptizatus eſt, vel in ipſo mortis articulo, *d* vel huiuſmodi paruulos Baptizatos,cum adoleuerint,interrogandos eſſe,an ratum habere velint, quod Patrini eorum nomine,dum Baptizarentur, polliciti ſunt, &, vbi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio relinquendos,nec alia interim pœna ad Chriſtianam vitam cogendos,niſi,vt ab Euchariſtiæ,aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur donec reſipiſcant. *e*

b Abb. d. c. 2.

c Cano. 13. ſeſſ. 7. de Baptiſ.

d Can. 12. ea ſeſſ. e. ti. de Baptiſ.

e Can. ult. eo. tit. de Baptiſ. ea. ſeſſ.

Paruuli igitur alio profitente Baptizandi ſunt,quia adhuc loqui vel credere neſciunt,ſicut etiam ægri, muti,& ſurdi,quorum vice alius profitetur, vt pro eis reſpondeat,dum Baptizantur. *f*

f c. paruuli. diſt. 4. de cõſecrat.

Si quis Sacerdos Latinam linguam penitus ignorans,& dum Batizaret, neſciens loqui Latine dixerit. Baptizo te,In Nomine Patria,& Filia,& Spiritua Sancta,idque non vt errorem, aut hæreſim introduceret, ſed ſola Romanæ locutionis ignorantia comiſerit, is ſic Baptizatus ab eo, non erit denuo Baptizandus. *g*

g c. retulerunt ea. diſ. 4. de conſecrat.

Quamuis hoc munus Baptizandi Sacerdotum proprium ſit,tamen & Laicus rectè & vtiliter neceſsitate exigente Baptizare poterit,nec,ſi hæreticus, vel Paganus, aut Iudæus Baptizarit, dummodo debita materia forma, & intentione vtatur, Sacramentum repetendum

tendum erit, cum non dignitate miniſtri, ſed virtute verbi diuini, & Spiritus Sancti conſtet, *a* quare & Sāncta Synodus Tridentina in quarto Canone Tituli de Baptiſmo Seſsione ſeptima decreuit, vt ſi quis dixerit Baptiſmum, qui etiam datur ab hæreticis In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, non eſſe verum Baptiſma anathema ſit.

a In neceſſitate cū ſeq. ea. diſ. et ti. ſecūdum Eccle. xi. q. diſ. c. pt r. hoc. §. ad hoc. 32 diſt.

Baptiſmi quidem Sacramētum iterandum non eſt ſed ſi de aliquo tamen ambigatur, an ſit Baptizatus nec ne, poterit ei Baptiſmus huiuſmodi verbis conferri. Si Baptizatus es, te non rebaptizo; ſed ſi nondum Baptizatus es, ego te Baptizo, In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. *b* Et certe, quoties non inueniuntur certiſſimi teſtes, qui Infantes Baptizatos ſine dubitatione teſtentur, neque ipſi ſunt per ætatem idonei de traditis ſibi Sacramentis reſpondere, abſq; vllo ſcrupulo Baptizandi ſunt, ne iſta trepidatio eos faciat Sacramentorum purgatione priuari. *c*

b c. 2. extra. eo.

Nemo autem ſeipſum Baptizare poteſt etiam in mortis articulo conſtitutus, quamuis, ſi ſtatim deceſſerit, non propter fidei Sacramentum, ſed Sacramenti fidem ſaluus fiat. *d*

c c. placuit. diſ. 4. de conſecrat.

d. c. debitū. extra. eo. de Bapt.

Quicumque autem Presbyter, vel pro intentione itineris aliaue excuſatione commendatum ſibi ægrū Baptizare neglexerit, adeo vt ille ſine Baptiſmo è vita deceſſerit, deponendus eſt, ſiue in prouincia propria ſit, ſiue in aliena, ſiue vbicumque inuentus fuerit in hoc deliquiſſe. *e*

e c. quicumque presbyter. de conſec. diſt. 4.

In Iudæis autem Baptizandis hoc olim obſeruabatur, vt octo menſes inter Cathecuminos Eccleſiæ limen introirent, &, ſi pura fide venire noſcebātur, tunc demum Baptiſmi gratiam mererentur, quòd ſi caſu aliquo periculum infirmitatis intra præſcriptum tempus incurriſſent, & deſperati fuiſſent, Baptizari poterant, idque ex Concilio Agathenſi fuerat ſtatutum, *f* hodie aliter Eccleſia obſeruat cum Gregorij ſententia, nam ne longa dilatio retro poſſit animos Iudæo-

f c. Iudæi. diſ. 4. de conſecrat.

rum reuocare, pœnitentia ac abſtinentia quadraginta dierum per eos acta, erunt die Dominica, aut, ſi celeberrima aliqua feſtiuitas occurrerit, Baptizandi. *a*

a c. ne, quod abſit. ea. diſ. & tit.

De Confirmatione. Tit. III.

POST Baptiſmum confirmatio quoq; eſt Chriſtiano adhibenda, qua vndequaq; munitus ſit tamquã duplici thorace aduerſus maligni hoſtis inſidias, ita enim fit, vt per Baptiſmum genitus poſteà per hoc Sacramentum enutriatur, & creſcat, & per virtutem Spiritus Sancti confirmetur, quod olim impoſitione manuum duntaxat celebrabatur, hodie ex Apoſtolorum traditione Chriſma quoq; adhibetur, cum impreſſione ſigni Sanctæ Chrucis in fronte, vt externo ſigno intima vnctio, quam Spiritus Sanctus efficit, ſignificetur, hinc ſeptiformis Spiritus Sanctus hoc Sacramento accipitur. *b* Spiritus Sapientiæ, & Intellectus, Spiritus Conſilij, & Fortitudinis, Spiritus Scientiæ, ac Pietatis, & Timoris. Synodus igitur Tridentina meritò anathemate percutit omnes, qui dixerint, Cõfirmationem Baptizatorum ocioſam ceremoniam eſſe, & non potius verum, & proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quàm Catecheſim quandam, qua adoleſcentiæ proximi fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant. *c* Vel iniurios eſſe eos Spiritui Sancto, qui Sacro confirmationis Chriſmati virtutem aliquam tribuunt. *d*

b c. nouiſſime diſt. 5. de conſecrat.

c Can. 1. de cõfir. ſeſſ. 7.

d Can. 2. eo. tit.

Miniſter autem huius ſacramenti eſt ſolus Epiſcopus, quamuis cæteras vnctiones etiã ſimplex Præsbyter valeat exhibere *e* quare & eadem Sacra Synodus Tridentina gladium anathematis minitatur his, qui dixerint, Sanctæ Confirmationis ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem Sacerdotem. *f*

e c. un. § frõtis de ſacra. vnct. et c. quanto d cõſuetud.

f Can. 3. eo. tit. et ea ſeſ.

Non niſi Ieiunis, & à Ieiunis ex honeſtate hoc Sacramentum conferendum eſſet, exceptis Infirmis, & in tenui diſcrimine leti poſitis, *g* nec iterandum eſt. *h*

g c. ut Epiſcopi de conſec. diſt. 5.

h c. dictum eſt ea diſt.

De

De Sacramento Pœnitentiæ. Tit. IIII.

CVM homines per Baptiſmum renati ſunt, ſæpe in grauia crimina labuntur, quibus ne opprimãtur, inſtituit Chriſtus Sacramentum Pœnitentiæ, quod poſt Baptiſmum ſit nobis tanquam ſecunda Tabula in naufragio, *a* cuius ope à lapſu nos erigere poſsimus, *b* ſi noſtra vulnera criminibus contracta Medico, id eſt, Sacerdoti nudauerimus debita cordis compunctione, in Corde enim ſi adſit Cõtritio, in ore Cõfeſsio, in opere Satisfactio, Sacramenti huius vis operatur, quæ in abſolutione Sacerdotis conſiſtit, illi enim ſoluendi, & ligandi poteſtas diuinitus data eſt, quam non poterit vtique cum iudicio exercere, hunc pro meritis ſoluens, illum vinciens, niſi ex peccatorum enumeratione proprio ore facta etiam criminũ occultorum notitiam habeat. *c*

a c. ſecũda. diſt. pri. de pœniten.

b c. 1. in fi. de ſum. trin.

c c. voluiſſent de penit. diſt. pri.

Ac ne quis ambigat ſuper aliquibus articulis in Pœnitentiæ ipſius Sacramento, nonnullis qui nodum in ſcirpo quærunt, negocium faceſſentibus, petat Sacroſancti Concilij Tridentini Canones, qui non idcirco, quia rem vtpote ex ſe apertam ac ſæpe deciſam alia declaratione egere iudicarent, ſed quo pertinacibus omnino os obſtruatur, aut potius in caput contundatur, facti ſunt, Illius igitur Canonibus in Seſsione decimaquarta ſub eodem Titulo de Pœnitentijs anathematis mucro diſtringitur aduerſus eos, qui dixerint. In Catholica Eccleſia Pœnitentiam non eſſe verum & proprium Sacramentum, pro fidelibus, quoties poſt Baptiſmum in peccata labuctur, ipſi Deo reconciliandis, à Chriſto Domino inſtitutum. *d*

d Can. 1.

Vel ſi quis Sacraméta cõfundens, ipſum Baptiſmũ Pœnitétię Sacramentũ eſſe dixerit, quaſi hęc duo Sacraméta diſtincta nõ ſint, atq; ideo Penitentiã non recte ſecundam poſt naufragium Tabulam appellari. *e*

e Can. 2.

Vel qui dixerint, verba illa Domini ſeruatoris. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt,

non

non eſſe iutelligenda de poteſtate remittendi,& retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ,ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit,detorſerit autem contra inſtitutionem huius Sacramenti,ad authoritatem prædicandi Euangelium .. *a*

a Can.3.

Item contra eos,qui negauerint,ad integram,& perfectam peccatorum remiſsionem requiri tres actus in Pœnitente,quaſi materiam Sacramenti Pœnitentiæ, videlicet,Contritionem,Confeſſionem,& Satisfactionem, quæ tres Pœnitentiæ partes dicuntur, aut dixerit,duas tantum eſſe Pœnitentiæ partes,terrores ſcilicet incuſſos Conſcientiæ agnito Peccato, & Eidem conceptam ex Euangelio vel abſolutione, qua credit quis ſibi per Chriſtum remiſſa Peccata. *b*

b Can.4.

Item, Si quis negauerit Confeſsionem Sacramentalem,vel inſtitutam vel ad ſalutem neceſſariam eſſe Iure diuino,aut dixerit modum confitendi ſecrete ſoli Sacerdoti quem Eccleſia Catholica ab initio ſemper obſeruauit,& obſeruat,alienum eſſe ab inſtitutione,& mandato Chriſti,& inuentum eſſe humanum.*c*

c Can.6.

Item,ſi quis dixerit,in Sacramento Pœnitentiæ ad Remiſsionem Peccatorum,neceſſarium non eſſe Iure diuino confiteri omnia,& ſingula Peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, &, quæ ſunt contra duo vltima decalogi præcepta, & circunſtantias, quæ peccati ſpeciem mutent, ſed eam confeſsionem tantùm eſſe vtilem ad erudiendum, & conſolandum pœnitentem,& olim obſeruatam fuiſſe tantum ad ſatisfactionem Canonicam imponendam,aut dixerit,eos, qui omnia Peccata confiteri ſtudent, nihil relinquere velle Diuinæ miſericordiæ ignoſcendum,aut demum non licere confiteri Peccata venialia, *d* vel qui dixerit Confeſsionem omnium Peccatorum, qualem Eccleſia ſeruat,eſſe impoſsibilem, & traditionem humanam à pijs abholendum. *e*

d Can.7.

e Can.8.

Vel abſolutionem ſacramentalem Sacerdotis non eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pro-

nuntiandi,

nuntiandi, & declarandi remiſſa eſſe Peccata confitenti, modò tantum credat, ſe eſſe abſolutum, aut Sacerdos non ſeriò ſed ioco abſoluat, aut dixerit, non requiri Confeſsionem Pœnitentis, vt Sacerdos eum abſoluere poſsit. *a* *a Can. 9.*

Ac, ſi quis dixerit, Sacerdotes, qui in Peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi, & ſoluendi non habere, aut non ſolos Sacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum, Quecumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in Cœlo, & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlo, & quorum remiſeritis Peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, quorum verborum virtute quilibet abſoluere poſsit Peccata, publica quidem per correptionem duntaxat, ſi correptus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam Confeſsionem, *b* nonnulla quoque alia adiecit, quæ miſſa facio, quòd non omninò ex noſtro propoſito videantur. *b Can. 10.*

Sed quamuis ſupra dictum ſit Sacerdotibus abſoluendi ligandiq; Ius in Pœnitentes competere, id tamen ſciendum eſt, quod eadem quoque Synodo Tridentina ſeptimo capite Seſsionis decimę quartę, dum tractat de Doctrina Sacramenti huius declaratur, quod nullius momenti eſt abſolutio, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatã nõ habet Iuriſdictionem, & quòd magnopere ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinet (id quod Sanctiſſimis etiam Patribus noſtris viſum eſt) vt atrociora quædam, & grauiora crimina non à quibuſuis, ſed à ſummis duntaxat Sacerdotibus abſoluantur, vt tamẽ hoc incognitum non ſit, nullam eſſe reſeruationem in articulo mortis, quin eo caſu omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes, à quibuslibet Peccatis, & cenſuris abſoluere poſsint, *c* ſunt & aliqui caſus, quorum abſolutio eſt ipſi Rom. Pontifici reſeruata. *d* *c ca. 7. ſeſſ. 14. & Can. 11.* *d inf. de ſet. excom. §. ex communica tio maior.*

Et quamuis Presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, decreuit tamen

eadem

eadem Sancta Synodus ſub Pio Quarto, nullum etiã Regularem, poſſe Confeſſiones ſecularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegijs, & conſuetudine quacumque etiam immemorabili non obſtantibus. *a*

a c. 15. ſeſſ. xxiij.

Sed quia parum fuerit, Sacramenta eſſe inſtituta, niſi etiam cura adhiberetur, vt hi, quorum vtilitati eorum inuentione, & inſtitutione proſpectum eſt, ea nõ recipientes dignam mercedem habeant, Idcirco in generali Concilio Innoc. ſtatutum eſt, vt quilibet Chriſtianus, vbi ad annos iudicij peruenerit, quolibet anno hoc ſe Sacramento exerceat ſua crimina ſolus proprio Sacerdoti fideliter aperiendo, ſuſcipiatque etiam ſaltem quolibet Paſchatis Feſto Sacram Euchariſtiam, niſi ex proprij Sacerdotis conſilio ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus abſtinere melius iudicarit, quæ præcepta non obſeruans, & viuens ab Eccleſiæ ingreſſu arcebitur, & moriens Chriſtiana carebit ſepultura. *b* Anathema etiam iniungitur eodem Concil. Trident. his, qui dixerint, omnes & ſingulos vtriusque ſexus Chriſti fideles nõ teneri iuxta magni Concilij Lateranenſis Conſtitutionem ſemel in anno ad Confeſſionem omnium Peccatorum, qualem Eccleſia ſeruat, & ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, vt non confiteantur tempore Quadrageſimæ. *c*

b c. omnis. utriusq; ſexus. de pœnitent.

c Can. 8. de pœnitẽ. ſeſſ. 14.

Sacerdos autem, cui quis Pœnitentiæ Sacramentum exercens Peccata ſua faſſus fuerit, non debet verbo, aut ſigno, aut alio quouis modo aliquatenus peccatorem prodere, ſed ſi prudentiori Conſilio indiguerit, illud absque vlla expreſſione perſonæ cautè requirat, quod ſi quis Sacerdos non obſeruarit, à Sacerdotali officio deponetur, & ad agendum perpetuam Pœnitentiam in arctum Monaſterium detrudetur. *d*

d d. c. omnis. utriusq; in fi.

De

De Sacramento Euchariſtia. Tit. V.

VBI homo Pœnitentiæ ope à lapſu exurrexerit, in Domino,tum verò ei cauēdum eſt,vt in bono perſeueret,ac creſcat,quem ad vſum inſtituit Chriſtus ſeruator & Dominus noſter Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ſub viſibili ſpecie Panis,& vini,quæ verum Chriſti corpus, & ſanguinem nobis præbet, quo quidem Sacramento nullum maius eſſe poteſt,nec vlla potior oblatio. *a*

Cuius quidem Sacramenti forma in illis verbis ſolennibus cōſiſtit,quę idē Chriſtus Dominus noſter,tāquam certiſsimū amoris monumentū nobis reliquit. Nemo aūt hoc Sacramentū facere pōt, niſi Sacerdos, qui ritè ſit ordinatus ſecundùm claues Eccleſiæ, quas conceſsit Apoſtolis,eorumq́; ſucceſſoribus Chriſtus. *b*

Illud verò ſumunt,aut,illi ipſi, qui id fecerunt, ideſt,Sacerdotes, nam & ſancta Synodus Tridentina decreuit,vt Anathema ſit, quiſquis dixerit, non licere Sacerdoti celebranti ſe ipſum communicare, *c* aut id ſumunt alij ſiue Laici, ſiue Clerici etiam Sacerdotes,quibus per Sacerdotem alium propinatur, vt tamen ſciamus Presbyterum Parochum tantū hoc Sacramentum miniſtrare debere, hinc & Religioſi, qui Clericis, aut Laicis Sacramentum hoc miniſtrarint non habita Parochi Presbyteri licentia ſpeciali,Excōmunicationis ſententiam ipſo facto incurrunt,per Sedem Apoſtolicam duntaxat abſoluendi, quos etiam locorum Ordinarij tenentur, poſtquam de hoc eis cōſtiterit,curare,vt ſic Excommunicati publice nuntientur, donec de abſolutione ipſorum eis fuerit facta fides,nullo religioſis eiſdem ſuper hoc exemptionis vel alio priuilegio ſuffragante. *d* Hi tamen Religioſi excipiuntur, quibus eſt ab Apoſtolica Sede conceſſum, vt familiaribus ſuis domeſticis aut Pauperibus in Hoſpitalibus ſuis degentibus poſsint Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrare. *e*

Sumunt verò ipſum Sacerdotes conficientes dum Miſſam

a c.nihil.de cōſecration. diſt.2.

b c.1.§.pe. de ſum.trin.

c Canon.x. tit.de ſacra. Euchariſtia ſeſſ.12.

d Cle. pri.ī prin. de priuileg.

e Cle. 1.§. fi. de priuil.

Miſſam celebrant, nam quotieſcumq; ſacerdos ſacrificans corpus,& ſanguinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti in altari immolat, toties perceptionis corporis, & ſanguinis eiuſdem participem ſe præbere debet, niſi ab ipſa communione annum velit eſſe ſuſpenſus. *a*

a c. relatū. in fi. & c. ſeq. de con-ſecr. diſt. 2.

Miſſæ aūt Celebrationē Iacobus frater Domini, & Baſilius Ceſarienſis adinuenerunt, *b* eaq; nō debet niſi à ieiunis celebrari, *c* nec niſi vna Miſſa a quouis Sacerdote vna eademq; die(ſi iuſta cauſa vrgens nō ſubſit)celebrari pōt,die Natiuitatis Dominicę excepta.*d*

b c. Iacobus. de conſecratio. diſt. 2.

c c. Sacramenta. ea. diſt.

d c. ſufficit. ea. diſt. c. 4. d celeb. miſ.

Qui verò pecunia inductus,vel adulationibus ſecularium plures eadem die Miſſas celebrare non formidarit,hic non creditur damnationem euadere. *e*

e d. c. ſufficit.

Caueat verò Sacerdos,ne,dum miſſam celebrat, & Sacramenti miſterium facere ſimulat, ſuppreſſis verbis ſolennibus,quibus ſacramētum conficitur, panem & vinum inane tantummodò ſumat, dum forte veretur Miſſam celebrare, quòd ſe ſciat letali crimini obnoxium,& eam tamen propter aliquam neceſsitatem intermittere non poteſt,nam & ſi leuis non ſit eius noxa,qui criminis grauis ſibi conſcius Sacramento impudenter ſeſe ingerit, longe tamen grauius crimen illius exiſtimandum eſt, qui prædicto modo aliud agere,aliud ſimulare non formidarit,ille enim Deū ſolū, hic & Deū,& populum lædit, & quod in ſe eſt, ludit. *f*

f c. de homine. de celebrat. miſſ.

At Laici Sacramentum de manu eorundem Sacerdotum expectant,quemadmodum & Clerici Presbyteris inferiores,nemo enim illud miniſtrare debet excepto Presbytero, adeò, vt Presbyter puniatur, qui per alium ægro Sacramentum miniſtrat, *g*

g c. peruenit. de cōſec. diſt. 2.

Sed quamuis olim quilibet Chriſtianus ætatis legitimæ ter in anno Sacramentum ſumere iuberetur, ideſt,in Feſto Paſchatis,Penthecoſtes,& Natalis Dominici,poſtea tamen, quia decreſcēte fidei feruore ægrè hoc obſeruabatur,ex Concilio generali ſancitum eſt, vt quouis anno ſaltem ſemel,idq; in Paſchate Reſurrectionis,ad hoc conuiuium quilibet accedat,delictorum confeſsione præmiſſa, alioqui Eccleſiæ ingreſſu

viuens,

viuens,& Eccleſiaſtica ſepultura defunctus prohibeatur,niſi ex proprij Sacerdotis conſilio legitima de cauſa id diſtulerit. *a* quinimo,ſi quis negauerit,oẽs & ſingulos Chriſti fideles vtriusq; ſexus,cũ ad annos diſcretionis peruenerint, teneri ſingulis annis ſaltem in Paſchate ad cõmunicandum iuxta præceptũ ſanctæ matris Eccleſiæ, ex Synodo Tridentina anathema fit. *b*

a d.c.omnis utriusq; in fi.

b Can.9.eo. tit.ſeſſ. 13.

In hoc autem Sacramento contigit olim dubitari, vtrum Laici,vel etiam Clerici non conficientes id ſub vtraq; ſpecie panis & vini ſumere debeant,an verò alterius ſpeciei communio eis ad ſalutem ſufficiat,quod nouiſsimè Sacroſancta Synodus Tridentina ſub Pio Quarto dilucidè admodum diffiniuit, declarans ac docens, nullo Diuino præcepto Laicos, & Clericos non conficientes obligari ad Euchariſtiæ Sacramentum ſub vtraque ſpecie ſumendum, neque vllo pacto ſalua fide dubitari poſſe,quin illis alterius ſpeciei communio ad ſalutem ſufficiat,quod indubitatis authoritatibus confirmauit, *c* quamuis enim ab initio Chriſtianæ Religionis non infrequens vtriusque ſpeciei vſus fuiſſet, tamen progreſſu temporis, latiſſimè iam mutata illa conſuetudine grauibus & iuſtis cauſis adducta Eccleſia hanc conſuetudinem ſub altera ſpecie communicandi approbauit, & pro lege habendam decreuit,quam reprobare,aut ſine ipſius Eccleſiæ authoritate mutare non licet. *d*

c cap.1 ſeſſ. 21. in doct. de commun. ſub utraque ſpecie.

d cap.2.ea. ſeſſ. & eo. tit.

Declarauit etiam eadem Sancta Synodus, quamuis Redemptor noſter in ſuprema illa Cœna hoc Sacramentum in duabus ſpeciebus inſtituerit,& Apoſtolis tradiderit, tamen fatendum eſſe, etiam ſub altera tantùm ſpecie totum,atque integrum Chriſtum, verumq; Sacramentum ſumi ac propterea,quod ad fructum attinet,nulla gratia neceſſaria ad ſalutem eos defraudari,qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt, *e* contrariumq; dicentes eadem Synodus anathemati ſubiecit,ac ſubijcit. *f*

e cap.3.ubi ſupra.

f Can.1.ubi ſupra.

Hoc etiam docuit eadem Synodus, paruulos vſu rationis carentes, nulla obligari neceſsitate ad ſacramentalem

mentalem Euchariſtiæ communionem, ac Anathemati obnoxios eſſe decreuit omnes. qui eius contrarium dixerint. *a*

a c.liquido. de conſecra. diſt.2.

Hoc autem Sacramentum non niſi ieiuno ſtomacho regulariter ſuſcipi debet, *b* conſultiusque faciet, qui ipſum ſuſceperit, ſi etiam à propria vxore tribus ſaltem diebus ante, ac totidem poſt illud receptum ſe continuerit. *c*

b cap.omnis homo.v.glo. ea.diſt.& t.

c c. presbyter ea.diſt.

Presbyter curet Sacram Euchariſtiam ad omnem ægri cuiusque repentinam neceſsitatem ſemper paratam habere, ne ſine ea ægrotos mori contingar. *d* Et diligenter obſeruetur, vt in cunctis Eccleſijs Chriſma, & Euchariſtia ſub fide cuſtodia clauibus obſignata ſeruentur, ne ad illa queat temeraria manus extendi ad aliqua nephanda patranda, ſi vero is ad quem ſpectat cuſtodia, noctes diesque ſtertens ea incautè reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendendus erit, at ſi propter eius negligentiam aliquod nephas inde contigerit, grauiori etiam ſubdendus erit vltioni, *e*

d c.1.de cuſto.Euch.ex.

e cap.7.ſeſ. 13.

Hunc autem morem aſſeruandi in ſacrario Sanctã Euchariſtiam, & deferendi ipſam ad Infirmos, iam à tempore Nicœni Concilij receptum & multis in Concilijs preceptnm ſumma æquitate, & cum ratione coniunctum, ac vetuſtiſſimo Catholicæ Eccleſiæ more obſernatum eadem Sancta Synodus ſub Iulio Tertio retinendum omnino ſtatuit, tamquam ſalutarem. & neceſſarium, decernens inſuper, ſiquis dixerit, non licere Sacram Euchariſtiam in ſacrario ſeruari, ſed ſtatim poſt conſecrationem adſtantibus neceſſariò diſtribuẽdam, aut non licere, vt illa ad Infirmos honorificè deferatur, anathema ſit. *f*

f can.7.u.ſ.

De Sacra Vnctione. Tit. VI.

NON eſt etiã omittendum Sacrum Extremæ vnctionis Sacramentum, cuius duæ ſunt ſpecies, exterior, & interior, illa, quæ materialis eſt, & viſibilis inungit corpus, hæc quæ ſpiritualis eſt, & inuiſibilis inungit cor, *g* hęcque per illã exteriorẽ ſignificatur.

g c.1. §.1. de ſacra.un.

Inſtituta

Inſtituta eſt autem Sacra hæc Vnctio Infirmorum tamquam verè,& propriè Sacramentum noui Teſtamenti, à Chriſto Domino noſtro apud Marcum quidem inſinuatum, per Iacobum autem Apoſtolum & Domini fratrem fidelibus commendatum, ac promulgatum,cum inquit.Infirmatur quis in vobis, inducat Presbyteros Eccleſiæ,& orent ſuper eum, vngentes eum Oleo,in Nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit Infirmum,& alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit,dimittentur ei,Quibus verbis(vt ex Apoſtolica traditione p manus accepta, Eccleſia didicit) docet materiam, formam,proprium miniſtrum,& effectum huius Sacramenti ſalutaris, ſi quidem materia eſt Oleum ab Epiſcopo benedictum, nam vnctio aptiſſime Spiritus ſancti gratiam, qua inuiſibiliter anima ægrotantis inungitur, repræſentat, forma eſt in illis verbis, quæ proferuntur, Per iſtam vnctionem &c.

Res porrò & effectus Sacramenti illis verbis explicatur,Et oratio fidei ſaluabit Infirmum, & alleuiabit eum Dominus,&,ſi in peccatis ſit,dimittentur ei, res etenim gratia eſt Spiritus ſancti, cuius vnctio delicta, ſi quæ ſint adhuc expianda, ac peccati reliquias abſtergit,& ægroti animam alleuiat,& confirmat, magnam in eo Diuinæ miſericordiæ fiduciam excitando,qua Infirmus ſubleuatus & morbi incommoda, ac labores leuius fert, & tentationibus Dœmonis calcaneo inſidiantis facilius reſiſtit, & ſanitatem corporis interdum,vbi ſaluti animæ expedierit,conſequitur.

Miniſtri etiam huius Sacramenti qui ſint, eiſdem verbis declaratur, nempe Presbyteri Eccleſiæ, ideſt, aut Epiſcopi,aut Sacerdotes ab ipſis rite ordinati per impoſitionem manum Presbyterij,Declaratur etiam ijsdem verbis,quibus hæc vnctio adhiberi ſoleat,nempe Infirmis,illis verò præſertim,qui tam periculoſe decumbun,vt in exitu vitæ conſtituti videantur, vnde & Sacramentum exeuntium nuncupatur, quòd ſi Infirmi poſt ſuſceptam hanc vnctionem conualuerint,

iterum huius Sacramenti ſubſidio iuuari poterunt, cum in aliud ſimile vitæ diſcrimen inciderint, Et tantum Sacramentum abſque ingenti ſcelere, & abſq; ipſius Spiritus ſancti iniuria contemni non poſſet, *a* quæ omnia Sancta etiam Synodus Tridentina declarauit nouiſſimè ſub Pio Quarto anathema etiam iniungens his, qui contrarium dixerint. *b*

a habes hoc, ſeſſ.14. Concil. Trid. ſub eo. ti.

b d ſeſſ. 14.

Religioſi, qui Clericis, aut Laicis ſacramentū hoc extremæ vnctionis miniſtrare non habita Parochi Præsbyteri licentia ſpeciali auſi fuerint, Excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrunt, per Sedem Apoſtolicam duntaxat abſoluendi, quos etiam locorum Ordinarij, poſtquam de hoc eis conſtiterit, curare debent pro Excommunicatis publicari, donec de abſolutione ipſorum eis fuerit facta fides, nullo Religioſis eiſdem ſuper hoc, exemptionis priuilegio, vel alio ſuffragante. *c*

c Cle. pri. in prin. de priuil.

Religioſi tamen illi, quibus eſt à Sede Apoſtolica conceſſum, vt familiaribus ſuis domeſticis, aut pauperibus in Hoſpitalibus ſuis degentibus, Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare poſſint, in prædictis non comprehenduntur. *d*

d d. Cle. pri. in fi. de priuil.

Sed & aliæ tamen vnctiones ſunt, quæ cuiuis Chriſtiano pariter communes ſunt, nam vngitur primum in Baptiſmate bis, oleo quidem Cathecuminorum prius ante Baptiſmum, mox Chriſmate ante ſolennia Baptiſmi peracta, vngitur etiam Chriſmate, dum confirmationis munus accipit, quod non niſi ab Epiſcopo impendi poteſt, quamuis cæteræ vnctiones per quemuis Presbyterum fieri poſsint.

Aliæ deinde ſunt vnctiones, quæ non omnibus communes ſunt, ſed certis perſonis duntaxat, Epiſcopus enim Chriſmate manus, caputque inungitur, vngitur Princeps ſecularis in brachio, ſeu in humero, vel harmo, non in capite, vt olim, quin etiam vngitur Altare, dum conſecratur, templum cum dedicatur, Calix cum benedicitur. *e*

e Tit. de ſacra. Vnct.

De

De Sacramento Ordinis. Tit. VII.

QVIA ſupra Libro primo ſatis docuiſſe arbitramur, qui ſint Clericorum ordines, ſuperfluum exiſtimamus hic, circa Sacramentum Ordinis pluribus inſiſtere, quod Sacramentum inſtitutum eſt cum ſigno impoſitionis manuum, alijſq; ritibus ſolennibus, quamuis enim Chriſtiani omnes ſint Sacerdotes, vt ſpiritales hoſtias, ideſt ſemetipſos Deo offerre, & nomen eius laudare, & vtiliter inuocare in omni loco poſſint, non omnes tamen ſunt Eccleſiæ miniſtri, ſed iam inde ab Eccleſiæ initio ſelecti ſunt quidã, qui muneribus Eccleſiaſticis fungerentur, & hi in nouem claſſes diſtincti ſunt, quas ſuprà libro primo gradatim recenſuimus, quamuis Theologi (vt nõnullis videtur) infimam, & ſupremam claſſem inter has non recenſeant, *a* Et ſacroſancta quidem Synodus Tridentina in vigeſima tertia Seſſione, dum de hoc Sacramento agit. *b* docet, quod cum Scripturæ teſtimonio, Apoſtolica traditione, & Patrum vnanimi conſenſu perſpicuum ſit, per ſacram ordinationem, quæ verbis & ſignis exterioribus perficitur, gratiam conferri, dubitare nemo debet, Ordinem eſſe verè & propriè vnũ, ex ſeptem Sanctæ Eccleſiæ Sacramentis, ac anathema eſſe decernit omnes, & ſingulos, qui dixerint, non eſſe in nouo Teſtamento Sacerdotium viſibile, & externum, vel nõ eſſe poteſtatem aliquam conſecrandi, & offerendi verum corpus, & ſanguinem Domini, & peccata remittendi, & retinendi, ſed officium tantùm, & nudum miniſterium prædicandi Euangelium, vel eos, qui non prædicant, prorſus non eſſe Sacerdotes. *c*

a Sũ. Ang. uer. ordo. p. quid eſt. ubi s. quot ſunt ord. dicit cõ. theol.

b c. 3.

c can. 1.

Vel qui dixerit, præter Sacerdotium non eſſe in Eccleſia Catholica alios ordines & maiores, & minores, per quos velut per gradus quoſdam in Sacerdotium tendatur. *d* Vel qui dixerit, ordinem, ſiue ſacram ordinationem, non eſſe verè & propriè Sacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe figmentũ

d can. 2.

quoddam humanum excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe tãtum ritum quemdam eligendi miniſtros verbi Dei,& Sacramentorum

a can.3. *a* Vel qui dixerit,per ſacram ordinationem non dari Spiritum ſanctum,ac proinde fruſtra Epiſcopos dicere. Accipe Spiritum ſanctum,aut per eam non imprimi characterem,vel eum,qui Sacerdos ſemel fuit,Laicum rurſus fieri poſſe. *b*

b can.4.

Item prædictæ anathematis pœnæ ſubijcit eos,qui dixerint,ſacram Vnctionem,qua Eccleſia in ſancta ordinatione vtitur,non tantum non requiri,ſed contemnendam & pernitioſam eſſe, ſimiliter & alias ordinis cœremonias. *c*

c can.5.

Item qui dixerint in Eccleſia Catholica non eſſe hierarchiam Diuina ordinatione inſtitutam,quæ conſtat ex Epiſcopis,Presbyteris,& miniſtris. *d*

d can.6.

Vel Epiſcopos non eſſe Presbyteris ſuperiores, vel non habere poteſtatem confirmandi,& ordinandi, vel eam,quam habent,illis eſſe cum Præsbyteris communem,vel ordines ab ipſis collatos ſine populi vel poteſtatis ſecularis conſenſu,aut vocatione irritos eſſe,aut eos, qui nec ab Eccleſiaſtica & Canonica poteſtate rite ordinati,nec miſſi ſunt,ſed aliunde veniunt, legitimos eſſe verbi, & Sacramentorum miniſtros, *e* vel ſi quis dixerit, Epiſcopos,qui authoritate Romani Pontificis aſſumuntur non eſſe legittimos ac veros Epiſcopos,ſed figmentum humanum. *f*

e can.7.

f can.ult.

Hoc igitur Sacramẽtum verbis Chriſti Domini innititur pluribus locis repetitis, & duplicem poteſtatẽ confert,ordinis videlicet, & Iuriſdictionis,ſub quarũ altera cadit verbi Diuini miniſterium, adminiſtratio Sacramentorum,& Eccleſiarum ordinatio ad ædificationem,ſub altera poteſtas excommunicandi,& pœnitentes abſoluendi,ac etiam peccata retinendi.

De Sacramento Matrimonij. Tit. VII.

MATRIMONIVM eſt Sacramentum, quo vir vnus,vnaq; mulier perpetuo, & indiſſociabili vinculo

culo coniugantur, duæ etenim Chriſtiani Matrimonij leges præcipuæ ſunt, altera, vt ſit inter duos tantum, id eſt, vnius viri, vniusque mulieris coniunctio, & neutri eorum liceat corporis ſui tertio poteſtatem facere, altera, vt hæc coniunctio ſola alterutrius morte diſſolua tur, *a* & ſi enim lege antiqua repudium non prohiberetur, id tamen illis populis duriſſimi cordis Moſes permiſerat, grauius ducens vxorem occidi (quod in illis metuebatur) quàm odij cauſa dimitti, quod hodie ceſſante iam illa tanta duritie minime neceſſariũ exiſtimatur, at, quod dicitur, vxorem ob fornicationem dimitti poſſe, non ſic eſt exaudiendum, quod propterea Matrimonij vinculum ſcindatur, ſed duntaxat thori, & menſæ conſuetudo ſeparatur, quare adulterij reus erit, tamquam alienam contrectans, quisquis ſic dimiſſam duxerit. *a c ſi.let q̃ri. 32. q. 2.*

Hinc & Sacroſancta Synodus Tridentina ſub Pio Quarto, plures Canones edidit, quibus anathemati ſubijcit eos, qui dixerint, matrimonium non eſſe vnũ verè & propriè ex ſeptem legis Euangelicæ Sacramentis à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſiam inuectum, neque gratiam cõferre, *b* vel licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege Diuina eſſe prohibitum. *c* Vel propter hæreſim, aut moleſtam cohabitationem aut affectatam abſentiam à coniuge diſſolui poſſe matrimonij vinculum, *d* *b Seſſ. 14. & matr. Cã. 1. c Can. 2. d Can. 5.*

Vel, qui dixerit, Eccleſiam errare, cum docuit, & docet iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui, & vtrumque, vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere, mecharique eum, qui dimiſſa adultera aliam duxerit, & eam, quæ dimiſſo adultero alij nupſerit. *e* *e Can. 7.*

Cauſæ autem oontrahendo matrimonio, vel iam contracto aduerſantes hæ ferè ſolent hoc Iure enumerari. In primis votum ſolenne contrahendum ma-

trimonium impedit, ac poſtea contractum diuellit, ſim plex autem votum contrahendo quidem obeſſe poteſt, non contractum dirimere. *a* Item duo, quorum alter ſit Chriſtianus, alter Infidelis ſe inuicem matrimonio copulare non poſſunt. *b*

a c. 1. & fi. qui Cle. uel uouen.

b c. caue. cũ ſeq. 29. q. 1.

Error quoque, quo coniugum alter ducitur, dum vel in perſona coniugis labitur, credens, (gratia exempli) eſſe Corneliam, quæ Sempronia erat, vel Titium, qui Mœuius erat, vel, quo in coniugis conditione decipitur, exiſtimans ingenuam eſſe, quæ ſerua erat, ſolet nuptiarum validitati officere, niſi errore cognito ad carnis commixtionem nihilominus peruenerit, *c* qualitatis autem, vel fortunę error nuptias non infirmat, qualitatis quidem eſt error, vt ſi corrupta ſit, quam virginem arbitrabar. Fortunæ eſt error, vt ſi pauper ſit, quam diuitem eſſe mihi perſuadebam. *d*

c c. ꝓpoſuit ubi Abb. de cõiug ſeruo.

d Abb. d. c. propoſuit.

Item Cognati, & Affines nuptias inter ſe contrahere prohibentur, & Cognatorum quidem per lineam rectam inter ſe coniunctorum prohibitio perpetua eſt nulla certo fine concluſa, eorum verò, qui ex transuerſo gradu cognationis iunguntur, prohibitio vltra quartum cognationis gradum non protenditur, & cum diſpari in gradu ſunt, remotior ſpectatur gradus. *e*

e c. ſi. de conſang. et affi.

Cum autem tres ſpecies Cognationis ſint, ſcilicet, Carnalis, Legalis, & Spiritualis, quæ ſcilicet contrahitur per Baptiſmum, & Confirmationem, harum quælibet matrimonium impedit, & infirmat, licet diuerſis modis, vt infra docebimus, Cognatio autem Legalis dicitur, vt, ſi qua per adoptionem mihi ſoror eſſe cœperit, nam quandiu durat adoptio, inter me & ipſam nuptiæ conſiſtere non poſſunt. *f*

f c. un. de cognat. leg.

Affinitatis autem ratio in primo duntaxat genere habetur, non in ſecundo, nec in tertio, quod in Concilio generali Innocentiano ſtatutum fuit, cum antea, & ſecundum, & tertium affinitatis genus nuptias impediret, & irritaret, ea autem prohibitio vltra quartũ gradum non prouehitur, cum ante illud Cõcilium ad ſeptimum vſque gradum extenderetur. *g*

g c. non debet ubi glo. & doct. de conſang. & affi.

Item ex his, quæ paulò ſuprà à nobis tradita ſunt, conſtat, eum qui iam vno matrimonij iugo præmitur, alterum ſubire non poſſe, quo fit, vt ſi quis cum duabus mulieribus verbis præſentem actum ſignificantibus matrimonij contractum inierit, eorum prior ſola futura ſit vxor, & poſterior dimittenda, quamuis cum ea ſe iam immiſcuiſſet. *a* Eadem ratione & qui vxorem ducit eam, quam alter ſibi deſponſam verbis præſentibus habuerat, eam dimmittere cogendus eſt, pœnitentiamque ſubire. *b*

Publicæ quoque heneſtatis Iuſtitia nuptijs obeſſe ſolet, puta, ſi conſanguineus meus cum aliqua muliere ſponſalia tantum contraxerit, quamuis nondum præſentibus verbis confirmatum ſit matrimonium, mihi tamen ſponſi ipſius conſanguineo collocari matrimonio propter honeſtatis quandam publicæ rationem prohibetur, quod non minus locum habet, quam uis illa ſponſalia conſanguinitatis, vel affinitatis, aut frigiditatis, aut Religionis aliaue ratione eſſent nulla, dummodo eis conſenſus non deeſſet. Si quis verò ſponſalia ſub conditione contraxerit & ante conditionis euentum cum alia prioris conſanguinea per verba præſentia contraxerit, cum ſecunda remanere tenebitur, nam ex ſponſalibus ſub conditione initis ante conditionis euentum tamquam incertis, & puro cō ſenſu carentibus, nella publicæ honeſtatis iuſtitia oritur. *c* Sed Sacroſancta Synodus Tridentina iuſtitiæ plublicæ honeſtatis impedimentum, vbi ſponſalia quacumque ratione valida non fuerint, prorſus è medio ſuſtulit, vbi autem valida fuerint noluit, vt primum gradum excedat, quòd in vlterioribus non poſſit huiuſmodi prohibitio hodie abſque diſpendio obſeruari. *d* Item non poteſt quis eam vxorem habere, cuius ope eiuſdem maritum interfecerit. *e* nephariæ enim habentur nuptiæ, quibus cōciliandis mariti prioris ſanguis & vita premij quodāmodò nuptiarū loco petita fuerint, quo exemplo nec quis eā ducere poteſt vxorem, quæ in prioris vxoris ipſius necē aliquid

a c. 1. 3. & fi. de ſponſa. duorum.
b c. 2. d. ſpō. duorum.
c ca. iuuenis c. ad audientiā, de ſpon. c. un. eo. tit. in 6.
d d. ca. 3. ſeſſ. 24. de refor. matrim.
e c. ſup hoc de eo qui dux. in matrim.
f d. c. ſuper. hoc.

fuerit machinata, ſiue ei fidem dediſſet, ſe eam priore defuncta ducturum, ſiue non quæ prohibitio perpetuò eſt ſeruanda. *a* Item non valet matrimonium cum ea, quam per adulterium polluit, ſciente contractum, *b* cum ea quoque matrimonium non conſiſtit, cuius conſanguinea ego olim quouiſmodo etiam ſine ſchemate matrimonij potitus ſim, vel cũ qua meus conſanguineus rem veneream exercuerit, *c* quam tamen rẽ Synodus eadem ſacroſancta ſic reſtrinxit, vt impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium poſtea factũ dirimit, ad eos tantum qui in primo, & ſecundo gradu coniungũtur, reſtringatur, in vlterioribus verò gradibus ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium poſtea contractum non dirimere. *d* Et, qui cum priuigna ſua ſciens fornicatus fuerit, nec à matre debitum thori exigere, nec filiam vnquàm habere poteſt vxorem, imò nec priuigna, nec ipſe vllo vnquàm tempore alij ſe poterunt matrimonio copulare, niſi forte iuuenilis eorum calor mereretur, vt diſpenſatione cum eis ageretur. *e*

a c.1. & 2. u. Ab. de eo. qui dux. in matr. quam polluit per adul.
b c.ĩ eo. 32. q.4. & c. de illo & c.2. ď eo. qui. cog. conſang.
c ca.4. ſeſſ. 24. ď refor.
d c.1. de eo. qui cogn. cõ ſang.
e c. impuberẽ de deſpõ. impuberũ.

Item, qui debitum carnis reddere non poſſunt, matrimonio apti non ſunt, quare nec impuberis vllum erit matrimonium, impuberem autem eum vocamus, qui ex habitudine corporis pubertatẽ prę ſe non fert, nec generare poteſt. *f* & quilibet impotens vel ætatis, vel naturæ impedimento repellitur, *g* quod tam in muliere, quàm in viro procedit. Et hoc contractum etiam matrimonium dirimere valet.

f c.2. de fri gid. & male f.
g c. fraternitatis. eo. tit.

Sed quia poteſt euenire, vt qui à principio propter frigiditatem impotens videbatur, pótens deinde ex curſu temporis efficiatur, vt hæc quoque res ſuos fines habeat, vltra quos omni ſpe iam conſumpta, alteras nuptias contrahere ex coniugibus poſſit is, qui nullum impedimentum patitur, ſi frigiditas citius probari non poteſt, ſtatutum eſt, vt coniuges triennio ſimul habitent à coniugij celebrati die, quo triennio laſpo, ſi alterius impotentiam adhuc ſubeſſe fuerit probatum,

tum, licebit alteri à tali coniuge diſceſſionem impetrare, aliumque ſibi matrimonio iungere, ſin ambo ſimul habitare conſenſerint potius, quam diuertere, fratris & ſororis loco potius ſibi inuicem, quam coniugum erunt. *a* Si quis tamen cum arcta nimis, aut aliter impotente ſciens matrimonium contraxerit, non erit ab ea ſeparandus, ſed quam vt vxorem habere non poterit, veluti ſororem habere debebit. *b*

Furioſus quoq; matrimonium contrahere non poteſt, quia legitimum conſenſum præſtare nequit, niſi dilucida interualla tunc haberet. *c*

Item matrimonium contrahere prohibentur hi, quibus Eccleſia, ne contraherent, iuſtis rationibus interdixerit. *d* Et, cum Matrimonia libera eſſe oporteat, ſatis conſtat vi contractum matrimonium nullius roboris haberi, niſi copula libere ſubſequuta, *e* hinc fit, vt pœnę promiſsio in matrimonijs nullam obligationem pariat, *f* hinc etiam priſci canones inter raptorem, & raptã matrimonium interdicebant, *g* ſed poſtea fuit ſtatutum, vt rapta puella legitime contrahat cum raptore, ſi prior diſſenſio tranſeat poſtmodum in conſenſum. *h* Sed Synodus eadem Tridentinã ſtatuit, vt inter raptorem, & raptam, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum conſiſtat matrimonium, quod ſi rapta a raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta illum in virum habere cõſenſerit, eam raptor in vxorem habeat, & nihilominus raptor ipſe, ac omnes illi conſilium, auxilium, & fauorem præbentes ſint ipſo Iure Excommunicati, ac perpetuò infames, omniumq; dignitatũ incapaces, ſi Clerici fuerint, de proprio gradu decidant, teneatur præterea raptor mulierẽ raptam, ſiue eam in vxorẽ duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio Iudicis dotare. *i*

Vtq; magis libera ſint matrimonia, ſtatuit eadem Synodus Tridentina, præcepitq; omnibus cuiuscumque gradus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſub anathematis pœna, quam ipſo facto eos incurrere vult, ne quouismodo directe, vel indirecte ſubditos ſuos,

a c. laudabi le eo. tit. de frig.
b c. 4. de frig.
c c. dilectus de ſponſal.
d to. tit. de matr. cõtra. cõ. inter. Ec.
e c. ad id quod, et c cõ ſultat. tua ubi gl. 2. & Ab. de ſpon.
cõ inſup, qui matr. accuſ. non poſſ.
f c. gemma de ſponſal.
g c. de puel. 36. q. 2.
h c. fi. de rap.
i ca. 6. ſeſſ. 24. de refor. matr.

vel quoſcumque alios cogant, quominus liberè matrimonia contrahant. *a*

a ca. 9. ſeſſ. 24. de refor. matr.

Item conditionibus contra matrimonij ſubſtantiã appoſitis tale matrimonium non conſiſtit, puta, vt proles vitetur, vel donec nuptiæ digniores inueniantur, vel vt coniunx quæſtum turpiter faciat, aliæ verò conditiones turpes, aut impoſsibiles matrimonium non vitiant, ſed reijciuntur, & tamquam non adiectæ habentur. *b*

b c. fi. § cod. appoſ.

Admonet etiam eadem Sancta Synodus omnes, ad quos ſpectat, ne vagantium genus hominum, incertasque ſedes habentium ad matrimonium facilè recipiant, magiſtratusq; ſeculares hortatur, vt eos coerceant, Parochis autem præcipit, ne illorum matrimonijs interſint, niſi prius diligentem inquiſitionem fecerint, & re ad ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint, quæ per opportuna quidem fuit conſultatio, nam huiuſmodi genus hominum, vt improbi ſunt ingenij prima vxore relicta, ſępe aliam, & plerumque plures illa viuente diuerſis in locis ducunt, cui morbo prædictæ ſanctionis remedio ſanè quàm præſentiſſimè occurritur. *c*

c ca. 7. ſeſſ. 24. de refor. matrimo.

Cum etiam frequenter contingat, nuptias clam, & quodammodo furtiuè celebrari, quas (vt in huiuſmodi furtis plerumque euenit) non admodum fœlix euentus ſequitur, huic rei olim in Sacro generali Concilio Innocentius Tertius prouidit, cum ſanxit, vt clandeſtina matrimonia penitùs inhibeantur, & nequis Sacerdos eis intereſſe præſumat, ac vt, cum matrimonia fuerint contrahenda, in Eccleſijs per Presbyteros publicè proponantur, competenti termino præfinito, vt infra illum, qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat, & ipſi Presbyteri nihilominus inueſtigent, vtrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cum autem apparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſſe, donec quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documentis. *d*

d c. 3. § prin. de cland. diſponſa.

Si quis verò huiuſmodi clandeſtina, vel interdicta coniugia inire præſumpſiſſet, in gradu prohibito etiã ignoranter, ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſebatur, nec de parentum ignorantia vllum habebat ſubſidium, nam illi taliter contrahendo non expertes ſcientiæ vel ſaltem affectatores ignorantiæ videntur. *a* *a d.c.3.§. pri.*

Parochialis autem Sacerdos, qui tales coniunctiones prohibere contempſiſſet, aut quilibet etiam Regularis, qui eis præſumpſiſſet intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendebatur, grauiuſque puniebatur, ſi culpæ qualitas poſtulaſſet, at quos ſic non pudebat etiam in gradu conceſſo copulari, condigna pœnitentia mulctabantur, quod ſi quis ad impediendam legitimam copulam malitioſe impedimentum obieciſſet, Canonicam vltionem non effugiebat. *b* *b d.c.3.§. fin.*

Et hæc quidem prædicta Innocentiana conſtitutione continebantur; quæ tamen deſuetudine pleriſque in locis abholita videbatur. Sed Tridentinum Concilium nuperrimè ſub Pio Quarto eiuſdem Concilij veſtigijs inhærendo ſanxit, vt in poſterum, antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus Feſtiuis in Eccleſia inter Miſſarum ſolennia publicè denuncietur, inter quos matrimonium ſit contrahendũ, quibus denũciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ procedatur, vbi Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, vel dicat. Ego vos in matrimonium cõiungo. In Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vel alijs vtatur verbis iuxta receptum vniuſcuiuſque Prouinciæ ritum.

Quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitioſè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes, tunc vel vna tantùm denunciatio fiat; vel ſaltẽ Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur, deinde ante illius conſumationem denunciationes in Eccleſia fiãt,

vt, ſi aliqua ſubſunt impedimenta facilius detegantur, niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio Sancta Synodus relinquit.

At qui aliter, quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi ſeu ordinarij licẽtia, & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos, & nullos decernit.

Ac inſuper tam Parochum, quàm alium Sacerdotem, qui cum minore teſtium numero, & teſtes, qui ſine Parocho vel Sacerdote huiuſmodi contractui interfuerint, necnon ipſos contrahentes grauiter arbitrio ordinarij puniri præcipit. *a*

a c. 1. de reformia. mat. ſeſſ. 24.

Nolim tamen alicui perſuaſum eſſe clãdeſtina matrimonia libero contrahentium conſenſu facta, rata & vera olim non fuiſſe matrimonia, nam quamdiu Eccleſia ea irrita non fecerat, ea proculdubio rata veraq; erant & proinde eadem Sancta Synodus eos anathemate damnat, qui & vera, & rata fuiſſe negãt, quiq; falsò affirmant, matrimonia à filijsfam. ſine conſenſu parentum contracta, irrita fuiſſe; & parentes ea rata, vel irrita facere poſſe, quamuis Sancta Dei Eccleſia ea ſemper deteſtata ſit, atq; prohibuerit, & nunc quoque in eadem Synodo irrita decreuerit. *b*

b d. ca. 1. in prin.

Sciendum eſt autem inter infideles quoque coniugium eſſe, & quidem legitimum, non tamen ratum, legitimum quidem eſſe poteſt, ſi legibus vel moribus prouinciæ ſit conſonum, ſed ratum tamen non erit, cũ dato libello repudij violari poſſit, & liceat ab eis inuicẽ recedere, & alijs lege poli populari, ſed coniugia inter fideles contracta non niſi rata eſſe poſſunt, quamuis non legitima eſſe poſſint, rata quidem ſunt, quia ſemel contracta diſtrahi non poſſunt. Tunc autem legitima non erũt, cũ debitæ ſolẽnitates omiſſæ fuerint. *c*

c c. ſi. 28. q. 1. quant. de diuort.

Non omittendum eſt, Tridentinæ Synodi conſtitutionibus anathemate plecti eos, qui dixerint, Eccleſiã

non

non potuiſſe conſtituere impediméta matrimonium dirimentia, vel in his conſtituendis erraſſe, *a* ac qui dixerint, eos tantùm conſanguinitatis, & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, poſſe impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec poſſe Eccleſiam in nonnullis eorum diſpenſare, aut conſtituere, vt plures impediant, & dirimant. *b*

a can.4.

b can.3

Si qui contra ſupradicta præcepta matrimonium inierint, (vbi perpetuum ſubeſt impedimentum) nihil agent, &, ſi conſanguinitas, vel affinitas ſubeſſet, vel cum monialibus, aut Religioſis, aut cum ſacratis clericis initum eſſet, excommunicationis ſententiæ ipſo iure illigati eſſent, qui tale matrimonium contraxiſſent, eoſq; Eccleſiarum Prælati ſic excommunicatos publicè pronunciare debent, aut ſuis ſubditis, vt notũ id publicè faciant, iubere, donec ſe errore cognito ſepararint, & abſolutionem impetrarint, *c* & proles ex talibus matrimonijs ſuſcepta prorſus illegitima habetur. *d* Synodus etiam Tridentina conſtituit, vt, ſi quis intra gradus prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careat, idq; in eo multo magis locũ habeat, qui non tantùm matrimonium cõtrahere, ſed etiam conſumare auſus fuerit. Quod ſi ignoranter id fecerit, ſi quidem ſolennitates requiſitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eiſdem ſubijciatur pœnis, cum dignus non ſit, qui Eccleſiæ benignitatem facilè experiatur, cuius ſalubria præcepta temere contempſerit, ſi verò ſolennitatibus adhibitis impedimentũ aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis diſpenſari poterit, ſtatuitq;, vt in contrahendis matrimonijs vel nulla omnino detur diſpenſatio, vel raró, idq; ex cauſa, & gratis concedatur, in ſecũdo gradu nunquàm diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam. *e*

c cle. un.de conſang. & affi.

d d. ca. 3.§. pri.de clãd. deſp.

Atq; vt cæteris negocijs, curiſq; vacui maiorem diligétioremq; operam certis temporibus orationibus, pijsq;

e ca. 5.ſeſſ. 24.de ref.r. matr.

pijsque alijs operibus nauare poſſimus, ſtatutum eſt etiam, vt illis temporibus, quæ Diuino cultui potiſſimum dedicata ſunt, nuptias ſolenniter celebrari quodammodo nephas habeatur, nempe à Septuageſima vſquæ ad octauam Paſchatis, & à tribus diebus Rogationum vſque ad octauam, & per totum Aduentum, *a* hinc & XI. Canone eiusdem Seſſionis XXIIII. de matrimonio, anathema iniungitur his, qui dixerint prohibitionem ſolennitatis nuptiarum certis anni temporibus ſuperſtitionem eſſe tyrranicam ab Ethnicorũ ſuperſtitione profectam. *b*

a c capellanus. d ferijs.

b d. Can xi.

Sed eadem tamen ſancta Synodus hæc tempora ampliauit, ſtatuitque, vt ab aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti vsque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vſque in octauam Paſchatis incluſiuè antiquæ ſolennium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obſeruentur, in alijs verò temporibus nuptias ſollenniter celebrari permittit. *c*

c c. vlt. ead. ſeſ. 24. eo. ti.

Sponſo autem, & Sponſæ benedicendum eſt à Parocho Sacerdote, nam à parentibus, vel paranimphis offeruntur in Eccleſia Sacerdoti, qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reuerentia benedictionis, in virginitate permanere eos deceret. *d*

d c. ſponſus, et ſpoſa. 30. q 5.

At, ſi Religioſi matrimonia ſolennizare non habita ſuper his Parochi Presbyteri licentia ſpeciali auſi fuerint, Excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrunt, per Sedem Apoſtolicam duntaxat abſoluendi. *e*

e cle. pri. in prin. de priuileg.

Tridentina etiam Synodus conſtituit, vt benedictio à proprio Parocho fiat, neque à quoquam, niſi ab ipſo Parocho, vel ab Ordinario licentia ad prædictam benedictionem faciendam concedi alij Sacerdoti poſſit, quacumque conſuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda eſt, vel priuilegio non obſtantibus, quòd ſi quis Parochus, vel alius Sacerdos, ſiue Regularis, ſiue Secularis ſit, etiam ſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere cõtendat, alterius Parochiæ ſponſos ſine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere

auſus

auſus fuerit, ſtatuit eadem Synodus, vt is ipſo Iure tam diu ſuſpenſus maneat, quamdiu ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur. *a*

a Seſſ.24.c. pri.§. preterea eade Synodus. de reform. matr.

In ſecundis autem nuptijs, & ſi coniugum alter duntaxat Bigamus ſit, neutri tamen eorum à Presbytero benedicendum eſt, Presbyter hoc præceptum non obſeruans ab officio, & beneficio ſuſpenditur. *b*

b Tit. de ſecun. nup.

Altero autem coniugum morte ſublato, vbi certum nuntium de hoc fuerit allatum, ſuperſtiti licebit ad alias nuptias trãſire, nec mulierem infamiæ metus deterreat tempore luctus à Cæſareis legibus nubenti præfixus. *c*

c c. Euthemium. §. 1. 2. q. 3.

In cauſis ſuper matrimonijs vertẽtibus, vel eas quoquomodo tangentibus proceditur ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. *d* Atq; cauſæ matrimoniales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudico, etiam viſitando, ſed Epiſcopi tantum examini, & Iuriſdictioni relinquuntur, etiam ſi in præſens inter Epiſcopum, & Decanum ſeu Archidiaconum, aut alios, inferiores ſuper cauſarum iſtarũ cognitione lis aliqua in quacumque inſtantia penderet, coram quo ſi pars verè paupertatem probauerit, non cogenda erit extra prouinciam, nec in ſecunda, nec in tertia inſtantia in eadem cauſa matrimoniali litigare, niſi pars altera alimenta, & expenſas litis velit ſubminiſtrare. Legati quoque etiam de latere, Nuntij, Gubernatores Eccleſiaſtici & alij quarumcumque facultatum vigore Epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum Iuriſdictionẽ præripere, aut turbare prohibentur, quæ nuperrimè eadẽ Sancta Synodus Tridentina ſub Pio Quarto conſtituit. *e*

d cle. diſpendioſam. de iudic.

e c.20. uer. adhac cauſæ matrimoniales. ſeſ.24. de reformat.

De Sponſalibus. Tit. IX.

ADMONET nos tractatus de matrimonio modo à nobis habitus, vt hoc loco aliquid etiã de ſponſalibus dicamus, quæ licet matrimoniũ in cõtrahẽdo præcedant,

cedant, nos hic tamen idcirco poſtponenda exiſtimauimus, ne matrimonium à cæteris Sacramentis hoc titulo interpoſito diuideremus. Sunt igitur ſponſalia mentio, & repromiſſio futurarum nuptiarum, & à ſpõdendo dicta ſunt, nam moris fuit veteribus ſtipulari, & ſpondere ſibi vxores futuras, unde & ſponſi, ſponſæque appellatio nata eſt, *a* eisq; conſtituendis vel nudus conſenſu ſufficit. *b*

Vnde qui de matrimonio contrahendo purè, & ſine aliqua conditione fidem dederunt, commonẽdi ſunt, & omnibus modis inducendi, vt præſtitam fidem obſeruent, ſi autem ſe inuicem admittere noluerint, ne forte peiora inde contingant, vt eam ſcilicet ducat, quam odio quis habet, videtur, quod ad exemplum eorum, qui ſocietatem fide interpoſita contrahunt, & poſtea ſibi inuicem remittunt, hoc poſſit æquanimiter ferri *c* Ex ſponſalibus (vt etiam titulo ſuperiore docuimus) oritur publicæ honeſtatis iuſtitia, ſi purè contracta ſint, & conſenſus non defuerit, quamuis alioqui frigiditatis, conſanguinitatis, vel affinitatis impedimentum nuptijs obſtaret, *d*

Si vero ſponſalia etiam carnis commixtio fuerit ſubſequuta, iam matrimonium iuris interpretatione cenſebitur, at ſi dumtaxat ad copulam eniſi fuerint, nec perfecerint, quod cupiebant, ex hoc haud quaquã matrimonium cenſebitur contractum. *e* Illud non ignorandum eſt, ſponſalia ad futuras nuptias præparandas tamquàm exordium præmiſſa, & ſi iurata etiã ſint, per aliud tamen matrimonium præſentibus verbis perfectum diſſolui, quamquam is, qui fidem primis ſponſalibus datam fregit, non ſine pœnitentia abire debeat, *f* nec deſunt alij modi, quibus ſponſalia ſoluuntur, nam & cum ſponſus poſt ſponſionem, ac promiſſionem futurarum nuptiarum longè profectus diu abeſt, liberum eſt mulieri, niſi vlterius, ad factum ſit proceſſum, ad alia vota tranſire, dum tamen, ſi per eam ſteterit, quominus matrimonium fuerit conſummatum ſecus quàm iuraſſet, accipiat de periurio pœnitentiam.

a l. 1. 2. & 3. ff. eo. de ſponſal.

b l. ſufficit. ff. de ſponſ. ca. ſufficit. 27. q. 2.

c c. 2. eo. ti.

d c. 4. de ſpõſ. l. c. iuuenis. c. ad audientiã. eo. ti. c. 1. in 6. eo. tit.

e c. per ex ſi. extra eo.

f c. ſicut ex literis. extra eo.

nitentiam. *a* Soluuntur etiam ſponſalia Religionis ingreſſu, quòd ſi quis iureiurando ſponſalia confirmarit, tutius erit illi, vt prius matrimonium contrahat, poſtea, ſi elegerit, ad Religionem migret, niſi ad carnis commixtionẽ ventũ ſit, *b* multis quoq; alijs modis ſolui poſſunt, quos aliũde cognoſcẽdos relinquo. *c*

a c. de illis. ex. de ſponſalib.
b c. commiſſũ. extra eo.
c glo. d. c. de illis.

Aetas autem ſponſalibus contrahẽdis apta eſt poſt ſeptem annos. *d*

d c. vnic. in prin. de ſpõſa. impub. in 6.

De Deſponſatione Impuberum. Tit. X.

QVIA circa Impuberum Sponſalia quædam Iura præcipua ſeruantur, idcirco de his hoc ſpeciali titulo quàm breuiſſimis verbis poterimus, dicendũ eſt. Quamuis igitur impuberes matrimonium contrahere nõ poſſint (quod etiam titulo ſuperiore docuimus) ideſt hi, qui propter ætatem generare non poſſunt, niſi magnæ alicuius neceſſitatis cauſa, puta, pacis conciliandæ. *e* Sponſalia tamen eis, dum ſeptennarium excesserint, vt etiam ſuprà diximus, habere licet, à quibus tamen, vbi ad pubertatem vterque peruenerit, poterunt communi conſenſu diſcedere, ſed ſi eorũ alter id ætatis maturius attigerit, alterum tamen, quoad ille etiam eò ætatis peruenerit, præſtolari neceſſe erit, ſic ſi eorum alter iam tum, cum ſponſalia facta ſunt, matrimonio maturus eſſet, non licebit ei à ſponſalibus diſcedere, niſi & eius conſors pubes factus in id conſenſerit, *f* nihil ſuffragante callida verborum interpætatione, vt inter impuberes matrimonium conſiſte re poſsit, adeò, vt quamuis huiuſmodi verba emanarint, quibus præſens matrimonium ſignificetur, ſponſalia tamen duntaxat efficiantur, *g* nec quicquam proderit, quod impuberes hi ſponſalibus contractis ad carnis copulam ſint eniſi, *h* quemadmodum autem ab impuberibus matrimonium contrahi non poteſt, ita etiam ab infantibus ſponſalia contrahi prohibentur, cum eorum nullus ſit conſenſus, quare ab his contracta ſponſalia ne publicæ quidem honeſtatis iuſti-

e c. 2. extra. eo.
f c. de illis. extra. eo.
g cap. ſi. extra. eo.
h c. atteſtationes.

a c. literas. tiam parient. *a* quod etiam ſuprà docuimus, nec ætate iuſta ſuperueniente quicquam eis roboris accedet, niſi per cohabitationem & conſuetudinem eorum mutuam, aut aliud factum, vel verbum eorum aliquod appareat, eos in eadem voluntate maiores ſeptennio factos perſeuerare, *b* quo tamen caſu per ſubſequens aliud matrimonium ſolui poterunt. *c*

b cap. un. in prin. eo. tit. in 6.

c c. duo pueri.

Planè ſi maior ſeptennio minorem ſeptennio duxerit vxorem, ac ad ſe traduxerit, ex hoc publicæ honeſtatis Iuſtitia orietur. *d* Porrò ex ſponſalibus, quę parentes pro filijs puberibus, vel impuberibus contrahũt, filij ſiue tacitè, ſiue expreſsè conſenſerint, obligantur, & ex eis publicæ honeſtatis Iuſtitia oritur. *e*

d c. iuuenis. de ſponſal.

e c. uni. in ſi. in 6.

De Diuortijs. Tit. XI.

QVOD dixímus ſuprà, diuortium hodie Iure Diuino prohiberi, de matrimonij ſecundùm leges Canonicas contractis intelligendum eſt, matrimonia verò legibus Canonicis interdicta, non dubium eſt, quatenus de facto proceſſerint, retractari, quos caſus ferè ſupra enumerauimus, dum de matrimonio tractaremus, quæ tamen diſſociatio absque Eccleſię iudicio fieri non debet. *f*

f c. 3. eo. ti. extra. de diuort.

Item, cum mulier viro abſente, cuius de morte falſum nuncium acceperat, alteri ſeſe copulauit, eo poſt reuerſo, quem mortuum falsò crediderat, poſteriore matrimonio dimiſſo ad prius quàm citiſſimè redire eſt compellenda. *g*

g c. 1. 2. & 3. 34. q. 1.

Item ſi coniugum Infidelium alter ad Chriſtum Dominum conuertatur, altero in vetere errore perſeuerante, & vel cohabitionem detrectante, vel Blaſphemiæ cauſam præbente, poterit ad alias nuptias etiam absque Eccleſiæ licentia (vt nonnullis videtur) tranſire, nam & ſi matrimonium verum inter Infideles exiſtat, non tamen eſt ratum.

Quod ſi alter Fidelium coniugũ, vel labatur in hæreſim, vel tranſeat ad gentilitatis errorẽ, non poteſt is,

qui relinquitur, viuente altero ad ſecundas nuptias cõuolare, licet hoc caſu maior appereat cõtumelia creatoris. Cur tam diuerſum? quia inter Fideles verum & ratum exiſtit matrimonium, cum Sacramẽtum fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nunquam amittatur, ſed ratum efficiat coniugij Sacramentum, vt ipſum in coniugibus illo durante perduret. *a* *a c. quanto. eo. ti. de diu.*

Illo quoq; caſu diuortium permittitur, cum diuerſę Religionis homo, qui ex ſua lege plures vxores habebat, ad noſtram poſtea Religionem melioribus auſpicijs migrans, cæteras omnes præter primam dimittere compellitur ex noſtræ legis præceptis, vel ad primã redire, quam alia ſuperducta repudiauerat. *b* *b c. gaudemus.*

Contingit etiam plerumq; coniuges Chriſtianos à ſe inuicem ſeparari, puta ob alterutrius adulterium, & fornicationem etiam ſpiritualem, *c* nam & in Synodo Tridentina cautum eſt, vt, ſi quis dixerit, Eccleſiam errare, cum ob multas cauſas ſeparationem inter coniuges, quò ad thorum, ſeu quò ad cohabitationem ad certum, incertumue tempus fieri poſſe decernit, anathema ſit. *d* *c cap. idolatria. 28. q. 1. c. 2. & diuor. ubi no.* *d Can. 8. ſeſſ. 24. de ſacram. matr.*

Sed ea tamen ſeparatio diuortium dicendum non eſt, quia matrimonij vinculum ex hoc non ſoluitur, ſed tantum menſæ ac thori conſuetudo ſeparatur; vnde neuter eorum altero ſuperſtite alias nuptias experiri poteſt, quod & ſuprà nos ſcimus poteſt docuiſſe.

Id quoque non pretereundem eſt, quod quamuis maritus, qui vxorem ob fornicationis cauſam vel inceſtum ſine iudicio Eccleſiæ dimiſit, eam Excommunicationis remedio recipere cogatur, ſi tamen illam poſtmodum ſe non continuiſſe notorium ſit, reſtituenda non erit, quamuis maritum ſibi fornicandi materiam prebuiſſe alleget, *e* quemadmodum etiam, ſi vir poſt fornicationis cauſa dimiſſam à ſe vxorem, fornicatus fuerit, vel alia ſponſalia, aliaſq; nuptias celebrauerit, cum vtriq; iniunctum eſſet, vt caſtè viuerent ab inuicem ſegregati, ad vxorem ſuam redire compellendus eſt. *f* *e cap. ſignificaſti.* *f c. ex literis.*

De Conuerſione Coniugatorum. *Tit.* XII.

ET ſi Religionis cauſa ſemper,& vbiq; precipua ſit, non tamen ſic ei fauent Iura Pontificia, vt matrimonia legitimè contracta concedant, altero coniugũ inuito, hac vna Religionis cauſa dirimi, neque enim vult Deus tale lucrum cum tali diſpendio compenſare, quare, ſi coniugum alter ſine alterius conſenſu Religionem fuerit ingreſſus, poterit ab altero ad thori conſortium retrahi, nec tamen matrimonio alterius morte ſoluto ad Monaſterium redire cõpelletur, quãuis in cælibatu eum poſthac viuere oporteat. *a* Sed & ſi vir conſenſu per metum vel dolum ab vxore extorto Religioni ſe deuouiſſet, vxori petenti eſſet nihilominus reſtituendus. *b*

a c. quidam intrauit. extra de conuer. coniug.

b c. accedẽs. ubi Abb.

Si tamen carnis copula inter coniuges nondum interceſſerit, quamuis præſentibus verbis matrimonium eſſet contractum, poterit coniugum alter etiam altero inuito ad monaſterium tranſire, & alter in ſeculo remanens etiam alteris nuptijs operam dare, ſi continentiam monitus non ſeruarit, cum nondum vna caro effecti eſſent. *c*

c c. 2.

Sed, ne hoc veluti commento opportuno, ad nuptias deludendas poſt iam præſtitum conſenſum abutantur, erunt partes Epiſcopi certum terminum cautione idonea recepta præfigere illi, qui à matrimonio ad Monaſterium tranſire ſe velle dixerit, intra quem terminum vel Religionem ingrediatur, vel in coniugio conſtans ſit. *d*

d c. ex publico.

Poterunt etiam poſt confirmatum, & conſumatum iam matrimonium coniuges pariter concordes Monaſterio ſe dicare, vel etiam alter eorum altero continentiam vouente, cum ſuſpitio nulla ſubeſſet, ne ipſam continentiam integre eſſet ſeruaturus. *e* Vnus eſt caſus, quo vel renitente vxore, maritus ſe Religioni addicere poteſt, cum videlicet vxor adulterij rea eſt, etiam ſub matrimonij ſpecie contracti. *f*

e c. cum ſis.

f c. conſtitutus.

De

De Gradibus Cognationum. Tit. XIII.

NVNC videamus, quemadmodum gradus Cognationis naturalis numerentur. Et, Primùm admonendi ſumus, cognationem aliam ſuprà numerari, aliam infrà, aliam ex tranſuerſo.

Superior Cognatio eſt parentum, hoc enim vocabulo generaliter omnes appellare licet, qui per directam lineam aſcendunt, quotcumq; perſonis ſeu gradibus à me diſtent.

Inferior cognatio eſt liberorum, quæ vox omnes continet, quicumq; à me deſcẽdunt, quotuſcumq; gradus inter me, & ipſos interiectus ſit. Ex tranſuerſo autem Cognati ſunt, qui, cum à parentibus meis & ipſi oriantur, in me tamen non influunt, neque ego in illos, ſed aliorſum deflectunt, à linea diſcedentes, quæ ex me perpetuanda eſt, veluti (gratia exempli) Frater mihi tranſuerſalis eſt, nam, & ſi ab eodem Patre ortus ſit, a quo Ego, alium tamen curſum à me tenet, in me enim non influit, nec item Ego in illum, & alia ab eo linea ducenda eſt, alia à me, ſic Patruelis frater, vel Conſobrinus eundem, quem & Ego, Auum referunt, ſed diuerſis tamen riuis ab eo deſcendimus, cum diuerſis patribus orti ſimus, quę exempla in his duabus ſpeciebus poſita ad multas alias transferri poſſunt.

Contrà Parentes linea recta nullis flexionibus in me decurrunt, nam Abauus in proauum, isque in Auum, qui Auus in patrem, & pater demum in me influit, quæ ratio pariter in deſcendentibus conſtituẽda eſt, quotcumq; in lineas vel riuos illi ſe diuidant. Inter hos igitur aſcendentes, & deſcendentes perpetua prohibitio matrimonij eſt, & ſi in alias, atq; alias ſtirpes in infinitum eſſent propagati, quo circa haud malè ſentiunt, qui tradiderunt, Adamo illi primo totius humani generis parenti, ſi hodie ageret in humanis, nullam repertum iri mulierẽ, quæ citra violatæ legis pœnam nubere poſſet, à quo tamen quis neſcit, quot, quamque ſæpe propagatis, & multiplicatis ſtirpibus

deducti ſimus? Gradus autem hoc modo ſecūdum Ius noſtrum numerantur.

Primo gradu ſuprà ſunt, Pater, Mater, infra filius & filia, Ex transuerſo Frater. Soror, quamuis Secundum Leges ciuiles Frater & Soror in ſecundo gradu locentur, & Iuſtinianus Imperator docuerit, lineam, quæ ex transuerſo ducitur, à ſecundo gradu, ſcilicet Fratris, & Sororis incipere, *a* neque hæc Iuris Pontificij & Cæſarei diſcrepantia ratione caret, ſiquidem Iure Pontificio duas perſonas vni gradui conflando concurrere neceſſe eſt, cum hoc Iure propter copulam matrimonialem, quæ quidem non niſi inter duos eſſe poteſt, graduum dinumeratio fieri ſoleat, quod præceptum etiam in ſequentibus gradibus locum habet, ſemper enim meminiſſe debemus, duos Fratres, duasue Sorores lineæ transuerſalis baſem initiumque eſſe, nec niſi duarum perſonarum coniunctarum acceſſione gradum nouum adijci, neq; ad ſtipitem reſpiciendū eſſe.

a Inſtit. eo. et l. 1. ī pri. ff. eo.

At Iure Cæſareo vnaquæque perſona adiecta nouum gradum parit, quia in gradibus enumerandis hæreditatum, ac tutelarum rationem habuit, quæ quidē de vna perſona in aliam tranſire ſolent, nec duabus perſonis opus eſt, quapropter ſi ad ſtipitem ſpectetur, ac vna quæque perſona ei adecta nouum gradum pariat, efficietur, vt cum ego Patri ſim in primo gradu, qui mihi ortus eſt frater, is mihi ſit in ſecundo. *b*

b 35. q. 5. c. cum ad Sedem. Petr. in arbor.

Secundo gradu ſupra ſunt, Auus, Auia: infra Nepos Neptis, ex transuerſo, Fratris, Sororisue filius, vel filia, & conuenienter. Patruus, Amita, Auunculus, Matertera, Frater patruelis, vel Amitinus. Soror patruelis, vel Amitina, Conſobrinus, Conſobrina.

Tertio gradu ſupra ſunt Proauus, Proauia, infra, Pronepos Proneptis. Ex transuerſo. Patruus magnus, Amita magna, Auunculus magnus, Matertera magna, Propior Sobrinus. Propior Sobrina, & eorum filius & filia Fratris patruelis vel Amitini, Sororis Patruelis, vel Amitinæ, Item Conſobrini, vel Conſobrinæ, filius filia, Fratriſque vel Sororis Nepos, Neptis.

Quarto gradu ſuprà, Abauus, Abauia, infrà. Abnepos, Abneptis, ex tranſuerſo, Propatruus, Proamita, Proauunculus, Promatertera, & eorum filij & filiæ, Nepotes, & Neptes, Pronepotes, & Proneptes. Item Propioris Sobrini, & Propioris Sobrinæ Nepos, Neptis. Item fratris Patruelis, vel Amitini. Sororis Patruelis, vel Amitinæ, Conſobrini vel Conſobrinæ Nepos Neptis, & demum Fratris, & Sororis Pronepos Proneptis. Et hæc vsque ad quartum gradum tradidiſſe ſufficiat, nam cum hodie vsque ad quartum gradum dũtaxat nuptiæ (vt ſupra diximus) prohibeantur, nihil attinet hoc loco vlteriores gradus cognoſcere.

Sed, quod vnusquisque per ſe diſcat has computationes graduum inire, hoc præceptum generale ei tenendum eſt, vt in ſubducendo graduum aſcendentium & deſcendentium calculo tot gradus cenſeantur, quot interceſſerint perſonæ vna dempta, quia ſtipes in numero non refertur, veluti, gratia exẽpli, à me ad abauum quinq; perſonæ enumerantur, Ego, Pater, Auus, Proauus, Abauus, hic igitur inter me & Abauum quatuor gradus recenſebuntur.

In tranſuerſalibus verò hæc ſit Regula generalis, vt quisque ex collateralibus meis tot gradibus à me diſtare dicatur, quot gradibus à ſtipite is diſtet ex nobis, qui ab ipſo ſtipite remotior ẽ, quare ſi ego ſtipiti duobus gradibus vicinus ſim, tu ab eodem ſtipite quatuor gradibus abſis, quarto gradu mihi eris coniunctus. *a* At ſi neuter altero longius à ſtipite abſit, tot gradus cognationis inter nos referentur, quot noſtrum vteruis ab eodem ſtipite remotus eſt.

a ca. ſi. ubi glo. de conſang. & affinit.

Supradictorum autem vocabulorum ſignificatio hæc eſt. Patruus dicitur frater Patris. Amita eſt Patris ſoror. Auunculus Frater Matris, Matertera ſoror Matris, Fratres Patrueles dicuntur, qui ex duobus Fratribus nati ſunt, quemadmodum & Sorores Patrueles.

Fratres amitini, vel ſorores amitinę ſunt, qui, queùe ex fratre & ſorore ſunt orti, vel ortæ. Conſobrini vel conſobrinæ, qui vel quæ ex duabus ſororibus.

Patruus magnus, amita magna ſunt Aui frater, & ſoror, Auunculus magnus, matertera magna, ſunt auiæ frater & ſoror, Propior ſobrinus, propior ſobrina dicuntur filij & filiæ ex patruo magno, amita magna, & auunculo magno, & matertera magna. Propatruus, Proamita dicuntur Proaui frater & ſoror, Proauunculus, Promatertera, Proauiæ frater, & Soror.

De Gradibus, & generibus affinitatis. Tit. XIIII.

CVM (vt olim docuimus) quædam iura etiam inter affines verſentur matrimonijs obſtantia, non erit ab re, de affinium quoque gradibus, & generibus pauca hic diſſerere, eſt igitur affinitas (vt Io. Andreæ placuit) perſonarum neceſſitudo ex coitu proueniens omni carens conſanguinitate, id eſt (vt magis vulgato vocabulo appelletur) ſanguinis parentela, nec refert, an coitus ſit legitimus, id eſt, per nuptias legitimas contractus, an id minus, quandoquidem etiam per cõiunctionẽ carnis illicitam affinitas contrahitur impediendis nuptijs apta, omnes enim, qui mihi cõſanguinei ſunt, illi efficiuntur affines, cum qua mihi coniunctio carnis conſummata fuit, & inuicem ipſius mulieris conſanguinei omnes mihi affines fiunt.

Ego verò, & ea mulier inuicem affines non ſumus, nos enim tantummodò affinitatis principium, & origo ſumus, cõſanguinei, quoq; mei nullo affinitatis vinculo iuncti ſunt cõſanguineis feminæ à me cognitæ. *a*

a Io. Andr. ĩ arbor. affi.

Affinitas & ipſa tres ordines habet, quemadmodũ & de cognatione diximus, videlicet, Aſcendentium, deſcendentinm, & collateralium.

Aſcendentium affinium nomina ſunt, veluti. Socer Socrus, ideſt, Mariti vel Vxoris Pater, & Mater, Vitricus, ideſt præſens Maritus Matris meæ, à quo tamen ego genitus non ſim. Nouerca, ideſt præſens Patris meæ Vxor, quæ me tamen non peperit, aliorum autẽ ſuperiorũ affinium nomina non recenſeo, cũ ferè ſint eadẽ, quæ & cõſanguineorũ, vel ſola particulæ huius, pro, adiectione diſtinguantur, vt pro ſocer, & ſimilia.

Infrà

Infrà ſunt, veluti gener, ideſt Filiæ Maritus, Nurus, ideſt Filij Vxor, priuignus, vel priuigna, ideſt, Vxoris vel Mariti Filius Filia ex alio Marito, vel alia vxore ſuſcepti, & vlteriores, quibus præpoſitio, pro, ſolet accedere, vt progener, ideſt, Maritus neptis. *a*

Collaterales affines ſunt, qui vel Marito, vel Vxori conſanguinei ſunt ex tranſuerſa linea iuncti, eorum autem affinium, qui iuſtis nuptijs parantur, ſpecialia nomina ſunt hæc, videlicet, Leuir, qui eſt Frater Mariti. Sororius, qui eſt vir Sororis, Glos, quæ eſt Soror Mariti, Fratriſſa, quæ eſt vxor fratris, quæ & ipſa Glos rectius dici poteſt. Ianitrices, ſeu Inateres, quæ ſunt duorum Fratrum Vxores, *b* alij autem ſpecialia nomina non habent, ſed illo cõſanguinitatis nomine ferè ſolent appellari, quo nomine vel gradu ab eo nuncupantur, cuius cauſa affinitatem contraxerunt, veluti, qui vxori meæ conſobrinus, vel patruelis eſt, is & mihi conſobrinus vel frater patruelis appellabitur, & de ſimilibus. In his igitur, cum ſcire voluerimus, an cum eis nuptiæ contrahi poſſint, non ſolùm inſpiciemus, quoto gradu affinitatis inter ſe deuincti ſint, ſed etiã (vt ſupra attigimus) inſpiciendum erit, quo in genere affinitatis exiſtant, nam, & ſi olim in ſecundo, & in tertio affinitatis genere nuptijs non eſſet locus, hodie tamen aliud ſeruari ex Concilio generali Innocentiano ſuprà demonſtrauimus, cum de matrimonio ageremus, vt ſcilicet in primo affinitatis genere duntaxat prohibitæ cenſeantur, idq; ad quartum vſq; gradum, cum moderatione tamen ex Cõſtitutione Synodi Tridentinæ, vt ſcilicet ex fornicatione contracta affinitas in primo, & ſecundo gradu tantùm poſtea contractũ matrimonium dirimat. *c* Sed, ne quid ad huiuſce rei notitiam deſideretur, declaremus etiam, quando in primo genere affinitatis, vel ſecũdo, vel vlteriori, quis eſſe dicatur.

a c. ſi fames. §. affinitates. 3. q. 7. ubi gl. verſ. propoſitio.

b c. quodam tẽ. 35. q. 6.

c ca. 4. ſeſſ. 24.

Eſt igitur ſciendum, quòd illa perſona, cum qua cõſanguineus meus carnis copula coniungitur, mihi in primo genere affinitatis eſt, in eo autem gradu eſt af-

finitatis, in quo gradu conſanguinitatis mihi eſt ille, ex cuius perſona affinitatem acquiſiui, quo cõſangui neo mortuo, ſi ea mulier alteri nubat, vel cum alio per carnis coniunctionem commiſceatur, is ſecundus eius mulieris maritus, vel qui eam abſq; nuptijs cogno uerit, mihi in ſecundo genere affinitatis hoc facto adſcitus erit, qua muliere defuncta, ſi vir, vel amicus eius, quem dixi modò affinitatis genere ſecundo mihi eſſe coniunctum, ſuperſtes ſit, alteramq; vel ducat vxorem, vel ſine matrimonio etiam per carnis copulam, & ſimplicem fornicationem cognoſcat, ea mulier mihi ex tertio affinium genere iuncta erit, ſed quamuis in hac tertia perſonarum mutatione, genus quoq; ipſum ter variatum ſit, vt modò primum genus affinitatis diceretur, nunc ſecundum, poſtremò tertium, gradus tamen idem ſemper fuit, nũquam variatus, quam uis genus mutaretur. Nam finge, quod ille conſanguineus meus mihi in primo gradu conſanguinitatis coniunctus eſſet, eodem in gradu affinitatis mihi erit mulier ab eo cognita, nec mutabitur gradus poſtmodùm in perſona alterius eiuſdem mulieris viri, & demum hac muliere ſublata lege naturæ, noua mulier à ſuperſtite ipſius viro cognita non minus mihi adhuc erit in primo gradu affinitatis, quàm prima Fratris mei vxor, eiuſq; vxoris ſecundus maritus, quamuis ille in ſecundo genere affinitatis mihi eſſet, hæc in tertio.

Atq; his quidem modis genera affinitatis colligũtur, quæ tametſi omnia præter primum à nuptiarum contractibus abholita ſint (vt iam ſæpe diximus) quia tamen haud ita facile primum genus fuiſſet perceptũ, niſi & altera duo ad maiorem declarationem ſubdidiſſemus, non abſurdum forè iudicauimus, hæc quoq; duo poſtrema declarare.

Maneat igitur alio modo genera affinitatum eſſe dimetienda, quàm gradus, & gradus quidem affinitatis ex gradibus cõſanguinitatis illius dinumerari, à quo affinitatis cauſam & originem ducunt. Genera verò ex perſonarum varietate, & acceſſione propter

carnis

carnis immixtionem interueniente variari.

De Cognatione Spirituali. Tit. XV.

COGNATIO quoq; Spiritualis (vt ſuprà indicauimus) non leue impedimentum nuptijs eſſe ſolet, Cognatio autem ſpiritualis dicitur illud vinculũ, quod ex eo contrahitur, dum quis alij munus Baptiſmi, vel Confirmationis Sacramentum impendit, ſeu, dum impenderetur, ei tamquam Pater aſtitit, ex his enim duobus Sacramentis tantùm Baptiſmo ſcilicet, ac Confirmatione cognatio hæc contrahitur, quæ cognationem naturalem in multis imitatur. *a* Ex aliorum autem Sacramentorum collatione cognatio ſpiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat vel diſſoluat. *b*

a Abb. in rub. de cogn. ſpir.

b c. fi. in fi. in 6.

Hæc autem cognatio inter tres perſonas primùm initur, à quibus ad alias quoq; earumdem cauſa emanat, nam inter illum, qui his Sacramentis augetur, & illum, qui Sacramentum miniſtrat, & illum præterea, qui his ſolennibus pro Sacramentum accipiente interuenit tamquam eius tutelám ac patrocinium ſuſcepturus, qui Compater vel Patrinus vulgò appellatur, cognatio contrahitur præcipua, ſi quidem & Sacramenti miniſter, & ille, quem diximus, vulgò Compatrem ſeu Patrinum appellari, qui aſſiſtit, quò tutelam & patrocinium accipiat, Baptizato, ſeu Confirmato pro patribus habentur, quorum cauſa ad alios quoq; fluit cognatio, nam eorũdem miniſtri, & Patrini vxores antea cognitæ Baptizato, ſeu confirmato, eorumque parentibus cognatione deuinciuntur, eorum verò filij ſolis Baptizatis vel Confirmatis, non etiam eorum parentibus hac neceſſitudine iunguntur, *c* filij autem duorum Patrinorum, quorum nemo cognationi cauſam dedit, quæ inter eorum patres intercedit ſpiritualis, cognati inter ſe dici non poſſunt, ideoque matrimonium inter ſe contrahere non prohibentur, niſi conſuetudine aliqua fingatur eos cognatos eſſe. *d*

c glo. c. 1. in fi. eo. ti. i 6.

d c. 2 extra eo.

Item

Item poſſunt duo ſibi mutuam operam in ſuſcipiẽdis filijs de Sacro fonte præſtare, ita vt tu meum filium, & ego inuicem tuum ſuſcipiam. *a*

a c. ſuper eo. ubi Ab. pri. no.

Si vir aut vxor filium proprium de Sacro fonte etiam ſciens ſuſceperit, quamuis peccent; ſi id prudenter, faciant, *b* non idcirco à ſe inuicem ſeparandi ſunt, nec corporis poteſtatem alter alteri ſubtrahere poteſt (niſi ad continentiam ſeruandam poſſint induci) ne hanc tanquam anſam ad thori ſeparationem alter eorum aucupetur. *c*

b c. de his. 30. q. 1.

c c. 2. extra eo.

Quamuis non plures quam vnus vir, vnaque mulier accedere debeant ad ſuſcipiendum de Sacro fonte in Baptiſmo aliquem vel confirmatione, *d* ſi tamen plures acceſſerint, ſpiritualis cognatio inde contrahitur, matrimonia contrahenda impediens, ac etiã poſt contracta diſſoluens. *e*

d c. non plures. de conſe. diſt. 4.

e c. cã. ſi. in 6. eo. ti. de cog. ſpir.

Sed Sacra Synodus Tridentina ſub Pio Quarto ſic conſtituit, vt vnus tantùm, ſiue vir, ſiue mulier, vel ad ſummum vnus & vna Baptizatum de Baptiſmo ſuſcipiant, inter quos ac Baptizatum ipſum, & illius patrẽ, & matrem, necnon inter Baptizantem & Baptizatum, Baptizatiq; Patrem, & Matrem tantùm, ſpiritualis cognatio contrahatur, & ſanxit præterea, ut Parochus, antequam ad Baptiſmum conferendum accedat, diligenter ad his, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quem vel quos elegerint, vt Baptizatum de Sacro fonte ſuſcipiant, & eum, vel eos tantùm ad eum ſuſcipiendum ad mittat, & in libro eorum nomina deſcribat, doceatq; eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excuſari valeant, Quod ſi alij vltra deſignatos Baptizatum tetigerint, cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant, conſtitutionibus in contrarium facientibus non obſtantibus. Si Parochi culpa vel negligentia ſecus factum fuerit arbitrio Ordinarij puniatur.

Ac ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum illiusque Patrem, & Matrem, ac tenentem non egrediatur, omnibus

bus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omninò ſublatis, hæc verò ea ratione Sancta Synodus conſtituit, quòd experiẽtia didicerat, propter multitudinem prohibitionũ multoties in caſibus prohibitis ignoranter cõtrahi matrimonia, in quibus vel non ſine magno peccato perſeuerabatur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimebantur. *a* *a ca.2.ſeſſ. 24.de refor. matr.*

Per Catheciſmum quoque, qui Baptiſmo tamquã exordium eſt, cognatio hæc inducitur, per quam contrahendum matrimonium impeditur, per eam tamen matrimonium contractum poſtea non ſeparatur. *b* *b c.pe.in 6.*

Et hæc de Sacramentis hactenus dicta ſufficiant, nunc ad quartam eandemq; vltimam noſtri Inſtituti partem accedamus, quæ eſt de Iudicijs.

De Iudicijs. Tit. XVI.

IVDICIVM eſt actus trium perſonarum in Iudicio, id eſt, in loco Iudicij contendentium, *c* idque vel coram Iudice ordinario, vel coram Delegato exercetur, quorũ officiũ, & poteſtatem ſupra libro primo tradidimus. Sed & arbitria ad inſtar iudiciorũ ſunt redacta. *d* *c Doct. in rub. extra eo.titu.* *d l.1.ff.de arbit.*

Ac Iudicium aliud eſt poſſeſſorium, aliud petitorium, petitorio quidem Iudicio agitur de rei dominio, & proprietate, poſſeſſorio agitur de poſſeſſione propter Ius, quod quis in ipſa poſſeſsione habet, idq; tribus ferè modis, ideſt, vel ut retineatur, vel vt quæratur, vel vt recuperetur poſſeſſio, conſultiusque eſt ei, qui rem petere deſtinauit, vt, ſi poſſit, aliquo poſſeſſorio remedio agat, quia longè commodius eſt, ipſum poſſidere, & aduerſarium ad onera petitoris compellere, quàm alio poſſidente petere, *e* commodum autem poſſidendi in eo eſt, quòd etiam ſi eius res non ſit, qui poſſidet, ſi modò actor non potuerit ſuam eſſe probare, remanet in ſuo loco poſſeſſio, propter quam cauſam, cum obſcura ſunt vtriuſq; Iura contra petitorem *e l.is.qui deſtinauit.ff. de rei vend.*

iudicari ſolet, hinc eſt, quod plerumque, & ferè ſemper ingens exiſtit contentio de ipſa poſſeſsione. *a* ac maximè Iura fauent ei, qui ad recuperandam poſſeſsionem agit. *b* præſertim, ſi traditum à Ioanne Pontifice Romano remedium exerceat, quo cautum eſt, reintegranda eſſe omnia expoliatis, vel eiectis, & in eo loco, vnde abſceſſerant, funditus reuocanda, quacumque conditione temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maiorum, & per quaſcumq; iniuſtas cauſas res Eccleſiæ, vel proprias, id eſt, ſuas ſubſtantias perdidiſſe noſcantur, *c* qui Canon Laicis non minus, quã Eccleſiaſticis hominibus prodeſſe cõmuni iurisconſultorum ſententia exiſtimatur. *d*

a §. retinendæ. verſ. & quia logè iſ. de interdic.
b c. 1. et per tot. ti. d reſ. ſpol. l. 1. C. ſi p uim uel alio mo.
c c. reintegrãda. 3. q. 1
d Doct. moder. l. rẽ quæ nobis. ff. de acqui. poſſ.

Interdum tamen expedit petitorium ſimul cum poſſeſſorio eodem libello proponi, quod vbi fit, vtrumque vna ſententia terminari debet, ſed licet in pronuntiando ſit poſſeſſio præmittenda, in executione tamen debet proprietas præualere. *e*

e c. cũ dilectus. de cau. poſſeſ. & p prietat.

Item aliud eſt Iudicium ordinariũm, aliud ſummarium, in Iudicio ordinario ſic proceditur, nam in primis actor libellum Iudici offert in ſcriptis reo citato reddendum, cum quo ligaturus eſt, *f* citatio enim in omni actu, quo præiudicium inferri poſsit, neceſſària eſt, adeò, vt nullatenus tolli poſsit, cum ſit Iuris naturalis. *g*

f c. offeratur 3. q. 3.
g Cle. paſtoralis. de re iudica.

At ſciendum, quòd in pecuniarijs controuerſijs paſſim vnicuique, ſi maluerit, per procuratorem reſpondendi tribuitur facultas, niſi forte quoſdam ob cauſas vehementiores maximi Iudicis vocet authoritas, *h* quinetiam à Sede Apoſtolica Iudex Delegatus, niſi ab ea mandatum ad hoc ſpeciali habeat, iubere non poteſt, alterutram partium coram ſe perſonaliter in Iudicio comparere, niſi cauſa fuerit criminalis, criminaliterque intentata, vel niſi pro veritate dicenda, vel pro Iuramento caluminæ exhibendo, vel alias Iuris neceſsitate neceſſarium videatur partes coram ipſo comparere. *i*

h c. querelam. de procurat. c. fi. d iuram. calũ. l. fi. C. de p curat.
i c. pri. de iudic. in 6.

Mulieres quoque authoritate literarũ Sedis Apo-

ſtolicæ

ſtolicæ vel Lagatorum ipſius,aut alia quacumque ad iudicium perſonaliter euocari,aut trahi inuitæ prohibentur,cauſa ferendi teſtimonium, aut alia qualibet, quæ in iuræ non exprimatur. Sed cum earum fuerit neceſſarium teſtimonium,tabellio ad eas,aut alia perſona idonea mittendus eſt,vel etiam Iudex ad eas ſine fraude accedet,ſi alteri examinatio committenda nõ videatur. Fœminæ autem Religioſæ ex quauis cauſa etiam volentes ad iudicium perſonaliter euocandæ, vel trahendæ non ſunt. *a*

a c.2. de iudic.in 6.

In libello actor ſuum,iudicisque nomen,& rei conuenti,remque petitam, & ipſius ſpeciem, pondus, numerum,menſuram,qualitatem,prout res feret, ac petendi cauſam comprehendet, *b* non tamen actionis nomen hoc iure eſt neceſſario in libello exprimendũ (& ſi aliud forte Cæſareæ leges decernant, vel hoc ſaltem non omnino exprimant)ſed ſatis fuerit ſimpliciter,& pure factum ipſum,& veritatem proponi, *c* at ſi in hoc quoque peccatum fuerit, quia factum aptè narratum non ſit, reus erit à Iudicij obſeruatione abſoluendus,ſeruata actori poteſtate aptius agendi. *d*

b c.pri. ubi glo.de libel. oblat.l.ſi in rẽ.ff. de rei uendi.

c c. dilecti. de iudic.

d c. examinata. ḋ iud.

Nonnulla verò ſolent frequenter per reum opponi priusquam ad merita cauſæ, & litis conteſtationem perueniatur,puta,quòd Iudex incompetens ſit,vt,ſi forte coram Iudice Laico Clericus conueniatur, neque enim Clericus à Iudice Laico vel diſtringi,vel condẽnari poteſt,pœna etiã Excommunicationis Iudici imminente, qui id fecerit, *e* vel, ſiquis coram non ſuo Epiſcopo conueniatur, *f* vel ſi alia huiusmodi opponantur, quibus Iudicis declinetur, vel recuſetur Iuriſdictio. Item, ſi actor ſit Excommunicatus, à limine Iudicij repellendus eſt, conuentus tamen debet quamuis Excommunicatus ſit, per alium reſpodere, ne videatur de ſua malitia commodum reportate. *g*

e c.2.de foro comp.

f c.1.de foro comp.

g c.intelleximus.de iudic.

Sed & multa alia ſunt,quæ vel contra actoris perſonam,vel aliàs ad impediendum litis conteſtationem opponi ſolent, ad differendum Iudicium, quæ miſſa conſulto facimus ne extra propoſiti noſtri normam vagemur,

vagemur, ſatisque notum. Eſt, exceptiones alias dilatorias eſſe, alias peremptorias, dilatoriasque, ideſt, quæ ad Iudicium differrendum tendunt, vt ſunt prædictæ, & ſimiles in ipſo litis exordio opponi, & probari oportere, peremptorias autem exceptiones, id eſt, eas, quæ negocium litemque perimunt, vt eſt longi tẽporis præſcriptio, tam ante, quàm poſt litis conteſtationem, dũmodo ante ſententiam, opponi poſſe, ſed poſt litis conteſtationem probari. *a*

Poſt exceptiones prædictas ad litis conteſtationem peruenitur, ea verò non per poſitiones, aut reſponſiones ad eas, ſed per petitionem in iure propoſitam, & reſponſionem ſequutam celebratur, *b* nec etiam per exceptionem perẽptoriam litis conteſtatio facta intelligitur, imo litis conteſtatio fieri nihilominus debebit *c* niſi ex illis exceptionibus ſit, quæ litis conteſtationẽ impediant, *d* veluti exceptio rei iudicatæ, tranſactæ, vel finitæ. *e*

Contumace autem exiſtente reo, in actione quidem reali mittendus eſt in poſſeſſionem rei petitæ actor, vt thedio affectus reus veniat reſponſurus, qui ſi intra annum venerit, Iudicio ſiſti cautione præſtita, & exhibita ſatisfactione congrua expenſarum poſſeſſionem recuperabit, cautione autem intra annum non præſtita actor poſt annum verus conſtituetur poſſeſſor, ſuper proprietate duntaxat aduerſæ parti defenſione legitimè reſeruata.

Sed alienarum rerum immobilium poſſeſsor dominum in Iudicio ſtatim nominare debet, eique certus terminus à Iudice præfinietur, quo id domino notum facere poſſit, vt ipſe veniens, vel idoneum dirigens reſponſalem actoris intentionem excipiat, quo nec veniente longi temporis præſcriptio nihilominus hoc facto interrupta cenſebitur, &, ſi dominus tribus edictis vocatus non venerit, negocio ſummatim axaminato actor in poſſeſſionem rerum petitarum mittendus erit, omni allegatione abſenti ſuper principali quæſtione reſeruata. *f*

a c. inducia. §. fi. 3. q. 3. l. perẽptorias. C. de proba.
b c. vn. de li. conteſt. c. dudum. §. licet. de elect.
c c. fi. de lit. conteſt. in 6.
d d. c. fi.
e c. prim. de lit. conteſta. in 6.
f ca. quoniã frequenter. §. fin. ut lite non conteſt.

Si autem perſonali actione conuentus reus, eo, quo ſupradictum eſt, modo contumax fuerit, vel mittendus eſt actor in poſſeſſionem mobilium ipſius, vel immobilium, ſi forte mobilia non habeat, pro modo debiti declarati, vel in contumacem eſt Eccleſiaſtica ſententia proferenda, ita vt alterutra pœna, quæ uerisimiliter magis metuenda ſit, Iudex à principio contentus ſit, ad alteram nihilominus proceſſurus, ſi hoc meruerit proteruitas contumacis, qui veniens infra annum, vel poſt annum etiam iuxta diſtinctionem in alio caſu ſuperius annotatam audietur. *a*

a d. ca. quoniã frequenter. §. fi.

Sed Sancta Synodus Tridentina conſtituit, vt quãdocumque executiò realis, vel perſonalis in qualibet parte iudicij à Iudicibus propria authoritate fieri potuerit, abſtineant tam in procedendo, quàm in definiẽdo à cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu Interdicto, ſed liceat eis, ſi expedire videbitur, in cauſis ciuilibus ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, contra quoſcumque etiam Laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis pijs ibi exiſtentibus, eo ipſo quo exactæ fuerint, aſſignentur, ſeu per captionem pignorum, perſonarumq; diſtrictionem per ſuos proprios, aut alienos executores faciendam, ſiue etiam per priuationem beneficiorum, aliaq; iuris remedia procedere, & cauſas definire, quòd ſi executio realis, vel perſonalis aduerſus eos hac ratione fieri non potuerit, ſitque erga Iudicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio ſuo præter alias pœnas ferire poterit. *b*

b ca. 3. ſeſſ. 25. de reformat.

At ſi poſt litem conteſtatam reus contumax ſit, & de cauſa liqueat, diffinitiua ſentẽtia proferri poterit, ſin non liqueat, actor in veram poſſeſſionem tamẽ poterit immitti *c* Actore autem ipſo in contumacia cõſtituto, teſtes recipi etiam lite non conteſtata, & reo inſtante, ſententia ferri poterit. *d* Sed leges Cæſareæ conſtituunt, vt qui ſemel actionem proponit, ſi eam perſequi differat, reo poſtulante tribus edictis citetur, per interualla triginta dierum, quamuis necdum

c c. prout nobis. de dolo. & cõtumac.

d c. 2. de dolo. & contumac.

cepta lis ſit,qui ſi vocatus litem detrectet, ei aliud anni ſpacium indulgeatur, intra quod ſi ceſſet, Iudex auditis allegationibus partis præſentis, & perquiſita veritate pronunciet,nec tamen etiam intra annum veniens audiatur, niſi prius reo litis expenſas, quas ſuſtinuerit,inferat,at his quoque præſtitis, ſi interrupto duntaxat anno litem denuò deſeruerit,poſt trium edictorum, & annui vnius ſpatij obſeruationem ab omni cadat actione. *a*

a Auth. qui ſemel. C. quomodo. et quan. iud. Abb. c. 3. de dolo. & contum.

Regulariter tamen(vt ad ius noſtrũ redeamus)lite nõ conteſtata non eſt ad teſtiũ receptionem procedẽdum,niſi de teſtiũ morte fortaſſis timeatur, vel de abſentia diuturna,quibus caſibus, cum ciuiliter eſt agendũ,ne veritas occultetur, & ne probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur,ſenes,& valetudinarij, & alij teſtes,quorũ mors ex rõnabili cauſa timeatur,ẽt lite non conteſtata admittẽdi ſunt, ſeu pars cõuenta ſit cõtumax,ſeu ſit abſens abſq; malitia,vt conueniri non poſſit, atteſtationes tñ hmõi non valebunt, niſi actor cõuenerit aduerſariũ intra annũ,ex quo potuit,vel niſi huiusmodi teſtium receptionẽ illi denunciauerit. *b*

b d. c. quoniã frequenter. in prin.

Poſſunt etiam alij caſus incidere, quibus lite non conteſtata recipi teſtes opus ſit, vt(verbi gratia) ſi ſuper alicuius electione,vel copula maritali quæſtio moueatur,præſertim,ſi propinquitatis gradus opponatur lege Diuina prohibitus,nam,ſi contumax fuerit is, cõtra quem agendum erat,ſeu quia citatione peremptoria accepta venire contemnat, ſeu quia ſe ipſum malitiosè occultet,ſeu quia impediat, ne ad ſe citatio perueniat, poterunt teſtes lite non conteſtata recipi, & vbi de cauſa liqueat,ad ſententiam procedi.

Item quando exceſſiuum inquiſitio contra cõtumacem,vel teſtium publicatio imminet facienda, quia ſuper aliquo contractu quæſtio in poſterum metuatur, poterunt absq; litis conteſtatione teſtes produci. *c*

c d. c. quoniã frequenter. §. porrò. et §. ſunt et alij.

Poteſt item lite conteſtata procedi, vbi parato aliquo probare grauamen, propter quod duxerat appellandum, pars aduerſa per contumaciam abeſt, cum

enim

enim hoc caſu prioris Iudicis iniquitas principaliter arguatur,non eſt rigor Iuris, ex quo ſequi poſſet cauſæ perplexitas;requirendus, nec deſiderandum, quòd in ipſo articulo appellationis, vel negocio principali facta litis fuerit conteſtatio. *a* *a c. interpoſita. §. fi. de appellat.*

Poſt litis conteſtationem iuramentum calumniæ præſtandum eſt,quo hæc iurans affirmabit, vel promittet, quòd credit ſe bonam cauſam fouere, rogatuſque omnia fatebitur,quæ vera crediderit, nec ſciens falſa probatione vtetur;iurabitq; ſe nihil dediſſe, aut promiſiſſe,daturumue eſſe, aut promiſſurum, propter eã cauſam alicui his exceptis, quibus leges dare permittũt,ſeq; dilationem in fraudem nunquam petiturum, & ſi hoc poſtremum tutius forte omitteretur. *b* *b c. 1. de iuram. calum. ubi gloſ. & Abb.*

Hinc ad probationes vtraq; pars accedet, quæ per teſtes,vel per inſtrumenta fient, vel etiam per loci inſpectionen,& nonnunquam etiam quis ab eis faciendis per iuramentum excuſabitur,& non rarò etiã præſumptionibus tãtùm res agitur,quę ſi plures,vel acres, vehementesq;ſint,probationis plenæ vim habent, ſed frequentius vel ſemiplenæ tantùm probationis effectũ habent,vel alias probationes coadiuuant. *c* *c Doct. in rub. ex. de præſumpt.*

Sed ſi actor omnino in probatione defecerit, reus, & ſi nihil præſtiterit,abſoluendus erit, ſin aliqua pro actore præſumptio fuerit, iuramentum reo ad oſtendendum innocentiam ſuam deferri poterit, niſi Iudex inſpectis perſonarum, & cauſæ circumſtantijs illud actori videat deferendum. *d* *d c. fi. inſi. de iureiur.*

Contingit etiam interdum, vt reus cõuentus alium viciſſim libellum ex aliqua cauſa contra actorem proponat,quod vbi incidit,debet Iudex etiam Delegatus actorem in cauſa reconuentionis ad reſpõdendum in continenti cogere,& vtramque cauſam vna ſententia terminare. *e* Arbitri verò non poſſunt,niſi de his, ſuper quibus in eos compromiſſum fuit,iudicare,proptere a coram eis reconuentioni locus non eſt. *f* *e ca. pri. de mut. petit.* *f c. cum dilectus. de arbit.*

Hæc in Iudicijs vt plurimùm igitur interuenire ſolent, videlicet, citationes, dilationes, recuſationes,

exceptiones, petitiones, reſponſiones, interrogationes, confeſsiones, teſtium depoſitiones, inſtrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renunciationes, concluſiones in cauſa, quæ omnia acta viri idonei in id deputati conſcribent, ita vt originalia penes ipſos remaneant ad fidem faciendam, exempla partibus volentibus edantur. *a*

a c. quoniã cõtra falsã. de probat.

Libello igitur (vt ſupra diximus) dato, litisq; facta conteſtatione, & re diſcuſſa, concluſioneq; etiã in cauſa habita, & partibus peremptoriè citatis, ſententia eſt proferenda, quæ debet ab ipſo Iudice ſedente, non ab alio, & de ſcripti quidem recitatione proferri, Epiſcopo tamen propter dignitatis prærogatiuam licebit ad exemplum illuſtrium perſonarum etiam per alium ſententiam recitare. *b* Atq; omnino infra biennium ſaltem à die motæ litis in prima inſtantia terminari cauſæ etiam beneficiales debent, quod Synodus Tridentina ſub Pio Quarto nuperrimè cõſtituit, cum olim nullum tempus cauſis finiendis Iure Pontificio præfinitum eſſet, poſt quod biennale ſpatium, ſi terminatæ non fuerint, eadem Synodus partibus, vel earum alteri Ius & poteſtatem facit, vt Iudices ſuperiores, aliàs tamen competẽtes adire poſſint, qui cauſam in eo ſtatu, quo fuerit reperta, aſſumant, & quam primùm terminare curent, nec, vt antea, alijs committantur, nec vt auocentur, concedit. *c*

b c. fi. de re. iudi. in 6.

c c. xx. ſeſſ. 24. de refor mat.

Sciendum eſt ſententiam alijs non nocere, quàm eis, inter quos lata eſt, eo tamen excepto, qui, cum primùm ſibi actio vel exceptio de ea re competeret, paſſus eſt alium, à quo cauſam habuit, experiri. *d*

d c. fi. de re iudi. in 6.

Duobus autem Iudicibus diuerſas ſententias proferentibus ex Iuriſdictione ordinaria, tenet pro reo nõ pro actore ſententia, cauſa fauorabili excepta, puta, cauſa matrimonij, libertatis, teſtamenti. Si verò ex delegata poteſtate fuerint latæ, vtraq; ex arbitrio delegantis pendebit, at ſi ex compromiſſo, neutra habebit vigorem. *e*

e c. fi. extra. de re iudic.

Sententia autem contra leges Canonesve prolata,

licet

licet non ſit appellatione ſuſpenſa, non poteſt tamen ipſo Iure ſubſiſtere, *a* ſic etiam ſi alicuius iniquę conſuetudinis prætextu contra Eccleſiam lata eſſet. *b*

a c.pri.de ſen. & re iudi.

b c.cum cauſa. eo.tit.de re iudic.

Lata autem ſecundùm Canones ſententia, ſi is, cõtra quem lata eſt, acquieſcendum ei non duxerit, debebit intra decem dies appellare, nam decem diebus lapſis ſententia, à qua non fuerit appellatum, vim rei iudicatæ habebit, ac poſt quadrimeſtre executionem in actione perſonali ſortietur, niſi Iudex eum terminum coarctarit, ex cauſa vel ampliarit, *c* in actione autem reali ſine aliquo temporis interſtitio poſt ſupradictos decem dies executionem accipit. *d*

c c.quoll ad conſultatiõnẽ de re iud.

d Gl. c.cum apud Theſalonicam. xi. q. 3. inſt. de offi. iudic. §. pri.

Ac ſciendum, quod, ſi apud Iudicem ſecularem excipiatur de re per Eccleſiaſticum Iudicem iudicata in caſu, quo ad eum cognitio de Iure, vel conſuetudine ſpectat, is autem recuſet excipientem audire in Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ derogationem, & cõtemptum, debebit is Iudex per cenſuram Eccleſiaſticam ad huiuſmodi exceptionem admittendam, vbi aliàs de Iure admittenda ſit, à locorum ordinarijs compelli, Sic & Iudex Eccleſiaſticus, ſi coram ipſo excipiatur de re per ſecularem Iudicem iudicata, exceptionem ipſam admittere tenetur, in his, quæ animarum periculum non inducunt. *e*

e c.ſi.de except.in 6.

In electionibus, poſtulationibus, prouiſionibus, & quibuſlibet actibus extraiudicialibus, in quibus appellatio eſt permiſſa, non minus intra decem dies apppellandum eſt. *f* Et non eſt prætermittendum, quòd licet leges ſeculares appellationem, niſi in quibuſdam caſibus ante ſententiam non admittant, Sacri tamen Canones ante, & poſt litis conteſtationem, & in prolatione ſententiæ, & poſt, ſingulis facultatem tribuunt appellandi, *g* ante ſententiam tamen appellans rationabilem cauſam exprimere tenetur. *h*

f c.concertationi. de appella. in 6.

g ca. ſup eo. 2. de appel.

Sanxit tamen eadem Sancta Synodus Tridentina, ne cauſæ ante biennium ab ordinarijs auocentur, nec alijs committantur, nec appellationes ab eis interpoſitæ per ſuperiores quoſcumq; recipiantur, earumve

h c.ut debitus. de appel.

commiſſio,aut inhibitio fiat,niſi à diffinitiua, vel diffinitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari nequeat, exceptis cauſis, quæ iuxta Canonicas ſanctiones apud Sedem Apoſtolicam ſunt tractandæ,vel quas ex vrgenti, rationabiliq; cauſa iudicauerit Sum. Romanus Pontifex per ſpeciale reſcriptũ ſignaturæ ſanctitatis ſuæ manu propria ſubſcribendum committere,aut auocare. *a*

a ca. 20. in pri ſeſſ. 24. de reform.

Vna ſententia pluribus condemnatis, ſi vnus ſolus ad appellationis beneficium conuolarit, illius victoria iure communi cæteris ſuffragabitur ſi iure communi iuuentur,idemq; negocium,& eadem cauſa defenſionis exiſtat. *b* Innouata autem poſt appallationem à diffinitiua ſententia interiectam, debent ſemper exceptis caſibus, quibus iura poſt ſententiam prohibent appellare, ante omnia per appellationis Iudicẽ pœnitus reuocari, imò & ea omnia,quæ medio tẽpore inter ſententiã,& appellationem, quæ poſtmodũ intra decendiũ interponitur, fuerint innouata,illa verò,quæ poſt appellationem interpoſitam ante diffinitiuam ſententiã innouantur, donec appellationis cauſam veram eſſe conſtiterit, reuocari non debent, niſi Iudex appellationis,poſtquam ſibi conſtiterit, per appellationem emiſſam ex probabili cauſa negociũ ad ſe deuolutum,inhibeat Canonicè iudici,à quo eſt appellatum, ne procedat,tunc enim quicquid poſt inhibitionem huiuſmodi fuerit innouatum, & ſi cauſa appellationis vera non ſit, per Iudicem appellationis ante omnia in priſtinum ſtatum eſt reſtituendum. *c*

b c. vna ſententia. de appellat.

c c. non ſolũ. de appel. lat. in 6.

Is autem,qui appellat, intra dies triginta inſtanter apoſtolos petere debet. *d* Sunt enim apoſtoli quædã literæ dimiſſoriæ, quibus Iudex ille, à cuius ſententia appellatum fuit,notum facit Iudici ſuperiori, appellationem à ſua ſententia eſſe interpoſitam,& appellantem ad eius iudicium remittit. *e*

d c. ab eo. de appell. in 6.

e Glo. c. pri. de appell. in 6. l. pri. ff. de libel. dimiſ.

Idem ſacroſanctum Concilium Tridentinum ſtatuit,vt legati,& nuntij apoſtolici,Patriarchæ,Primates, & Metropolitani in appellationibus ad eos interpoſitis

poſitis in quibuſuis cauſis tam in admittendis appellationibus, quàm in concedendis inhibitionibus poſt appellationem ſeruare teneantur formam, & tenoré ſacrarũ conſtitutionum, & præſertim Innocétij Quarti, quæ incipit, Romana, *a* quacumque conſuetudine etiam immemorabili, aut ſtylo, vel priuilegio in contrarium non obſtantibus, aliter inhibitiones, & proceſſus, & inde ſecuta quæcumq; ſint ipſo iure nulla, *b* prædicta autem Innocentiana conſtitutione diſponitur, vt ab officiali Epiſcopi ad Archiepiſcopum, non ad ipſum Epiſcopum appellatio interponatur, ſed à ſententia alicuius Prælati, qui Epiſcopo ſubditus ſit, puta Archidiaconi, aliorumq; inferiorum, ad ipſum Epiſcopum non ad Archiepiſcopum appelletur.

a c. Romana. de appel. in 6.

b ca. 7. ſeſſ. 22. de reformat.

Atq; Archiepiſcopus cauſam appellationis ad ſe ab ſuo ſuffraganeo interpoſitam ante ſẽtétiam diffinitiuam alijs non committat, nec partes citet, niſi in appellatione probabilis & legitima cauſa ſit expreſſa.

Quod ſi in dubium reuocetur, an appellationis tramite ad Archiepiſcopum ſit negocium deuolutum, vt quia negetur fuiſſe appellatum, vel infra decem dierum ſpatium, vel non ex legitima & probabili cauſa, vel quid ſimile, non debebit Archiepiſcopus Iudici principalis cauſæ inhibere, ne ad executionem procedat, niſi prius ei conſtiterit cauſam appellationis ad ſe omnino delatam. At ſi obijciatur, ex iniuſta cauſa, vel minus legitima ante ſententiã appellationé interpoſitam fuiſſe, & propterea non eſſe appellationem huiuſmodi admittendam, non debet Archiepiſcopus prohibere, ne in cauſa procedatur, niſi prius appellatione recepta velut emiſſa ex cauſa probabili cognoſcere inceperit, an cauſa eiuſmodi ſit vera.

Hæc quoq; in eadem Innocentiana Conſtitutione cauentur, vt, ſi poſt ſententiam in caſibus à Iure prohibitis, vtpote à ſentétia ſuper manifeſto, & notorio crimine, vel de quo quis in Iure confeſſus eſt, promulgata, vel ſimilibus appellatum dicatur, poſſit Archiepiſcopus, poſtquam cognoſcere inceperit, utrum

appellatio interpoſita recipienda ſit, vel non, inhibere ne ſententia executioni mandetur. Sed in alium tamen, qui circa rem, de qua inter appellantem, & appellatum controuerſia vertitur, aliquid poſt inhibitionē attentat, non poteſt occaſione huiuſmodi Iuriſdictionem aliquam vendicare, neque licet Archiepiſcopo ſuffraganei ſui Iuriſdictionem competentem contra eum, qui appellauit, in alijs cauſis impedire.

At, ſi Archiepiſcopus cognouerit, ex cauſa minus rationabili ante ſententiam ad ſe appellatum fuiſſe, cauſam ad ſuffraganeum remittet. Sententias quoque interdicti, vel ſuſpenſionis, ſeu Excōicationis in appellantē ab eo, à quo appellatū proponitur, promulgatas, nullatenus niſi vocatis partibus, & de appellatione legitimè cognito, reuocent, aut denuncient eſſe nullas.

Et demum, vt ad Archiepiſcopos ab Epiſcopis prouinciæ in cauſis, ſuper quibus temporalem iuriſdictionem exercent, appelletur, niſi fortè de conſuetudine, aut priuilegio, ſiue alio Iure ſpeciali ad alium ſit appellandum. *a*

a d.c. Romana per totū.

Si quis igitur in caſibus à iure permiſſis appellauerit, aut de aliquo grauamine conquæſtus fuerit, ſeu aliàs ob lapſum biennii, de quo ſuprà, ad alium iudicem recurrerit, præcipit idem Concilium Tridentinum, vt teneatur acta omnia coram Epiſcopo geſta ad Iudicē appellationis expenſis ſuis transferre, eodem Epiſcopo prius admonito, ut, ſi quid ei pro cauſæ inſtructione videbitur, poſſit iudici appellationis ſignificare. Quod ſi appellatus compareat, cogatur tunc is quoq; actorum, quæ translata ſunt, expenſas, pro portione ſua, ſi illis vti voluerit, ſubire, niſi aliter ex loci conſuetudine ſeruetur, vt ſcilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Porrò ipſam actorum copiam teneatur notarius congrua mercede accepta appellanti quanto citius, & ad minus intra menſem exhibere, pœnamq; addidit tam contra Notarium, qui in differenda exhibitione fraudem fecerit, quàm contra Iudicem, qui impedimenti huius conſcius, participeſque

fuerit,

fuerit, aliterue obſtiterit, ne appellāti integrè acta intra tempus tradantur, nam notarium ab officij adminiſtratione arbitrio ordinarij ſuſpendi vult, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem, & pauperes loci diſtribuendam, condemnari, Iudicemq; ad eandem pœnam teneri, non obſtantibus quoad omnia ſupraſcripta priuilegijs, indultis, concordijs, quæ ſuos tantùm teneant authores, & alijs quibuscumque conſuetudinibus. *a*

Appellatio tam Iudicialis, quàm extra iudicialis debet intra annum, niſi Iudex terminum coarctarit, *b* vel ex cauſa etiam intra biennium à die interpoſitionis ipſius, vel à die illati grauaminis, vbi à futuro grauamine appellatur, finiri, quod ſi iuſto impedimento ceſſante appellans non curauerit, eius appellatio deſerta cenſebitur; *c* non licet autem alicui, in eadem cauſa tertiò appellare, *d* quinimò, ſi quis tres ſententias contra ſe in petitorio, vel poſſeſſorio reportauerit, nullatenus ad agendum de nullitate ipſarum, vel alicuius ex eis admittetur, donec plenam executionem fuerint conſecutæ. *e*

Sed, & cum de ſummarijs Iudicijs aliqua ſint dicenda, ſciendum eſt, in eis propria quædam iura ſeruari, ſiue ex negociorum, & cauſarum natura eam qualitatem conſequantur, ſiue ex mandati forma, & in cauſis quidem electionum, poſtulationum, vel prouiſionum, aut ſuper dignitatibus, perſonatibus, officijs, Canonicatibus, vel præbendis, ſeu quibuſuis beneficijs Eccleſiaſticis, aut ſuper decimis, nec nō ſuper matrimonijs, & vſuris, & eas quoquomodo tangentibus proceditur ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. *f* Item in cauſis hæreſis. *g*

Eorum autem verborum vis hæc eſt, vt neceſſariò libellus non exigatur, litis conteſtatio non poſtuletur, temporeq; etiam feriarum neceſſitatibus hominum conceſſarum à iure procedi valeat, dilationum materia amputetur, ac lis quàm breuiſſima fiat, exceptiones, appellationes dilatorias, & fruſtratorias, partium,

Adgoca-

a c.20.§.ſi. ead.ſeſſ.24. de reformat.
b ca.cum ſit Romana. de appellat.
c Cle.ſicut. de appellat.
d c.directe. eo.tit.de appellat.
e Clem.1.de re iudic.
f Cle.diſpēdioſam.de iud.
g cap.fin.in prin. de hær. in 6.

Aduocatorum, & Procuratorum contentiones, & iurgia, teſtiumque ſuperfluum multitudinem refrenando, non ſic tamen rem coarctando, quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ admittantur, & quin citatio, ac præſtatio iuramenti de calumnia locum habeat. Item in ipſo litis exordio nihilominus petitio eſt facienda tam ex parte actoris, quam rei, ſiue ſcriptis, ſiue verbo, dum tamen actis inſeratur. Itē Iudex ſic datus poteſt terminum ad dandum ſimul poſitiones, & articulos præſcribere, niſi aliud de voluntate partium procedat, & ad exhibendum omnia acta, & monimenta, quibus partes vti volunt in cauſa poſt dationem articulorum, diem certam, quandocumque ſibi videbitur, aſſignare.

Interrogabit etiam in huiuſmodi cauſis Iudex partes, tam ad earum inſtantiam, quàm ex officio, vbicūque hoc æquitas ſuadebit, ſententiam verò diffinitiuā citatis ad id, licet non peremptoriè, partibus, in ſcriptis, & prout magis ſibi placuerit, ſtans, vel ſedens proferet, etiam, ſi ei videbitur, cōcluſione non facta in cauſa, prout ex petitione, & probatione, & alijs actitatis in cauſa fuerit faciendum. Si tamen in prædictis caſibus ſolennis ordo iudiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus fuerit obſeruatus, non ideo proceſſus nullus, irritanduſue erit. *a* Non tamen ſemper ſupradictæ clauſulæ omnes ſimul copulantur, ſed & interdum aliquæ ex eis duntaxat, vel etiam vna tantum.

a Cle. ſæpe. de ver. ſign.

Illud non eſt ignorandum, quòd minor XXV. annis in iudicio ſtandi legitimam perſonam non habet, ſed cū authoritate curatoris iudicium ingredi debet, qui curator omnino ei dandus eſt, ſi nullum habeat, ſed in beneficialibus, & alijs cauſis ſpiritualibus, ac dependētibus ab eis, qui annum decimum quartum exegit maſculus, non minus ad agendum, vel defendendum per ſe, vel per procuratorem à ſe conſtitutum admittitur, quàm ſi XXV. annis maior eſſet, ſi vero infra annum decimum quartum ſit, per ſe agere, aut defende-

re non poteſt, ſed curator ad ipſas lites exercendas ab ordinario dandus eſt, vel ipſe, ſi maior infante ſit, cum eius ordinarij authoritate procurato rem conſtituere poteſt. *a*

a c. fi. de dic. in 6.

Filius quoque familias regulariter ſine patris aſſenſu in iudicio eſſe non poteſt, ſed in prædictis tamẽ cauſis beneficialibus, & ſpiritualibus patris non requiritur aſſenſus. *b*

b d. c. fin. de iudic. in 6.

Sciendum eſt poſtremo, quod aliud eſt iudiciũ Ciuile, aliud Criminale, Ciuile eſt, cuius finis reſpicit priuatum commodum, de quo hactenus, & nonnulla etiã infra dicentur. Criminale eſt, quod publicum intereſſe, vindictamque publicã reſpicit, *c* & de hoc infra tractabimus, cum aliqua adhuc ad priuatum iudiciũ pertinentia ſub ſequentibus titulis tradiderimus.

c Doc. in rubr. extra de iudic.

De Iudicijs Priuatis. Tit. XVII.

IVDICIVM Ciuile, id eſt (vt ſupra diximus) quod priuatum commodum ſpectat, vt plurimum per actiones exercetur, nam proditum eſt, ſine actione in iudicio experiri poſſe neminem, *d.* quamuis ipſius actionis nomen in libello exprimi opus non eſſe ſuprà dixerimus, *e* ſed & quamdoque tamen aliquid etiã per officium iudicis ſine actione petitur, vt cum reſtitutio in integrum principaliter poſtulatur, *f* vt cum nouum opus iniuſtè ædificanti nuntiatur, poſtquam nunciatione, ſiue iniuria aliquid conſtructum fuerit, demoliri id ædificator debebit, ſed in optione tamen eius erit, qui nunciauerit, an velit intra menſes tres de ſuo præiuditio probare, quo interim erit ab opere ceſſandum, an vero potius cautione contentus eſſe velit, qua aduerſarius promittat, ſe opus demoliturum, ſi id ius poſtulauerit, ne interim pendeant opera interrupta. *g* Item officium Iudicis poſtulatur, vt ille, cuius domus damnum vicino ruina ſua minatur, de damno infecto caueat. *h* Item, vt rationes ab argentario, vel ab alio, qui publicum officium habeat,

d l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt.
e Supra tit. pri. cir. princ.
f c. fi. de offic. iudic.
g c. 1. & fi. de nou. oper. nunciat.
h tot. tit. ff. de dam. infe.

beat, inſtrumenta à notario, acta ab actuario edantur, per hoc officium Iudicis nobile impetratur, multiſq; alijs figuris cauſarum officium Iudicis nobile nobis ſuccurrit, nam generaliter, vbicumq; actio prodita nõ eſt, Iudicis officium pro actione proponitur, & litis conteſtationem expoſcit non minus, quàm ſi actio foret intentata, *a* quod tamen nemo exiſtimet dicendum de eo Iudicis officio, quod tamquam mercenarium actioni intentandę, vel in Iudicium deductę, vel executionem tantùm expectanti miniſtrat, aliud enim de hoc eſt Iudicium, *b*

a d. c. fi. de offic. iudic.

b d. c. fi. & fi. de offi. iud.

Vbi vero per actionem iudiciũ exercetur, ea actio vel in rem eſt, vel in perſonam, actione in rem petit quis, quod ſuum eſt, & ea appellatur etiam rei vẽdicatio, vel petitio, *c* in rem quoq; actio eſt hypothecaria, quæ & quaſi ſeruiana dicitur, id eſt ea, qua creditores pignora, hypothecaſue perſequuntur, inter pignus enim, & hypothecam, quantùm ad actionem hypothecariam attinet, nihil intereſt, nam, de quã re inter creditorem, & debitorem conuenerit, vt ſit pro debito obligata, vtraq; hac appellatione cõtinetur, ſed in alijs differentia eſt, nam pignoris appellatione eã propriè rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè ſi mobilis ſit, at eam, quæ ſine traditione nuda conuentione tenetur, propriè hypothecæ appellatione comprehendi traditum eſt, *d* ſeruiana verò actio competit domino cõtra colonum pro rebus, quæ pignoris iure pro mercedibus fundi ei tenẽtur, *e* ad quarum adipiſcendam poſſeſsionem, ſi dominus fundi agere voluerit, interdicto ſaluiano experietur. *f*

c l. actionũ genera. ubi gl. ff. de act. & oblig.

d §. itẽ ſeruiana. inſt. de act.

e d. §. item ſeruiana.

Item præiudiciales actiones in rem eſſe videntur, quales ſunt, per quas quæritur, an aliquis liber, vel libertus ſit, an ſeruus, vel de partu agnoſcendo. *g* Item actiones, quæ pro ſeruitutibus competunt, tam realibus, quàm perſonalibus, in rem ſunt, ſiue actor ſeruitutem ſibi aſſerat, quo caſu confeſſoriæ dicuntur actiones, ſiue alteri contra ſe competere ſeruitutem neget, vnde & negatoriæ appellantur. In confeſſorijs quidem

f §. interdictum quoq;. inſt. de inter dict.

g §. præiudiciales. iſt. de act.

exempla

exempla ſunt; vt, ſi quis agat, Ius ſibi eſſe fundo fortè, vel ædibus vtendi, fruendi, quæ ſeruitus perſonalis eſt, vel per fundum vicini eundi, agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi, vt in prædijs ruſticis, quæ & prædiales ſeruitutes dicuntur, In vrbanis quoque ſi quis agat, Ius ſibi eſſe altius ædes ſuas tollendi, proſpiciendi, vel proijciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes. *a* In negatorijs exempla ſunt, vt ſi quis intendat, Ius non eſſe aduerſario, vtendi, fruendi, eundi, agendi, aquamue ducendi, Item altius tollendi, proſpiciendiue, vel immittendi, vel proijciendi. *b*

Item in rem actio eſt publiciana, quæ datur ei, qui titulum quidem habilem ad dominium transferendum cum bona fide habet, ſed non tamen dominus effectus eſt, quòd auctor eius dominus non eſſet. *c*

Huic ſimilis eſt reſciſſoria competens contra eum, qui abſens cauſa Reip. vel in poteſtate hoſtium cõſtitutus, rem alterius vſucepit, vel contra eũ, qui pręſens abſentis, vel in vinculis poſiti alicuius rem vſucepit, Item contra eum, qui in fraudem creditorum rem ſuã alicui tradiderit, vel in fraudem patroni, quamuis traditum ſit, has propriè in rem actiones non dici. *d*

Actio autem in perſonam, quæ & condictio appellatur, ea eſt, qua petit quis, quod ſibi debitum eſt, & hæc quidem ex diuerſis cauſis oriri ſolet, nam oritur quandoq; ex obligatione, quæ cõtrahitur re, vt eſt cõtractus mutui, depoſiti, pignoris, cõmodati, vel ſi quis indebitum acceperit, *e* Item oritur ex obligatione, quæ contrahitur verbis, quę dicitur ſtipulatio. *f* Item ex ea, quæ literis. *g* Item ex ea, quæ conſenſu contrahitur. *h* vt eſt Emptio, Venditio, Locatio, Conductio, Societas, mandatum, cum enim in his contractibus vel nudus conſenſus perficiendis ſufficiat, nec res, aut verborum forma, aut literæ exigantur, meritò à conſenſu, quippe, qui plurimùm in his poſſit, nomen acceperunt, quamuis alioqui nullus contractus, nullum pactum, nullaq; conuentio ſine conſenſu fiat. *i*

a Inſ. d act. §. æque ſi agat.
b d. §. æque.
c §. namque ſi cui inſt. de act.
d §. item ſi quis in fraudem. ubi gl. uer. eã rẽ petere, ubi Nicol. Ioã. Fab. et Iaſ. ĩſt. eo.
e Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. per tot.
f l. pri. ff. de uer. obl. inſt. eo. in prin.
g Inſt. de liter. obli.
h Inſt. de oblig. quæ ex conſen.
i l. 1. & 2. ff. de pact.

Sed

a inſt. de obliga. quæ ex quaſi contr. per tot.
b ca. pri. de pact. Iaſ. in l. Iuriſgētiū. §. ſed. cū nulla. ff. de pac.
c d. l. Iuriſgentiū. §. igitur nuda. ff. de pact. & inſt. qui. mo. re contrah. obl. i pri. gl.
d §. de conſtituta. inſti. de act.
e Gl. & doc. l. Iuriſg. §. igitur nuda. ff. de pact.
f §. actionū aūt quædam inſt. de act.
g Bal. c. pri. in vlt. col. de plus petit. Iaſ. in §. quadrupli. in fi. inſti. de act.
h d. §. actionum autem quædam bonæ. vbi Iaſ.
i l. 2. ff. ſi cert. pet.

Sed & quædam obligationes ex contractibus ſine nomine profectæ actionem pariunt, vt, cum aliquid tibi do, vel facio, vt tu inuicem aliquid mihi des, vel facias. Quædam etiam obligationes dicuntur ex quaſi contractu potius, quàm ex contractu oriri, vt quæ neq; ex maleficio, neque ex contractu deſcendunt, eiuſmodi ſunt, actio negociorum geſtorum, Tutelæ, Communi diuidundo, Familiæ hærciſcundæ, actio ex teſtamẽto, ſed & condictio indebiti ab his non diſſonare videtur, quamuis enim res in ea interueniat, contrahendi tamen propoſitum deeſt. *a*

Quinetiam pactum nudum hoc Iure (vt plerique credunt) actionem parit, *b* vel ſaltem efficax eſt, quãuis Iure Ciuili pactum nudum niſi informatum ſit à contractu bonæ fidei proximo actionem non producat, *c* vel niſi quis pro ſe, aut pro alio ſoluturum ſe cõſtituerit, is enim ceſſante ſtipulatione de cõſtituta pecunia tenebitur, *d* vel niſi in dote, & donatione, nautico fenore, & vſuris Reip. promiſſis. *e*

At non ignorandum, quod, quãuis iure Ciuili quædam actiones bonæ fidei eſſe dicantur, quædam ſtricti iuris. *f* Iure tamen noſtro, quippe quod æquitatem ipſam imprimis ſequitur, atque amplectitur, nullus nõ contractus bonæ fidei contractuum vim, atque effectũ habet, naturamque eorum ſequitur, ita vt dolus omni caſu quemlibet contractum ipſo iure vitiet, *g* non minus, quàm in actione ex Empto vendito, locato, conducto, negociorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, Tutelæ, Commodati, pignoratitia, familiæ herciſcundæ, communi diuidundo prę̨ſcriptis verbis, æſtimatoria, & quæ ex permutatione competit, hæreditatiſque petitione, & actione ex ſtipulati, quæ loco rei vxoriæ ſucceſſit, ac omnibus contractibus, qui cum principe fiunt. *h*

Sed (vt de ſingulis omnibus ſupradictis aliqua ſummatim perſtringamus) ſciendum eſt, quòd mutuum in his conſiſtit, quæ pondere, numero, menſuraue conſtant, *i* & gratuitum mutuum eſſe oportet, ne in fœ-

noris

noris labem cadat. *a*

Depoſitum conſiſtit in rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, & nonnunquam etiam in immobilibus, vt, cum litis cauſa alicuius rei immobilis poſſeſſio apud aliquem in ſequeſtro ponitur, *b* & hoc proprij exigunt termini depoſiti, vt certæ ſpeciei, non autem generis depoſitum fiat. *c* & depoſitarius de ſolo dolo tenetur, niſi vltrò ſe ipſum depoſito obtulerit, aut aliquid pro cuſtodia acceperit, nam tunc de culpa quoque tenebitur, quin & pacto, culpa, vel mora præcedentibus caſus etiam fortuitus ei imputabitur, poteſt autem, qui depoſuit, pro voluntate ſua depoſitum reuocare, & contra depoſiti repetitionem compenſationi, vel deductioni locus non fit, ne contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam referatur, licet compenſatio admittatur in alijs, ſi cauſa, ex qua poſtulatur, ſit liquida, ita quod facilem exitum ſperetur habitura. *d* Sed de re apud Clericum depoſita non tamen Eccleſia ipſa tenetnr, niſi in vtilitatem ipſius Eccleſiæ id verſum depoſitum ſit, hoc enim caſu, de eo quod in rem ipſius verſum fuerit, Eccleſia tenebitur, *e* nam & traditum eſt, quod ſicut filius debita patris ſoluere tenetur, ſic Prælatus ſui prędeceſſoris pro Eccleſiæ neceſſitate contracta. *f*

Pignus contrahi ſolet tam cauſa debitoris, quàm creditoris, debitoris quidẽ, quo ei magis pecunia credatur, creditoris, quò ei magis ĩ tuto ſit creditũ & propterea creditor, cui pignus traditũ eſt, de leui culpa tãtum tenetur, *g* res autẽ Eccleſiaſticæ pignori obligari non poſſunt, niſi iuſtiſſima neceſſitate vrgente. *h*

Item liber homo non debet pro debito pignori addici, quamuis etiam ei res aliæ defuerint, ſi bonis cedere ſit paratus. *i*

Si verò aliquis Eccleſiæ Rector Eccleſiaſticam rem aliquam ad ſuum ipſius commodũ pignori addixerit, debebit Rectoris ipſius hęres eam reaimere, & Eccleſiæ reſtituere ſi prius nõ fuerit redẽpta, & reſtituta. K

Illud quoque in pignorũ materia præſertim ignorari

a c. cõſuluit. de uſur.

b Glo. c. fi. ĩ gl. mag. iſi. de depoſ.

c l. Lucius. l. dies ſpõſaliorũ. ff. de poſ.

d c. fi. de depoſ.

e c. pri. eo. tit. de depoſito.

f c. pri. de ſolut.

g §. fi. inſt. quib. mod. re cõtrah. obl.

h c. pri. de pignor.

i c. 2. ubi gl. de pignor.

K c. 3. eo. tit. de pignor.

rari nolumus, quòd fructus, & prouentus ex re pignori data à creditore percepti ex die, qua pignus conſtitutum eſt, in ſortis ſolutionem vel extinctionem cedere debent. *a*

a c. cum cõtra. ubi glo. eo. tit. de pigno.

Pactum quoque legis commiſſoriæ à pignoris contractu omnia iura exterminant, ac reijciunt, quod legis commiſſoriæ pactum fit hoc modo, vt ſcilicet, ſi debitor intra certum tempus creditam ſibi pecuniã non reddiderit, pignori obligata res creditori pro credito ſuo in ſolutum cedat. *b*

b c. ſignificãte. ubi ab. eo. ti. de pig. l. fi. ubi glo. C. de pact. pign.

Commodatum eſt, cum res aliqua gratis vtenda ad certum, & determinatum tempus, vel certũ vſum traditur, nam, ſi ad incertum vſum, & tempus vtenda conceſſa fuerit, non commodatum erit, ſed precariũ, quapropter contra eum, qui commodatum accepit, rectè commodati non agitur, niſi poſt vſum expletum, cuius gratia res fuit commodata, cum non decipi beneficio nos oporteat ſed iuuari, *c* vnde, poſtquam tibi commodaui, intempeſtiuè vſum rei commodatæ auferre, contra ſuſceptam vltrò obligationem, & contra officium eſt. *d*

c c. 1. de cõmod. extra.

d l. in cõmodato. §. ſicut. ff. commo.

Precarium verò vtendum conceditur, quamdiu patitur, qui concedit, ac ſoluitur precarium obitu eius, cui conceſſum eſt, non etiam obitu cõcedentis. *e* Sed precariæ non ſunt pro voluntate concedentium reuocandæ, *f* & ſunt precariæ, vt cum Eccleſia alicui fundum ſuum vtendum concedit, vel ob merita accipientis, vel, vt ille quid annuum Eccleſiæ ſoluat, & ſunt per vnumquodque quinquennium precariæ renouandæ. *g* Cum vero commodatum, & precarium gratia accipientis tantùm celebrentur, is, qui accepit, de leuiſſima etiam culpa tenetur, ſed caſum fortuitum, niſi culpa ſua acciderit, vel pactum interceſſerit, vel in mora fuerit, non præſtabit. *h*

e c. fi. de p̃car. l. 1. ff. e.

f d. c. fi. de precar.

g c. 1. eo. ti. de precar.

h c. 1. eo. ti. de comoda.

Is quoque, qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem ſoluit, re obligatur, datur q; agenti contra eũ propter repetitionem condictitia actio, nam perinde ab eo condici poteſt, ſi apparet, eum dare oportere, ac

ſi:

ſi mutuum accepiſſet. *a* Sed is tamen, qui conqueritur, indebitam ſe pecuniam ſoluiſſe, probare tenetur, quòd indebitè ſit ſoluta, niſi eius aduerſarius ſolutioné inficians exinde conuincatur, tunc enim diffitenti onus incumbit probandi, quòd debitum accepiſſet. *b*

Verbis autem obligatio contrahitur interrogatione præcedente, & ſubſequente reſponſione, cum quid dari, fieriue nobis ſtipulamur, & ſtipulatio appellatur, quaſi firma à ſtipulo, ſeu ſtipite nomen deſcendens, *c* eſt enim omnium contractuum firmiſſimus ſtipulationis contractus. *d*

Literarũ obligatio dicitur, vt, ſi quis debere ſe ſcripſerit, quod ſibi numeratum non eſt, nam is poſt biennium exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non poterit, quamuis ante biennium poſſet, ſicque poſt biennium literis, & ſcriptura obligatur. *e*

Quod autem attinet ad contractus, qui conſenſu perficiuntur, Emptio imprimis, & venditio contrahuntur ſimul atq; de pretio conuenerit, quamuis nõdum pretium numeratum ſit, ac ne arra quidem data fuerit, nam quod arræ nomine datur, argumentum eſt emptionis, & venditionis contractæ, Prætium tamen conſtitutum omnino eſſe opportet, nam nulla emptio ſine prætio eſſe poteſt, ac certum eſſe pretium debet, vnde, ſi inter aliquos ita conuenerit, vt quanti Titius rem æſtimauerit, tanti ſit empta, & Titius vel noluerit, vel non potuerit pretium diffinire, pro nihilo erit venditio, quaſi nullo pretio ſtatuto, ſi verò Titius pretium diffinierit, tunc omnino ſecundum eius æſtimationem & pretium perſoluendum erit, & res tradenda, & venditio ad effectum perducenda, prætium autem in numerata pecunia conſiſtere debet. *f*

At, ſi res vendita fuerit minus dimidia iuſti pretij, quamuis contractus ipſo iure teneat (niſi læſio tamen enormiſſima ſit) reſcindi tamen poteſt, ita vt in arbitrio emptoris ſit, an velit iuſtum pretium ſupplere, an venditionem reſcindere. *g* Illa quoq; vẽditio improbatur, quæ paruo pretio facta eſt ac ſimul redimendi

a §. 1. *inſt. quib. mod. re cotrah. obli.*

b *c. fi. de ſolut. l. cũ de indebito. §. ſinautẽ. ff. de probat.*

c *Inſt. de uer. oblig. in prin.*

d *l. ex placito. C. de rer. permu.*

e *Inſt. de liter. oblig. in prin.*

f *Inſt. de emp. et uẽd. in prin. §. 1. & §. 2.*

g *s. cũ dilecti. c. cũ cauſam. de ep. & uendit.*

ius venditori concedit, quòd in fraudem vſurarum facta credatur. *a*

a ca. ad noſtram. eo. ti. de empt. & vend.

Locatio, & conductio proxima eſt emptioni, & venditioni, iiſdemq; ferè iuris regulis conſiſtit, nam & ipſa non aliter contrahitur, niſi merces conſtituta ſit, quemadmodum etiam diximus, ſine pretio non contrahi emptionem, & quod ſuprà dictum eſt, de emptione, cuius prætium in alienum arbitriũ ſit commiſſum, idem etiam de locatione, & conductione dictum intelligendum eſt, ſi alieno arbitrio mercedis definitio permiſſa fuerit, quòd ſi nulla ſtatim merces fuerit cõſtituta, non locatio, ſed contractus erit innominatus, ex quo actio preſcriptis verbis orietur, quemadmodũ etiam cũ merces in ſpetie, non in pecunia eſt cõſtituta, contractus innominatus non locatio appellatur. *b*

b Inſt. de locat. in prin. & §. pri.

Sciendum eſt autem, quòd domus locatę dominus poteſt inuito inquilino domum inhabitare, vel reficere, ſi neceſſitas, quæ tempore locationis non imminebat, id expoſcat, remiſſa ſibi pro reſiduo temporis pẽſione, & poteſt eum expellere, ſi malè in re conducta verſatus ſit, vel, cum Canonem per biennium non ſoluiſſet, ſibi celeri ſatisfactione non prouiderit. *c* Sed propter ſterilitatem afficientem magno incommodo conductores vitio rei ſine culpa coloni, ſeu caſu fortuito contingentem colonis pro rata penſionis remiſſio eſt facienda, niſi cum vbertate præcedentis, vel ſubſequentis anni poſſit ſterilitas compenſari. *d*

c c. propter ſterilitatẽ. §. fi. d locat. & conduct.

d d. ca. propter ſterilitatẽ in prĩ.

Familiaris eſt contractui locationis & cõductionis Emphiteoticus contractus, qui fit dum prædia perpetuò quibuſdam fruenda traduntur, id eſt, vt quamdiu penſio, ſeu reditus pro his domino præſtatur, neq; ipſi conductori, neq; hæredi eius, cuiue conducto, vel heres eius id prædium vendiderit, aut donauerit, aut dotis nomine dederit, alioue quocumq; nomine alienauerit, auferre liceat, In quo contractu totius rei interitus ad dominum redundat, ſed particularis rei periculum ad Emphiteotam ſpectat. *e*

e Inſt. de locat. & conduc. §. adeo autẽ.

Et poteſt Emphiteota Eccleſiæ (ipſa Eccleſia prius

requi-

requiſita, eiq; nuntiato, quantum ſibi ab alijs offeratur, ſi nolle ſe emere dixerit, vel à denunciationis tempore duorum menſium ſpatium ſit elapſum) meliorationes, & ius ſibi competens alijs vendere, qui ab emptione huiuſmodi minime prohibentur. *a* Prohibitę autem ad huiuſmodi emptionē accedere omnes perſonæ dicuntur, quæ non facilè conueniri poſſunt. *b* Emphiteota autem contra ſupradicta alienando, vel ceſſando in ſolutione canonis per biennium, niſi celeri ſatisfactione poſtmodum ſibi conſulere ſtuduerit, iuſtè poteſt expelli non obſtante, quod ei, vt canonem ſolueret, non fuerit nunciatum, cum in hoc caſu dies ſtatuta pro domino interpellet. *c* De cenſuali contractu idem ferè eſt iudicium niſi quod in eo omne ius in cenſuarium transfertur, tam directum quàm vtile cum hoc pacto, vt aliquid annuum transferenti ſoluatur, *d* nec ab his lōgè abeſt feudū, in quo tamen ſeruitium perſonale potius, quàm penſio præſtatur. *e*

Societatem coire ſolemus aut tutorum bonorum, aut alicuius negociationis, veluti mancipiorum vendendorum, emendorumq;, aut olei, aut vini, aut frumēti emendi, vendendiq;, ac, ſi nihil de partibus lucri, & damni nominatim conuenerit, æquales partes tam in lucro, quàm in damno ſpectantur, quod ſi expreſſæ fuerint partes expreſſæ ſeruabuntur, valet enim ea cōuentio, vt ad vnum quidem duæ partes & lucri, & damni pertineant, ad alium tertia, quin & illa conuentio non improbatur, vt ſociorum vnus lucri maiorem partem, damni minorem ſentiat. *f* dum tamen ſic intelligatur, vt, ſi in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit, compenſatione facta, ſolum quod ſupereſt, intelligatur lucro eſſe, *g* quòd ſi in vna cauſa pars fuerit expreſſa, veluti in ſolo lucro, vel in ſolo damno, in altera verò omiſſa, in eo quoq;, quod prætermiſſum, eſt, eadem pars ſeruabitur. *h*

At ſi coita ſocietas ſimpliciter ſit, videtur coita eſſe vniuerſorum, quæ ex quæſtu veniunt, (ſi diſtinctum non ſit) id eſt lucri, quod ex emptione, venditione, loca-

a c. potuit. inſt. d locat. & conduct.
b Gl. d. c. potuit. §. prohibentur.
c d. c. potuit. in fi.
d c. conſtitutus. ubi glo. & doct. de relig. dom.
e Iaſ. l. pri. nu. 49. 50. & 51. c. de iure Emph.
f Inſt. de ſociet. in pri. & §. pri.
g §. pri. iſ. inſt. d ſocie.
h §. illud expeditū inſt. eo. de ſociet.

locatione, conductione deſcendit, nam quæſtus intelligitur qui ex opera cuiusque deſcendit, quare hæreditas, legatum, donatio ſeu ſimplex, ſeu mortis cauſa, & ſimilia, quæ non induſtria quæruntur, in ſocietatem ſimplicem non venient. *a*

a l. coiri. cũ ſeq. ff. pro ſocio.

Finitur autem ſocietas renuntiatione ipſius per vnũ ex ſocijs ſine dolo & calliditate facta. Item morte vnius ex ſocijs, adeo quidem, vt neque in ſuperſtitibus ſocijs permaneat, niſi aliter ſit conuentum.

Item finito negocio, cuius cauſa contracta fuerat ſocietas, ea finietur, item publicatione omnium bonorum vnius ex ſocijs, item ceſſione bonorum, ac ſocius de leui culpa ſocio obligatur. *b*

b §. manet autẽ. uſque ad fi. inſt. eo. de ſociet.

Mandatum contrahitur quinque modis, ſiue ſua tã tum gratia aliquis tibi mandet, ſiue ſua, & tua, ſiue aliena tantum, ſiue ſua, & aliena, ſiue tua & aliena, nam ſi tua tantùm gratia tibi mandatum ſit, ſuperuacuum eſt mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio naſcitur. *c*

c Inſt. manda. in prin.

Mandatum quoque contra bonos mores non eſt obligatorium, veluti, ſi Titius de furto, aut damno faciendo, aut iniuria facienda mandet tibi, licet enim pœnam iſtius facti nomine preſtiteris, non tamen vllam habes aduerſus Titium actionem. *d* Et mandatum, niſi gratuitum ſit, in aliam formam negocij cadit, nã mercede conſtituta incipit locatio, & conductio eſſe. *e* Mandatum autem non ſuſcipere cuilibet liberum eſt, ſed ſuſceptum conſumandum eſt, aut quam primũ renunciandum, vt per ſemetipſum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. *f* Nec debet quis mãdati ſibi facti fines excedere. *g*

d §. illud quoq;. Inſt. eo. manda.

e §. fi. inſt. eo. mand.

f §. mandatum. nõ inſt. eo.

Mandatum per reuocationem domini re integra factam finitur, vel ſi adhuc integro mandato mors alterutrius interueniat, ideſt, vel eius, qui mandauerit, vel eius, qui mandatum ſuſceperit, non tamen in damno eſſe feretur, qui mandatum ignorans eſſe finitum, vel reuocatum, illud executus fuerit. *h*

g l. diligen ter. ff. mãd.

h §. rectè quoq;. iſt. e.

Sed quia non ſemper mandatis faciendis tempus compe-

competit, vel propter abſentiam, vel ignorantiam, qua propter alicuius res periclitari poſſent, inductum eſt propter abſentium vtilitatem, ne indefenſi rerum poſſeſſionē, aut venditionem patiantur, vel pignoris diſtractionem aliudue damnum, vt ſi quis abſentis negocia geſſerit, licet ignorantis, tamen quicquid vtiliter in rem eius impenderit, vel etiam, ſi ſe in rem abſentis alicui obligauerit, habeat eo nomine actionem, itaque eo caſu vltrò citroque naſcitur actio, quæ appellatur negociorum geſtorum, quæ domino quidem directa competit, geſtori contraria. *a* Et ſicut æquū eſt, ipſum actus ſui rationem reddere, & eo nomine condemnari, quicquid vel non vt oportuit, geſſit, vel ex his nogocijs retinet, ita ex diuerſo iuſtum eſt, ſi vtiliter geſſit, præſtari ei quicquid eo nomine vel abeſt ei, vel abſuturum eſt. *b* Et hac quidem actione tenetur non ſolum is, qui ſponte, & nulla neceſſitate cogēte immiſcuit ſe nogocijs alienis, & ea geſſit, *c* verum is etiam, qui aliqua neceſſitate vrgente, vel neceſsitatis ſuſpitione geſsit, ac, ſi cum propoſuiſſem negocia Titij gerere, tu mihi mandaueris, vt geram vtraque actione vti potero. *d* Item ſi, cum putaui, à te mihi mandatum, tua negocia geſſi, naſcetur negociorum geſtorum actio ceſſante mandati actione. *e* Illud nō omitto, quod ſi is, qui negocia adminiſtrat, quædam geſſit, quædam non contemplatione tamen eius, alius ad hęc non acceſſit, negociorum geſtorum actione tenebitur propter ea quæ non geſſit. *f* Et negociorum geſtor ad exactiſſimam diligentiam compellitur reddere rationem, nec ſufficit talem diligentiam adhibere, qualem ſuis rebus adhibere ſolet, ſi modo alius diligentior adminiſtraturus erat. *g*

a §. 1. inſt. de oblig. q. ex quaſi cōtr.

b l. 1. & 2. ff. de negot. geſt.

c l. 3. §. hac actione. ff. eo.

d d. l. 3. §. fi.

e l. item. ſi. ff. eo.

f l. ſi pupilli. §. fi. ff. eo.

g §. 1. inſt. de obli. q ex quaſi contr.

Tutores quoque, qui Tutelæ iudicio tenentur, non propriè ex contractu obligati eſſe intelliguntur, quia nullum negocium inter tutorem, & pupillum contrahitur, ſed quia non ex maleficio tenentur, quaſi ex cōtractu teneri videntur, ſed nō tantum pupillus cum tentare habent tutelæ actionē, ſed & ex contrario tutor

cum pupillo habet contrariam Tutelæ, ſi vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem ſuam creditoribus eius obligauerit. *a*

a §. tutores. inſt. eo. de oblig. quæ ex quaſi contr.

Item ſi inter aliquos communis res ſit ſine ſocietate, veluti, quod pariter legata eis, donataue eſſet, & alter eorum alteri ideo teneatur, cõmuni diuidundo iudicio, quod ſolus fructus ex ea re perceperit, aut quod ſocius eius ſolus in eã rem neceſſarias impẽſas fecerit nõ intelligitur ex cõtractu propriè obligatus eſſe, cũ nihil inter ſe contraxerint, ſed quia ex maleficio, vel quaſi non tenetur, quaſi ex contractu teneri videtur. *b*

b §. item ſi inter aliquos. inſt. eo. de oblig. quæ ex quaſi contr.

Idem Iuris eſt de eo, qui cohæredi familiæ herciſcundæ Iudicio ex his cauſis obligatus eſt, *c*

c d. §. item ſi. inſt.

Hæres quoque Legatorum nomine non propriè ex contractu obligatus intelligitur (neque enim cum hærede, neq; cum defuncto vllum negocium Legatarius geſsiſſe propriè dici poteſt) & tamen, quia ex maleficio nõ eſt obligatus, quaſi ex cõtractu debere intelligitur. *d*

d §. hæres. quoq; eo. ti.

Sed & condictio indebiti quamuis ſupra inter contractus, qui re perficiuntur, poſita ſit, quia non ſine re contrahitur, ſubtilius tamen inſpiciendo, quaſi ex cõtractu naſci videtur, ex diſtractu enim potuis, quàm ex contractu eſt, nam, qui ſoluendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur vt diſtrahat potius negocium, quam vt contrahat, ex quibusdam tamen cauſis repeti nõ poteſt, quod per errorem indebitũ ſolutũ ſit, veluti in his cauſis, quibus infiſciando lis creſcit, vt in lege Aquilia, & in oĩbus legatis, & fideicommiſſis, quæ ſacroſanctis Eccleſijs, & cæteris uenerabilibus locis intuitũ Religionis, vel pietatis honoratis relicta ſunt. *e*

e §. pe. et fi. inſt. eo. de oblig. ex quaſi contr.

Actio autem de peculio, Quod iuſſu, de in rem verſo, Exercitoria, inſtitoria tributoria non ſpecies actionum ſunt ab alijs ſubſtantia differentes, ſed qualitatem potius quandam actione alicui accedentem exprimunt, puta (gratia exempli) quamuis Pater de contractu filij, & Dominus de contractu ſerui ipſo Iure non teneantur, æquum tamen eſt peculiotenus (quod veluti patrimonium eſt filiorum, & ſeruorum) con-

demnari eos, quapropter agatur contra Patrem vel Dominum ea actione, quæ contra filium, vel ſeruum competiſſet, puta exempto, vendito, mandati, & ſimilibus, ſed ea actio hanc reſtrictionem accipiet, vt non vltra, quam in peculio ſit, Dominus vel Pater exigi poſsit. *a*

Item ſi quid in rem Domini, vel Patris verſum ſit ex ſeruia ut Filij contractu, conueniri Pater, vel Dominus actione deſcendente ex eo contractu poterit eatenus, quatenus in rem eius verſum fuerit. In rem autē Domini verſum intelligitur quicquid neceſſario in rē eius impenderit ſeruus, veluti, ſi mutuatus pecuniam creditoribus eius ſoluerit, aut ædificia ruētia fulſerit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem neceſſariam mercatus erit. *b* quod ſi iuſſu Domini cum ſeruo negocium geſtum erit, inſolidum Dominus ea actione tenebitur, eo qu a iuſſu eius negocium geſtum ſit. *c* Exercitoria tunc habet locum, cum quis ſeruum ſuum magiſtrū naui præpoſuit, & quid cū eo eius rei gratiā, cui ꝑpoſitus, fuit, contractum eſt, Exercitor enim, a quo actio nomen accepit, is eſt, ad quem quotidianus nauis quæſtus pertinet, Inſtitoria tunc locum habet, cum quis tabernæ forte, aut cuilibet negociationi ſeruum ſuum præpoſuit, & quid cum eo eius rei cauſa, cui præpoſitus eſt, contractum fuit, inſtitores enim vocantur, qui negociationibus præponuntur. Quæ rationes non minus locum habent, & ſi liberum quis hominem aut alienum ſeruum naui, aut Tabernæ, aut cuilibet negociationi præpoſuit, cum eadem æquitatis ratio verſetur. *d*

Tributoria actio eſt, vt ſi ſeruus in peculiari merce ſciēte domino negocietur & quid cum eo eius rei cauſa contractum ſit, nam quicquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, ſi quid ei debebitur, & cęteros creditores pro rata portione diſtribuetur & ideo tributoria vocatur, quia ipſi domino diſtributio permittitur. *e*

Sed & directò poterit, quod iuſſu Patris, dominiue contractum

a Inſt. de act. §. actiones autē de peculio. ubi gl. uer. ipſo iure. et uer. de peculio.

b §. preterea. iſt. quod cū ex qui in alie. poteſt.

c §. 1. iſt. eo. quod cū. eo. qui in alie.

d d. §. 1. uer. exercitoria.

e §. introduxit. a. ti. iſt. quod cū eo

contractum fuerit,quodque in rem eius verſum erit,à Patre,dominoue condici, tanquam ſi principaliter cũ ipſo negocium geſtum eſſet, quod & de eo dicendum eſt,qui exercitoria,vel inſtitoria actione tenetur, quia huius quoque iuſſu contractum intelligitur. *a*

a §. fi. inſt. eo. quod cũ eo.

Illud tamen propriè ſeruatur in perſona filiorum fam.quod Senatuſcon.Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dari eis, qui in poteſtate parentis ſunt, & ei, qui crediderit denegatur actio tam aduerſus ipſos Filiosfamil. (ſiue adhuc in poteſtate ſint, ſiue morte parentis,vel Emancipatione ſuæ poteſtatis eſſe ceperint)quam aduerſus parentes, in quorum poteſtate ſunt,vel à quibus sunt emancipati, quod ideo ſic cõſtitutum eſt,quia Filijfam.ſæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant,vitæ parentum inſidiabantur, *b*

b §. pe. inſt. quod cũ eo.

Pro eo,qui promittit ſolent alij obligari, vt magis creditori cautum ſit, qui fideiuſſores appellantur, & cuicumque obligationi accedere poſſunt,ſiue re, ſiue verbis,ſiue literis,ſiue conſenſu contracta fuerit, ſiue Ciuilis ſiue naturalis ſit. *c* Si plures ſint fideiuſſores, quotquot erunt numero, ſinguli inſolidum tenentur, ſed ex Epiſtola Diui Hadriani compellitur creditor à ſingulis,qui modò ſoluendo ſunt litis conteſtatæ tempore,partes petere, ideoque ſi quis ex fideiuſſoribus eo tempore ſoluendo non ſit,hoc cæteros onerat, ſed ſi ab vno fideiuſſore creditor totum conſecutus fuerit,huius ſolius detrimentum erit, ſi is,pro quo fideiuſſit, ſoluendo non ſit,& ſibi imputare debet, qui non ſe iuuarit ex Epiſtola Diui Hadriani petendo, vt pro parte tantùm in ſe actio detur. *d*

c Inſt. de fideiuſ. ĩ prin. & §. pri.

Si quid autem fideiuſſor pro re ſoluerit, eius recuperandi cauſa habet cũ eo mandati Iudicium. *e* Sed fideiuſſores ita obligari non poſſunt,vt plus debeant, quàm debet is,pro quo obligantur, nam eorum obligatio acceſsio eſt principalis obligationis,nec plus in acceſsione poteſt eſſe,quã in principali re,at ex diuerſo, vt minus debeant, obligari poſſunt. *f*

d §. ſi plures inſt. eo. de fideiuſſ.
e §. ſi quid autẽ. iſt. eo.
f §. fideiuſſores. iſt. eo.

Si

Si vero fideiuſſor à creditore vexetur, poteſt contra debitorem, qui diu in debiti ſolutione ceſſauit, agere, vt ſe à fideiuſsione liberet, quod etiam facere poterit, ſi debitor bona ſua diſsipare ceperit, ſeu ſuper hoc cõdemnatus fuerit. *a*

a c.3.& ſi. de fideiuſſ.

Religioſus autem quilibet non debet abſque maioris partis Capituli, & Abbatis ſui licentia pro aliquo fideiubere. *b* Et Clericus fideiuſsionibus inſeruiens abijciendus eſt. *c*

b c.quod quibusdam. de fideiuſſ.

c c.1. de fideiuſſ.

De Iureiurando. Tit. XVIII.

QVIA ſupra eius probationis, quæ per Iuramentum fit, mentio habita eſt, non alienum duximus, hoc loco fuſius de iuramento ſpecialiter tractare, quottidiana etenim hæc materia eſt, nec iuris præſertim Pontificij peritis negligenda, cum proprie ad hoc ius ſpectet, quo nomine Iudex Eccleſiaſticus etiã in Iudicem Laicum iuriſdictionẽ habet, vt ille Eccleſiaſtica cẽſura (vbi opus ſit) perculſus iuramentũ, quod ſalutẽ animæ reſpicit, ſeruari à ſuis ſubditis faciat. *d*

d c.2.eo.tit. de iureiur. in 6.

Eſt autem iuramentũ id pronunciatum, quo aliquid Dei teſtimonio vocato, dicimus, vel promittimus. *e*

e Doc.ĩ rub. de Iureiur. glo.22. q.e. pri.

Interponi ſolet iuramentum vel, cum quid nos facturos promittimus, vel cum ſuper veritate rei alicuius, uel facti reſpondemus, aut teſtimonium exhibemus, vel vt quæſtio aliqua, vel lis dirimatur.

Ad primum exemplum pertinet illud Iuramentum quod Rex Romanorum mox futurus Imperator Summo Pontifici præſtat, prius quam coronam vnctionẽque accipiat, dum ſe protectorem, procuratorem, & defenſorem Summi Pontificis, ac Sanctæ Rom.Eccleſiæ, cuſtodemque, & conſeruatorem in omnibus eius neceſsitatibus, & vtilitatibus, poſſeſsionum, honorumq;, & iurium ipſius forè pollicetur, multaq; alia tã ſuper Romana Eccleſia, & Fide Catholica tuenda, quàm ſuper hæreſibus, & ſciſmatibus, noſtræq; fidei hoſtibus perſequendis, & confringendis, & Romanæ Eccleſiæ

vaſallis

a Cle. 1. de Iurei. c. tibi dño. diſ. 63.
b Io. Sel. tractu. de Iurei. q pri. nu. 6.
c c. Ego N. eo. tit.
d c. dilecti. de maior. et obedien.
e c. ult. de Eccleſ. ædifi. et c. quod ſup. de reb. Eccle. non alien.
f c. intellecto. de Iurei.
g c. quāquā. diſt. 23. Ab. c. tua. eo. tit. de Iureiurā.
h c. de forma 22. q. 5. gl. d. c. Ego. N.
i c. ſignificaſti. de elect.
K Io. Sel. d. trac. 2. par. quæſt. pri.
l ca. nullus Epiſcopus. eo. tit. de Iureiu.
m c. etſi Chriſtus. eo. tit.
n c. ad noſtrā. 2. eo. ti.

vaſallis non vexandis promittit, quod iuramentum fidelitatis eſſe perhibetur. *a* Quinetiam traditum eſt, ipſum Pontificem Romanum, dū coronatur, huius ſpeciei iuramentum quoddam præſtare. *b* Eiuſdem ſpeciei eſt etiam iuramentum, quod Epiſcopi, Abbates alijque dignitate aliqua à Summo Pontifice aucti exhibent, pollicentes S. Rom. Eccleſiæ in omnibus tam dictis, quàm factis integram fidem, Pontificatus, & Regularum Sanctorum Patrum Tutelam, Synodi obedientiam, legatorum Apoſtolicorum honorem, & obſeruationem, liminūm Apoſtolorum quotannis, vbi ab hoc onere abſoluti non ſint, viſitationem, *c* quodque etiam Epiſcopi ſuo Metropolitano. *d* Item dum Epiſcopi, alijue in dignitate poſiti iurant ſui Epiſcopatus, vel dignitatis iura non alienare. *e* Item cum Reges in ſua coronatione iurant Regni ſui iura, & honorem illibata ſeruare. *f* Item quod Clerici omnes beneficiati in manibus ſuorum Prælatorum deponunt, *g* quod vaſalli dominis ſuis, *h* quodq; Archiepiſcopi Summo Pontifici, dum pallium ab eo accipiunt, *i* multaq; alia ſimilia exempla poni poſſunt, K nam generaliter, vbicumq; aliquid ſe facturum, vel non facturum ſub Religionis vinculo pollicetur, ad hanc ſpeciem iuramenti pertinere dicitur. Nullus autem Epiſcopus Clericos ſuos, niſi forte, quibus Eccleſiaſticarum rerum commiſſa ſit adminiſtratio, ſibi iurare compellat. *l*

Sed Iuramentum quodlibet tres habere debet comites, ſcilicet, veritatem conſcientiæ, iudicium ſeu rerum diſcrimen, ac iuſtitiam. *m* quocirca iuramentum generaliter editum, ſi fieri poterit, ſic exaudiri debbit, vt iuri non aduerſetur, quò ſeruari poſſit, alioquin, ſi contra Canonicas ſanctiones eſſet, non iuramentum, ſed periurium potius appellari deberet, nec aliqua ratione ſeruandum eſſet. *n*

Eo fit, vt, ſi cuius præceptis ſtare iurauero, isque aliquid mihi illicitum iubeat, puta vt vxorem dimittam, vel filium exheredem faciam, ei parere nō ſim adſtrictus,

ctus, *a* hinc vir, ſi iuret vxori, quòd eam ſuper vllo crimine non accuſabit, poterit nihilominus eam impetere, ſi ea fiat infidelis, & non ſine creatoris contumelia cum viro habitare velit, quòd ſi expreſſè vir de adulterio vxorem non impetere iuraſſet, propter Iuſiurandi religionem tutius quidem eſſet, vt ab accuſatione deſiſteret, ſed denontiare tamen eam ad pœnitentiam peragendum poſſet. *b*

a c. quintæ vallis. eo. ti.

b c. quemadmodū. §. fi. eo. tit.

Ea ratione etiam fit, vt, qui Iurant Patrem, aut Matrem non alloqui, aut Fratrem, aut Sororem, vel eis humanitatis ſubſidium non exhibere, ab huiuſmodi Iuramenti obſeruatione ſoluendi ſint, cum illicitum, & rationi contrarium ſit, iniuncta eis tamen ob hoc, quòd malè Iurauerunt, pœnitentia competenti. *c* Sic etiam Iuramentum in damnum Eccleſiæ redundans ſeruandū nō eſt, *d* puta, ſi Prælatus res Eccleſiæ ablatas non repetere iuraſſet. *e*

c cū quidā §. fi. eo. tit.

d c. ſicut noſtris. eo. tit.

e c. 2. eo. ti.

Eodem exemplo, ſi is, qui Religionē profeſſus fuit, iuret poſtea, ſe in clauſtro deinceps non moraturum eius Monaſterij, cui ſe addixit, temerarium eſt huiuſmodi iuramentum, nec ſeruandum, quòd fidem profeſſionis frangeret, ac ſtabilitatis propoſitum euacuaret, *f* pari etiam ratione potero ego effugere, ne illi pa-ream, cui ſub iuramenti Religione parere tenebar, ſi is mihi aliquid iniungat, ex quo Iuramentum olim à me licitè præſtitum violaretur, *g* hinc & creditores ad iuramenta relaxanda de ſoluendis vſuris præſtita Eccleſiaſtica diſtrictione coguntur, *h* quam relaxationem ſi debitores non petierint, cogendi erunt omnino iuramentum reddere, ſed, cum vſuræ ſolutæ fuerint, creditores debebunt ad eas reſtituendas, Eccleſiaſtica ſeueritate, ſi neceſſe fuerit, compelli, *i* in iuramento etiam ſemper intelligi debet ius ſuperioris exceptum. K

f ſicut ex literis. eo. tit.

g c. veniens. ad præſentiā. eo. tit.

h c. pri. eo. ti. de iureiu.

i c. debitores eo. tit.

K c. veniēs. ad apoſtolicam. eo. tit.

Iuramentum autem, cuius obſeruatio ſalutis æternæ interitum non afferat, ſeruandum eſt, niſi relaxatum ſit, *l* quin & dubitatum olim fuit, an ſi vi, aut metu extortum ſit iuramētum, abſolutione vlla opus ſit,

l c. ſi vero. eo. tit.

nam

nam quòd petita abſolutio his caſibus cōcedenda ſit, nemo(vt opinor)negat. Et frequentioribus ſententijs receptum eſt,extorta hiſce modis Iuramenta adſtringere, ac forum contentioſum ad eorum obſeruationē cogere,quamdiu ea relaxata non ſint. *a*

a Io. Selua tract. de iurei.ī 3. par. quæſt. 1. un. 36. no. in c. uerum. et c. ſi uero. e. ti.

Ea quoque Iuramenta, quæ Canonici aut alij, qui ad collegia quęcumque admittuntur,Iurant,videlicet ſtatuta,& cōſuetudines earum Eccleſiarum,Collegiorum,vel locorum ſe omnino obſeruaturos, ſub qualicumque verborum forma emanarint, ad illicita, impoſſibilia, & libertati Eccleſiaſticæ repugnantia non extenduntur. *b*

b c. 1. eo. ti. in 6.

Illius autem Iuramenti, quod ſuper veritate alicuius facti præſtatur, tot exempla afferri poſſunt, quot penè dixerim eſſe contractuum, negociorum, aut factorum ſpecies.

Iuramentum verò,quo lis,vel cauſa dirimitur,quandoq; eſt veritatis,plerumq; affectionis,aut ad id quod noſtra, vel ex propria, vel communi æſtimatione interſit,ſpectans,quod in litem dicitur.

Iuramentum veritatis quandoque à parte defertur, quandoque à Iudice,illud,quod à parte defertur,recuſari poteſt,ac licitè referri, nec licet conuento famoſa actione referre huiuſmodi iuſiurandum.Iuramentum autem à Iudice parti delatum niſi iuſta de cauſa recuſari non poteſt,ſanè quidem, ſi actor omnino in probatione defecerit,reus debet,etſi nihil præſtiterit, obtinére,præſumptione verò vrgente pro illo, reo deferri poteſt ad oſtendendum ſuam innocentiam Iuramētum,niſi Iudex(inſpectis perſonarum,& cauſæ circumſtantijs)illud actori videat deferendum. *c*

c c. ſi. eo. tit.

Iuramentum in litem locum habet in actionibus bonæ fidei,& in actionibus in rē arbitrarijs,ſed ob dolum tantùm,ac poteſt Iudex hoc Iuramentum, ſi nimium excedat,moderari, in actionibus quoque ſtricti Iuris huic Iuramento in litem locus eſſe poteſt, ſi alia veræ æſtimationis probatio non ſuppetat. *d*

d l. nummis. l. in actionibus. ff. de in litem iur.

Multa porrò,ac magna ſunt Iuramenti priuilegia; nam

nam & efficit, vt etiam Laicus, qui Iuramentum ſuper contractu præſtitit, ab Eccleſiaſtico Iudice ad illud ob ſeruandum compelli poſſit. *a* Item hanc vim habet, quòd actus, ſuper quo fuerit interpoſitus, omni, quo melius poterit, modo ſuſtinebitur, *b* non patitur Iuramentum moræ culpam ſemel commiſſam expiari. *c* operatur, vt qui facere aliquid cum Iuramento promiſit, omnino id facere compellatur, nec liberetur, quamuis id quod creditoris intereſt, præſtare paratus ſit, *d* prohibetq;, ne promiſſi aliquem etiam in contractibus innominatis pœnitere poſſit, quamuis nec dum altera pars ſuum ei promiſſum impleuerit, *e* pro creditore debitorem interpellat, *f* plures cõtractus, qui alioqui fortè aliquo vitio, vel impedimento obſtante non valerent, corroborat, ac confirmat, *g* priuat fideiuſſorem beneficio, quod ei contra creditorem competebat, ne prius ipſe conueniri poſſet, quàm debitor principalis excuſſus fuiſſet, *h* in cauſa eſt, vt emphiteota, vel conductor non ſoluentes penſionem etiam ante biennium expelli à domino poſſint, *i* multaque alia priuilegia operatur, quæ aliunde expoſcere vobis licet. K

Qui præſtitum à ſe iuramentum non neceſſitate, ſed ſua voluntate vltrò adductus violarit, deponendus eſt, & ab Eccleſia ſua remouendus. *l* In Epiſcopos autem, qui ſuum iuramentum fuerint tranſgreſsi, eſt tantò grauius vindicandum, quantò maiore præeminent dignitate, & quantò facilius alij poſſunt eorum exemplo ad ſimilia prouocari. *m*

Non deierat tamen, qui iuramentum ſuum in melius commutat, vel, cui alter ex parte ſua iuramẽtum non impleuit, ſi & ipſe implere illud detrectet. *n*

De Vſucapionibus, & præſcriptionibus. Tit. XIX.

SOLET ferè ſemper in Iudicijs, ſiue in perſonã agatur, ſiue in rem, vſucapionis, vel preſcriptionis exceptio opponi, quapropter de eis aliquid hoc loco tractandũ eſt, præſertim quia litis finitę eſt hæc exceptio, ac

a c. ſi. đ foro compet. ĩ 6.
b c. quanto, ubi Abb. de Iureiu. trac. de iureiur.
c moder. l. ſi iſulã. đ. uer. obli. et trac. de iureiur.
d Cor. 1. priui. đ iur. & Bauer. ĩ tra.
e Cl. l. ſi pecuniã. uer. neceſſe. ff. de cõd. ob cau. doct. d. trac.
f Doct. l. uiuũ. ſi cer. pe. et in d. trac.
g Doct. ĩ c. cũ cõtingat. de iureiur.
h Corſe. priuil. 12.
i Corſet. priuil. 11.
K Cor. et Bauer. d. tract.
l c. tua. c. q̃relam. ubi doct. eo. ti. c. cũ nõ ab homine. đ iud.
m c. cũ quidã. ĩ pri. c. tr de iureiur.
n c. 3. eo. ti. de iureiur.

ac non ſecus, quàm exceptio trãſactionis, aut rei, iudi-
catę ad impediendã litis conteſtationẽ opponi ſolet. *a*

Et vſucapionis quidem vocabulo etiam præſcriptio contineri poteſt, licet frequentius vſucapio in rebus mobilibus, præſcriptio in immobilibus proferatur, ſed generaliter intellecta vſucapio ſic definiri, aut deſcribi poteſt, vt ſit adiectio, ſeu acquiſitio dominij vel iuris per continuationem iuſtæ poſſeſsionis temporis à lege definiti. *b*

Mobiles autem res vſucapiuntur triennio, *c* immobiles decem annis contra præſentes, viginti contra abſentes. *d*

Atque vt procedat vſucapio, neceſſe eſt hæc infraſcripta adeſſe, nempe titulum, bonam fidem, poſſeſsionem continuatam, & quòd res eiuſmodi ſit, quæ præſcribi non prohibeatur. *e* Ac titulus quidem eſt iuſta cauſa poſſidendi, quod noſtrum non eſt, *f* iſque iuſtus titulus dicitur, qui, ſi à domino habitus fuiſſet, dominium potuiſſet transferre, eiuſmodi ſunt, titulus ſolutionis, emptionis, tranſactionis, hæreditatis, occupationis & apprehenſionis rei pro derelicta habitæ, titulus legati, dotis, pro ſuo.

Pro ſoluto vſucapit, qui rem debiti cauſa accipit, & non tantùm quod debetur, ſed & quodlibet pro debito ſolutũ hoc titulo vſucapi põt. *g* Pro emptore poſſidet, qui reuera emit, nec ſufficit tantùm in ea opinione eſſe eum, vt putet, ſe pro emptore poſſidere, ſed etiã debet ſubeſſe cauſa emptionis. *h* Pro tranſacto vſucapit quis rẽ ſibi traditã, vel dimiſſam, vt à lite diſcederet. *i* Pro hęrede titulus in eo locũ habet, qui exiſtimãs ſe hęredẽ, cũ nõ eſſet, rẽ quã defunctus tenebat, lõgo tempore poſſedit, Itẽ ſi hæres ſim, & putem rẽ aliquam ex hæreditate eſſe, quæ nõ ſit, poſſum eã vſucapere, K ſuis autẽ hæredibus exiſtẽtibus, ideſt filijs ſeu liberis in poteſtate, quos nemo gradu antecedat, nihil pro hærede vſucapi licet. *l* Pro donato vſucapitis, cui donationis cauſa res tradita eſt, nec ſufficit opinari, ſed & donatum eſſe oportet. *m* Pro derelicto titulus

a l. fi. ubi ca ſtr. ff. p ſuo.
b leg. 3. ubi doct. de uſu cap.
c Inſt. d u-ſucap. §. pri.
d d. §. pri. inſt. d uſuc.
e Gl. 16. q. 3. in ſum.
f Glo. ubi ſu pra. et gl. et doc. c. ſi dili gẽti, per illũ tex. de præſ.
g l. 1. ff. pro ſoluto.
h l. 2. ĩ pri. ff. pro emp.
i Hoſtien. ĩ ſũm. eo. tit.
K l. pri. ubi doc. & l. pe. ff. p hæred.
l l. 2. C. pro hærede. l. 2. §. fi. ff. eo.
m l. pri. ff. pro donato.

tulus ei competit, qui rem pro derelicta à non domino habitam occupat, vel ab alio occupatam, ſibiq; traditam poſſidet, nam, ſi is, qui eam dereliquit, verè dominus eſſet, non de vſucapione, ſed de dominio ex ipſa appræhenſione acquiſito ageretur. *a*

Legatorum nomine is videtur poſſidere, cui legatũ eſt, pro legato enim poſſeſsio, & vſcapio nulli alij, quã ei, cui legatum eſt, competit, ſed & ſi non iure legatũ relinquatur, vt Legatum ademptum eſt, pro Legato vſucapi poſt magnas varietates obtinuit. *b* Item qui in dotem rem accipit, vſucapere poteſt ſpatio ſolenni, quo ſolent, qui pro emptore vſucapiunt, & nihil refert, an ſingulæ res, an pariter vniuerſæ in dotem dentur. *c*

Pro ſuo poſſeſsio talis eſt, vt cum dominium nobis acquiri putamus, & ex ea cauſa poſsidemus, ex qua acquiritur, *d* hoc modo poſsidemus omnia, quæ Mari, Terra, Cœloque capimus, aut quæ alluuione fluminum noſtra fiunt, item, quæ ex rebus alieno nomine poſſeſsis poſſidemus, veluti partum hęreditariæ aut emptæ ancillæ, item fructus rei emptæ, aut donatæ, aut quæ in hęreditate inuenta eſt, *e* Item locus erit pro ſuo vſucapioni, vt puta, ſi hominem, quem ex ſtipulatione mihi deberi falsò exiſtimabas, tradidiſti mihi, idque ego neſcirem, nihil videlicet mihi deberi, eum vſucapiam, quia ipſa traditio ex cauſa, quam veram eſſe exiſtimo, ſufficit ad efficiendum, vt id, quod mihi traditum eſt, pro meo poſsideam. *f*

Bona fides adeo in vſucapionibus ſeu pręſcriptionibus iure noſtro neceſſaria eſt. *g* vt etiam in actionibus perſonalibus, quæ nonniſi annorum triginta ſpatio præſcribuntur, bonam fidem exigi frequentioribus ſententijs traditum ſit, quamuis alia Bartholo fuerit, ſententia: *h*

Sine poſſeſsione quoque aut quaſi poſſeſsione præſcriptio, ſeu vſucapio non procedit, *i* de quaſi poſſeſſione autem idcirco mentionem fecimus, quod incorporalia propriè non poſsideantur, ſed quaſi poſsideri

potius

a l. pri. ubi Caſt. ff. pro derelicto.
b l. pri. & fi. ff. pro legato.
c l. pri. in prin. ff. pro dote.
d l. 1. ĩ pri. ff. pro ſuo.
e l. 2. ff. eo. pro ſuo.
f l. 3. ff. eo.
g c. uigilãti. d. præſc. c. poſſeſſor. de reg. iur. ĩ 6.
h Bar. l. ſequitur. §. ſi uiam ff. eo. de uſuca. cõtra quẽ eſt cõis. Dec. cõſ. 266. col. fi. & 303. col. 1. cum ſim.
i c. 2. d reg. iur. in 6. l. ſine poſſeſſ. ff. eo. de uſucap.

a l. ſequitur. §. ſi uiā. ff. eo. de uſucap. l. 3. ī prin. ff. de acq. poſſ. l. ſer. §. incorporales ff. de acq rer. do.
b c. cum Eccleſia ſutrina. de cau. poſſ. & ppr.
c no. in l. ſeruitutes. la grande. ff. de ſeru.
d Bartol. d. l. ſeruitutes. col. fi.
e c. poſt. 16. q. 3. l. ſicut. C. de pſcr. trig. ann.
f l. cum notiſſimi. §. pr. C. de praeſcr. trig. ann.
g d. l. cū notiſſimi. ubi gl.
h ca. neque 16. q. 4.
i c. de quarta. eo. tit. de praeſcrip.
K ca. pri. de praeſcr. in 6.
c. ad decimas de reſt. ſpol. in 6.

potius dicantur, *a* & tamen ea quoq; præſcribi certum ſit, *b* vt ſunt ſeruitutes, iura eligendi, inſtituendi, aliaq; eiuſmodi, & ſeruitutes quidem, ſi continuam cauſam habeant, decennio præſcribuntur, ſin minus, tantum tempus eis præſcribendis requiretur, quod ſupra hominum memoriam ſit, *c* in his tamen titulus non deſideratur, quia, cum de rei dominio nō agatur, haud ita magnum præiudicium verſatur, quemadmodum, cum de rebus corporalibus præſcribendis agitur. *d* Nonnunquam tamen longiſsimi temporis poſſeſsio ad præſcriptiones requiritur, vnde meritò ſolent perpetuæ appellari, vt ecce, actiones perſonales non minori tempore triginta annorum amittuntur, *e* hypothecaria contra debitotem competēs quadraginta annis demum præſcribitur, *f* quamuis extraneus poſſeſſor hypothecæ decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes cum titulo, triginta ſine titulo præſcribat. *g*

Religioſis quoq; domibus, neq; decennalis, neq; vicennalis, vel triginta annorum præſcriptio, ſed ſola quadraginta annorum curricula opponi poſſunt, non ſolùm in cæteris rebus, ſed etiam in legatis, & hæreditatibus. *h*

Ac de quarta decimæ, & oblationis defunctorum Clericus ab impetitione Epiſcopi, ſola quadragenaria temporis præſcriptione ſe tueri poſſe videtur, *i*

Et non poteſt vna Eccleſia decimas in aliena Parochia præſcribere, niſi hac quadraginta poſſeſsione cum titulo ſe munierit, vel titulo deficiente, non niſi tanto tempore, cuius initij nulla extet memoria, cum enim huic præſcriptioni Iuris communis obſtet diſpoſitio, eo fit, vt vel titulus, vel tempus immemorabile preter bonam fidem ei ſint neceſſaria, K quamuis olim creditū ſit, minimè titulum fuiſſe neceſſarium. *l*

Cōtingit etiam interdum, vt, quæ temporalis, erat, præſcriptio, deinde perpetua fiat, ideſt, vt ad trigeſsimum, vel quadrageſsimum annum extendatur, quod fiet, ſi interrupta fuerit, nam, ſi quidem per naturalem

deten-

detentionem, vt per occupationem aquæ, ſimileſque modos poſſeſſio interrupta fuerit, à die recuperatæ poſſeſſionis noui triginta anni in omnibus preſcriptionibus numerabuntur, ſi per litis conteſtationem, ex die, quo nouiſſima proceſſit cognitio, poſtquam vtraque pars ceſſauit, computabuntur. *a*

Romana autem Eccleſia hoc priuilegio fulta eſt, quòd non niſi centum annorum ſpatio contra eam præſcribi poteſt. *b*

Plures etiã res ſunt, quæ nullo tempore præſcribi poſſunt, vt ecce, priuatus primitias, & decimas, neque etiam cum titulo præſcribit, item liber homo, quamuis etiam vltra 40. annorum curricula pro ſeruo detentus ſit, ſola tẽporis lõginquitate libertatis iura nõ amittit, Itẽ publicæ functiones nõ præſcribuntur, quo exemplo ẽt Eccleſiam rem publicã, primitias, decimationes nõ præſcribi traditũ eſt, ꝙ Ciuilium functionũ inſtar obtineant. *c* Itẽ Prouinciæ, Parochiæ, Diœceſes, quæ certis limitibus diſtinctæ ſunt, nullo modo præſcribi poſſunt, aliæ verò, quæ nõ ſunt certis limitibus diſtinctæ, & de quibus certa diffinitio olim non proceſſit, præſcriptione tolluntur, *d* nec ẽt à viſitatione, ſubiectione, aut procuratione ſoluẽda quis immunitatẽ præſcribere põt. *e* Itẽ nec colonus fundum, nec Emphiteota, nec vaſallus feudũ præſcribit. *f* Itẽ nec res ſacra, nec religioſa à Laico, nec ſeruus fugitiuus, nec res fiſci, poſtquã fiſco nunciatæ ſunt, nec res furtiuæ aut vi poſſeſſæ, aut aliter vitioſæ vſucapiuntur. *g*

Qui verò à Fiſco, aut à Cæſare, vel Auguſta emit, ſtatim ſecutus eſt, ſed, qui ad eas res actionem habet, non poteſt, niſi vſq; ad quadriennium contra Fiſcum, aut Cęſarem, vel Auguſtam agere. *h*

Et hæc quidẽ de Iudicijs priuatis tradita ſufficiant, ex quibus multa à legibus ſecularibus deſumpſimus, ꝙ non ita clarè in Iure noſtro declarata reperiãtur, & tñ ad ius Pontificiũ intelligendũ non mediocriter conferant, deinceps de Iudicijs publicis videndum erit.

Explicit Liber Tertius.

l c. ad aures. vbi gl. et do. eo. ti. de pſc. rubrica.
a c. placuit. §. hæc. de p̃ſcri. 16. q. 3. vbi gl. & l. fi. C. de præſcr. 30. ann.
b c. pe. §. fi. & c. fin. 16. q. 3.
c c. pe. §. qđ ſi priuatus. 16. q. 3.
d c. licet. 16. q. 3. c. cũ cauſam. de probat. c. ſuper eõ. dẽ paroc. Hoſ. in ſum.
e c. accedẽs. de p̃ſc. Hoſt. ĩ ſum. de vſucap. ĩ fi. dixi ſup. de pcur.
f l. malè agitur. vbi doc. C. de præſc. 30. annorũ.
g §. ſed aliquãdo. §. furtiuæ. §. res fiſci. inſt. eo. de vſucapio.
h §. fi. inſ. eo. de vſucap.

M. ANTONII CVCCHI IVRISCONS. INSTITVtionum Iuris Canonici.

Liber Quartus.

Quibus modis de crimine agatur. Tit. I.

VIDENDVM eſt igitur de Iudicijs, quæ circa delicta verſantur, nam, & ſi leges Pontificię pœnarũ atrocitatem exhorreant, quibus prępertim de ſanguine, & vita hominis agitur, non tamen ita iudulgentes ſe prębent, vt velint crimina omnino delinquentibus condonare, ſed vt, & qui deliquerunt, diſcant talia poſt hac non committere, & cęteri pœnarum metu, & eorum exemplo, qui dignis ſupplicijs ſceleribus ſuis debitis affecti ſunt, ad ſcelera patranda ſint tardiores, certas pœnas adinuenerunt, quæ in ſontes pro delicti qualitate citra ſanguinis vindictam, aut membri debilitationem exerceri poſsint, (quędam enim culpę exiſtunt, in quibus culpa eſt, relaxare vindictam,) *a* multoſq; modos tradiderunt quibus medijs contra facincroſos homines ad publicam vltionem perueniri poſsit, quinq; enim ſunt modi, quibus de Crimine haberi notitia poteſt, videlicet. Accuſatio, denuntiatio, inquiſitio, exceptio, & notorium, *b* nam & ſi alij quoque enumerari ſoleant, *c* hi tamen magis ad rem ſunt.

In accuſatione hoc ſeruatur inconcuſſe, vt, ſi legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus, *d* nec Laico Clericum accuſare conceditur, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, *e* quibuſdam articulis, quibuſdamq; Criminibus exceptis, puta in crimine Simoniæ, hęreſis, & Lęſę Maieſtatis, *f* & ſimi-

libus

a c. quia. diſt.28.
b Spec. ĩ ti. de accuſat.
c Fel.c.qualiter.2.uer. ad corrigendos. ꝗ accuſ.
d c.1.de accuſa.
e c.de cætero.de teſtib. ubi gloſ. & doct.
f Glo. d.c. cum P. mãconella.pri. glo.

libus, nec conceditur ſuper iiſdem criminibus quempiam ſępius vexari, ſed ſemel abſolutus deinceps amplius de eodem crimine moleſtiā pati non cogitur. *a*

Et, ne paſsim calumniatoribus licentia detur, alium ex libidine ſua ad iudicium vocandi, vt de crimine etiam falſo obiecto ſe purget, ac, ne ita eueniat innocentes homines citrà aliquam eorum noxam, capitis, fortunarum, aut exiſtimationis diſcrimen alicuius impij, & ſcelerati hominis impudenti audacia ſubire, & de ſtatu ſuo conflictari, ſtatutum eſt, vt quiſquis alium accuſare voluerit, ſe inſcribat, ſeque obliget (vbi obiectum à ſe crimen probare nequeat) talionis pœnæ, id eſt, quam reum ſuſtinere oportuiſſet, ſi de obiecto crimine fuiſſet conuictus, *b* dum eiuſmodi ſupplicium ſit, quod in accuſatorem cadere poſsit, quapropter Greg. X. cum intellexiſſet Subdiaconum quendam in Diaconum calumniatum, reſcripto ſuo pręcepit Subdiaconum non Subdiaconatus ſolum ordine ſpoliari, ſed præterea etiam verberibus publicè affectum in exilium mitti, *c* hodie tamen & ſubſcriptio amplius in vſu frequenti eſſe non videtur, *d* & talionis pœna deſuetudine abholita, *e* quemdā autē qui in probandis Epiſcopi ſui delictis à ſe delatis defecerat. Innoc. III. ab officio, & beneficio ſuſpendēdum decreuit, quoad ſe à calumnia abeſſe legitimè purgaſſet. *f*

Non poteſt quiſquam accuſatus procuratorem darè, qui cauſam eius nomine ſuſcipiat defendendam, ſed ipſummet accuſatum in iudicio eſſe, & cauſam per ſe dicere oportet, conceditur tamen, ſi abſens ſit, abſentiæ ipſius cauſas per procuratorem proponi, aliaſq; excuſationes, quæ ipſum crimen, cuius cauſa ei fit negocium, non attingant. *g*

Denunciatio quoque magnam habet cum accuſatione coniunctionem, niſi quod, cum crimen in modum denunciationis opponitur, non eſt, ſicut in accuſatione inſcriptio neceſſaria, quoniam ad depoſitionem inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionē eſt denūciatio faciēda, *h* tametſi is quoq; interdū impune nō

a c. de his. de accuſat.

b c. quiſquis c. qui crimē. 4. q. 8.

c c. 1. de calum.

d Bar. l. ſi cui in prin. ante nu. 3. de accuſat.

e Feli. c. ſuper his. ult. no. de accuſ.

f c. 2. de calumniat.

g c. ueniēs. de accuſatio.

h c. ſup his. de accuſat.

a c.fi.de calũ.vbi Abb. habeat, ſi nequiuerit probare crimen quod detulit. *a* Et, cum denunciatio hac potiſsimum ratione fiat, vt is cuius crimen defertur, deinceps ab eo crimine ſe cõtineat, conuenire videtur, vt is prius amicè, & blandis verbis, moxq; etiam, ſi oportuerit, amaris obiurgationibus caſtigetur, vt vltrò ſe ipſum corrigere, & à vitio velit continere, quæ ſi nihil prodeſſe conſtiterit, quominus in delicto pertinaciter perſeueret, tũc demum Eccleſiaſtico iudici erit denunciandus. *b* Denunciationis verò faciendæ poteſtas omnibus non patet, ſicut neque accuſationis, quare nec publicè concubinas habentes, neque excommunicati ad denuntiandum admittuntur. *c*

b c.2.de accuſation.

c c.cum dilectus eo.ti.de accuſ.c.1.4.q.pri.

Inquiſitio à Iudice ex officio eius mero fieri ſolet, vt ſciat, an fama, quæ de crimine alicuius crebra circumfertur, vera ſit, *d* quam, ſi facta diſquiſitione verã eſſe compertum fuerit, quamuis certa pœna in eo delicto legibus diffinita eſſet, vbi per modum accuſationis procederetur, ubi tamen per Inquiſitionis tramitem proceditur, ſecundum perſonæ merita, & qualitatem exceſſus pœna poterit iudicis arbitrio moderari, *e* in qua tamen moderatione facienda plures erunt cautiones iudici conſiderandæ. *f* Si tamen ex his criminibus fuerit, quæ ordinis ſuſcepti executionem impediunt, etiam poſt peractam pœnitẽtiam, vel ex his, quæ beneficij retentionem impediunt, puta, ſi homicidium commiſiſſet, vel adeptus eſſet ordinem, aut beneficium vitio Simoniæ, nullus iudicis arbitrio his caſibus locus eſſet, tunc enim certa erit pœna, quæ non iudicis voluntati mandatur, ſed legis authoritati reſeruatur, & hoc caſu eſt eo modo, quo in accuſationis tramite procedendum, propterea, quamuis per Inquiſitionem conuictus ſit, certam tamen pœnam expectabit, nempe vt ordinis executione, vel beneficij retentione priuetur, quas pœnas Iudex moderari non poterit. *g*

d c.cũ oporteat.& cap. qualiter. de accuſat.

e Feli.c.qualiter & quãdo.2.§.licet, num.23.& ſeq.de accuſ. & nu.22.

f Feli.vbi ſupra.

g c.inquiſitionis. ĩ pri. eo.tit.de accuſ.

Quicumque autem Iudex Inquiſitionis tramite cõtra delinquentem procedit, hoc cautè obſeruet, ut nõ

prius

prius in perſonam quærat, quam ſuſpicatur delictum patraſſe, quàm de crebreſcente fama in eum vulgata compertum habuerit, quæſtione præmiſſa, qua etiam ratione fit, vt criminum occultorum excuſsio per inquiſitionem fieri prohibeatur. *a*

Opponi verò ſolent crimina per exceptionis modũ, veluti contra actorem, vt ab accuſatione repellatur, item contra teſtes, vt teſtimonio ferendo minus apti, idoneique minus habeantur, quibus caſibus non erit neceſſe de crimine excipientem ſe inſcribere, *b* nec punietur excipiens, & ſi crimen obiectum non probauerit, nec is, contra quem eſt in exceptionis duntaxat vim, vt repellatur, obiectum, & ſi conuictus ſit, vllam criminis obiecti pœnam ſentiet. *c*

Per Exceptionem quoque crimina opponuntur, vt quis ab officio, vel beneficio, quod affectat, repellatur, quo caſu ſeu ante confirmationem, ſeu poſt, fiat exceptio, nunquam tamen inſcriptio erit neceſſaria, quamuis poſteriore caſu, cum ſcilicet in probanda exceptione poſt confirmationem oppoſita quis deficit, aliqua pœna arbitrio Iudicis afficiendus ſit. *d*

Et hi quidem proximè dicti quatuor modi tunc ſunt neceſſarij, ſeu eorum aliquis criminibus vindicandis, vbi criminum aperta notitia non eſt, verùm, ſi euidentia patrati ſceleris in promptu ſit, tunc neque accuſatoris ardens clamor, neq; denuntiatoris diligens charitas, nec Iudicentis officium ſagax per inquiſitionem deſideratur, neque exceptione crimen obijci neceſſe eſt, vt his medijs ad criminis vindictam perueniri poſsit, vel delinquens ab affectatis ſummoueri, ſed & ſine libello, ſine exacta cauſæ cognitione, poterit Iudex ad legitimam vltionem reo vocato procedere. *e*

Illud generaliter eſt obſeruandum, vt nemo abſens iudicetur, niſi ex contumacia abſens fuerit, quia diuinæ, ac humanæ leges hoc prohibent. *f* Item nemo de ſuſpitionibus damnari debet, cum ſatius ſit impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari. *g*

a c. cũ oporteat. c. qualiter. pri. et 2. vbi Abb. vl. not. de accuſat.

b c. licet. de Simon.

c c. cum dilectus. de ord. cognit. Bar. l. 2. in prin. ff. de accuſa. & l. 2. §. ſi publico. nu. 20. ff. de adult.

d Spec. in ti. de crimin. in mod. except. §. in primis.

e c. euidẽtia eo. tit. Spec. in tit. de crimin. notor.

f c. accuſatores. in fi. 3. q. 8. & cap. abſens. 3. q. 9.

g l. abſentẽ. §. prim. ff. de pœn.

Nec omittendum eſt, quod criminales cauſæ non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, etiam viſitando, ſed Epiſcopi tantùm examini, & Iuriſdictioni relinquuntur, vt Sancta Synodus Tridentina ſub Pio Quarto nuper conſtituit, etiam ſi in præſentia inter Epiſcopum, & Decanum, ſeu Archidiaconum aut alios inferiores ſuper cauſarum iſtarum cognitione lis aliqua in quacumq; inſtantia penderet. *a*

a c.xx. ſ ſ. 24. de refor mat. uerſ. ad hæc.

De Simonia. Tit. II.

DICENDVM eſt nunc, quænam ſint crimina, quæ vltionem expectant. Et primùm Simonia grauiſſimum crimen eſt, adeò vt cætera crimina, quamuis alioqui grauia, huic tamen comparata læuia æſtimentur, *b* nam, cum ſæpe contingat homines ambitione tractos immenſa, & vaſta quadam honorum, & beneficiorum ſiti omnia tentare, quæ ſibi in mentem modò venire poſsint, vt ſuis deſiderijs ſatisfaciant, & nũc precibus, nunc precio, nunc alijs, vijs aggredi, vt, quæ gratis eſſet concedenda, nec niſi benemeritis ſpiritualium adminiſtratio, quouismodo ad commoda ſua extorquere poſsint, nullam habentes rationem, quòd Simon Magus à Petro apoſtolo acri fuerit obiurgatione repulſus, cum ab eo pecunia gratiam redimere tentaſſet, vnde Simonia nomen accepit. Propterea in huiuſmodi labe purganda nunquàm ſe ſtertere, nunquàm ſe conniuere Pontifices Romani, & Canonicæ leges oſtenderunt, omnia, quantum potuerunt, remouentes, quæ huic nefandiſsimo ſceleri cauſam, vel occaſionem præbere poſſe videbantur, multa etiã introducentes, quibus comprimi, & coerceri ſaltem pœnæ temporalis metu poſſent, qui æternam pœnam flocifacerent.

b c. per tuas & ſim. c. ſi. 1. q. 7. ubi glo. uer. reputantur. & uer. pro nihilo.

Incidit autem in hoc crimen, quicumq; quouis machinarum genere (vt ita dicã) ſibi eos expugnare conatus fuerit, quibus ius eſt ſpiritualia, aut eis annexa, vel accedentia conferendi, quiq; his aggreſsionibus ſupe-

rari ſe, & proſterni permiſerit, vt pretio forte aura po pulari, aut optimatũ gratia, vel obſequijs potius quã meritis, & bonis artibus, aut Eccleſiaſticæ rei benè gerendæ ſtudio ſpiritualia, vel eis annexa, aut eorum adminiſtrationem conferret, vel decerneret, ex quorum numero ſunt &, qui pecuniam exigunt ab his, quos ad Religionem in collegium ſuum ſunt cooptaturi, quique præfecturas quaſcumq; aut regimina Eccleſiarum vendunt, vel emunt, vel Sepulturam, vel Chriſma, aut ſanctum Oleum, quacumq; id facti verborum facie obducant. *a* Idem de Eccleſiarum conſecratione dicendum, pro qua præter procurationem nihil exigi poteſt, *b* Idem de conſecrationibus Epiſcoporum, benedictionibus Abbatum, & quibusuis ordinationibus. *c* Item qui pretio, vel gratia peccatorem pubulicum celarit, vel minimè pœnitentem recõciliarit, aut econuersò verè pœnitentem reconciliare detrectarit, huius criminis reus eſt, *d* quæ non minus in accipiente locum habere intelligenda ſunt. *e* Et, quæ de paucis ſpeciebus retulimus, ad multas alias transferri earum exemplo poſſunt, ad eam enim regulam, quam diximus, ſemper referenda res eſt, nempe, vt ſpiritualia, eorumq; adminiſtratio non niſi benemeritis concedantur, idq; gratis.

a c. non ſatis. c. tua nobis. cap. cum quæ c. intantũ extra eo. de ſimon.
b c. cum ſic Romana.
c c. ſicut pro certo.
d cap. nemo Presbyterorum.
e c. ſicut Simonia.

Nemo tamen adeò ſubtili Religione teneatur, vt munere aliquo citra pactum, & conuentionem induci exiſtimet Simoniam, ſed dantis, accipientisq; perſonæ qualitatem, & muneris quantitatem, ſimul & donationis tempus ad cognoſcendam Simoniam metiri inſpicereq; debemus. *f*

f c. et ſi quaſtiones.

Hoc igitur Simoniæ vitio qui laborant, vt primum eius rei indicia claruerint, ab Altaris miniſterio expelli debent, *g* quam pœnam non minus ferẽt, quam uis non quidem conuicti eſſent, ſed communi tamen omnium voce cum notarentur, & oculis ſignarentur, hocque nomine purgatio eis indicta eſſet, Canonicè eam non præſtiterint.

g d. ca. ſicut Simonia.

Quin & perpetua infamiæ nota Simoniaci tenen-

a c.ſi.1.q.3 tur, a & quamuis acta criminis pœnitentia Dei gratiam recuperent, non tamen alterius beneficijs, infamia nimirum impediti capaces fiunt, niſi cum eis fuerit per Summum Pontificem benignè diſpenſatum. b

b Glo. c. ex diligēti uer. infamia. Sed ſeuerius etiam contra huiuſmodi perſonas Simoniæ vitio irretitas inſurrexit Paulus Venetus Secundus, cuius conſtitutio extat ſanciens, vt pœnis ipſo Iure cenſeantur adſtrictæ,& adijciens, vt omnes illi,qui Simoniacè ordinati fuerint, à ſuorum ſint ordinum executione ſuſpenſi,atq; vt per electiones,confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones,quas Simoniaca labe fieri cõtigerit,nullum omnino Ius cuiquam acquiratur.Sed omnium,quæ perceperit,reſtitutioni ſub animæ periculo ſit adſtrictus, & omnes,qui Simoniam commiſerint, aut in ea patranda mediatores fuerint,Excõicationi obnoxij ſint, nec

c Extrauag. cũ deteſtabile. de Simõ. abſolui ab alio quærant, quàm à Summo Pontifice. c

Quare conſtare poteſt, quàm diris execrationibus hoc vitij Pontifices Romani ſemper ſint perſecuti, hinc etiam ſerui aduerſus dominos,& quilibet criminoſi in huius criminis accuſatione admittũtur, & quiuis peccator Simoniaco excepto Miſſam canere per-

d c.tãta eſt labes. mittitur. d Item neq; infamia,neque aliqua crimina contra teſtes obijci poſſunt, qui de Simonia teſtimonium reddunt, cum de ea per Inquiſitionis viam cognoſcitur, ſed hæ ſolæ exceptiones teſtes repellere poterunt,quibus probatis appareat, eos malignitate po-

e c.licet hely. tius,quam iuſtitiæ zelo adductos teſtificari? e Et hoc de crimine accuſatus prohibetur interim Miſſarum

f c. accuſatus & c.ſeq. ſolennia celebrare,donec de veritate conſtiterit. f

De Hæreticis. Tit. III.

MAXIMA eſt etiam,& pernitioſa admodum hæreſis labes, quæ tametſi interdum parua motu primo videatur, tamen quamprimum veſtigiorum vel leuiter præmendorum poteſtatẽ nacta eſt, paulatim ſerpens in dies maiores ſibi vires comparat, & poſtquã

cò

eò virium peruenerit, vt iam in multos populos vagata regni ſui fines latè protenderit, tum verò ſic hæret tenaciter, & tam firma figit veſtigia, vt ſæpe maximo labore, & induſtria, crebriſq; & ſollicitis vigilijs ei euellendæ opus ſit, ſæpe etiam non minimas calamitates fidelibus inuehat, priuſquam extingui, & à radicibus euelli poſſit, quod res ipſa teſtatur. Propterea, quò eſt hæc peſtis orbi Chriſtiano pernitioſior, eò vigilantius illi obuiam eundum eſt, tam vt veteres hæreſes deleantur, quàm vt nullæ præterea oriri, aut ortæ vſquam coaleſcere poſſint. ea propter multæ ſæpe conſtitutiones diuerſis temporibus factæ ſunt per Romanos Pontifices, & Sacroſancta Concilia generalia, quibus multa prudenter ſtatuta ſunt, vt vel amore, vel metu homines coercerentur, ne huiuſmodi labiium authores, adiutoresve, aut ſectatores exiſterent, quamuis enim ad fidem nemo ſit compellendus, ſed ſuo arbitrio, ſuoq; more ſibi viuere à principio permittatur, quam tamen ſemel quis acceperit fidem, ſi deſeruerit, coercendus eſt, *a* nec permittendus eſt impune abire, qui alios ſecum in errores ſuos trahere tentarit, præterquàm quod Sacroſanctæ Rom. Eccleſię muneribus & priuilegijs indignus iudicandus eſt, qui ab ea diſſentire dignoſcitur.

a c.quid autē.ubi gl.& c.licet. & c. de Iudæis. 45.diſtin.et c.ad fidem. 23.q.5.

Hæreticus igitur is dicitur, qui à fide & doctrina Chriſti, Apoſtolorum vel Eccleſiæ diſcedit, articulos fidei, vel Eccleſiaſtica Sacramenta cum aſſeueratione refellens.

Eorum plures, & diuerſæ ſunt ſectæ, & alij quidem de nomine ſuorum authorum nuncupantur, veluti, Simoniaci, Menandriani, Baſilidiani, Nicolaithæ, Luterani, Vgonothi, & multi id genus alij, quorum hac tēpeſtate (quod maximè dolēdum eſt) ferè infinitus eſt numerus, alij verò ex cauſis nouorum rituum, vel opinionū appellantur, quas vel inſtituerunt, vel tutari conati ſunt, cuiuſmodi ſunt, Aquarij, Alogij, Antropomorfitæ, pluresque alij, quorum nomina tam ſuperioris generis, quàm poſterioris Iſidorus recēſuit, *b* qui

b ca.quidā. aūt 24.q.3.

omnes

omnes quibuſcumque nominibus cenſeantur, vel quibuſcumque ritibus, & opinionibus inter ſe differant, & ſi facies habeant diuerſas, caudas tamen connexas habent, cum vanitate in vnum conueniant, *a* & com muni nomine aduerſus Eccleſiam Dei conſpirent. *b*

a c. excommunicamus. 1. & 2. extra eo.

b c. quidam autem in fi. ea. q. 3. cauſ. 24.

Contra Chriſtianos quoque, qui ad ritum tranſierint, vel redierint Iudæórum, etiam ſi huiusmodi redeuntes, dum erant infantes, aut mortis metu non tamen abſolutè aut præciſè coacti Baptizati fuerint, erit tamquam contra hæreticos, ſi fuerint de hoc con feſſi, aut per Chriſtianos ſeu Iudęos conuicti, & tamquam contra fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum, ſic contra fautores receptatores, & defenſores talium procedendum. *c*

c ea. contra chriſtianos. de hæreti. in 6.

Hoc autem nefarium hominum genus varijs pœnis affici ſolet, nam primum Excommunicantur, non ſolum, cum de hęreſi apertè conuicti ſunt, ſed & ſi, cum ſolummodo ſuſpecti eſſent, eoque nomine purgatio eis indicta eſſet, eam contumaciter recuſarint, quo caſu, ſi Excommunicationem annum pertulerint, nec tamen ſe purgarint de obiecta eis ſuſpitione, veris hæreticis per omnia adnumerabuntur. *d*

d c. ad abolendã. §. qui verò et c. ex communicamus. pri. §. qui autem. extra eo.

Contra Prædicatorem etiam, qui hæreſes prædicarit, cauet Synodus Tridentina, vt Epiſcopus ſecundũ Iuris diſpoſitionem, aut loci conſuetudinem procedat, etiam ſi Prædicator ipſe generali, vel ſpeciali priuilegio exemptum ſe eſſe prætenderet, quo caſu Epiſcopus authoritate Apoſtolica, & tãquàm Sedis Apoſtolicæ delegatus procedere poſſit. *e*

e c. 2. §. ſi uero. ſeſſ. 5.

Ac nemo hæreticos in oppido ſuo, aut in domo ſua ſuſcipere, aut fouere vllo pacto debet, aut negociationem aliquam cum eis exercere, eiſque in hoc peccato defunctis, nec inter Chriſtianos Sepulchrum conceditur, nec oblationes pro eis factas Eccleſia agnoſcit, *f* Et quicumque hæreticos, eorumue ſectatores, receptatores, defenſores, vel fautores ſcienter Eccleſiaſticæ Sepulturæ conceſſerit, excommunicatione tamdiu deuinctus tenebitur, quoad idonee ſatisfecerit

f c. ſicut autem.

cerit

cerit, nec abſolutionis munus præterea prius conſequetur, quàm cadauera eorum ſuis manibus publicè effoderit,& abiecerit,ille verò locus, qui eis ſepulchrũ dederat,nullius ſepulchro Orthodoxi aptus deinceps cenſebitur. *a* *a c.2.i pri. in 6.*

Bona quoque omnia hæreticorum publicantur, quãuis eis filij Orthodoxi ſint,quę bona,ſi eorum domini hæretici, quibus ablata ſunt, in Clericatu ſint, vel temporali Eccleſiæ ditioni ſubiecti, Eccleſiæ Fiſco addicentur,vel, ſi ab aliqua Eccleſia ſtipendium habeant,ipſi Eccleſiæ,quæ ſtipendium eis ſuppeditabat, applicabuntur,ſin Laici illi ſint, Laicorumque principum ditioni pareant, Laicorum item Fiſco bona eorum vendicabuntur, qui Principes Laici ad id exequẽdum etiam per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compellendi ſunt, ſi fuerint negligentes, nec bona hac ratione amiſſa vllo modo recuperare poſſunt,niſi eis ad correuertentibus, & abnegantibus hæreticorum conſortium miſereri aliquis voluerit, *b* *b c.vergẽtis c. excõmunicamus. 1.§. extra.eo.*

Sed quamuis eo ipſo, quo aliquis hac labe fedatus eſt,confeſtim eius bona ipſo Iure Fiſci efficiantur, nõ tamen confiſcationis ipſius executio,vel bonorum ipſorum occupatio fieri debet per principes, aut alios dominos temporales, antequàm per Epiſcopum loci, vel aliam Eccleſiaſticam perſonam,quæ ſuper hoc habeat poteſtatem, ſententia ſuper eo crimine fuerit promulgata. *c* Quæ condemnationis ſententia etiam poſt mortem hæretici nihilominus ferri poterit, atque ita bona ipſius iamdudum ipſo iure fiſco addicta occupari, *d* quin & dos mulieris,quę ſciens cum hæretico nuptias contraxerit,publicatur, quamuis ipſa Catholica ſit,non tamen, ſi hæreticum eſſe eũ ignoraſſet. *e* Item hæretici, & qui eorum peruerſas opiniones ſequuntur,& eorum receptatores, defenſores, & fautores,horumque omnium filij ad ſecundam ſtirpem paternam editi, vel ad primam ſtirpem maternam ad nullũ Eccleſiaſticum beneficiũ, vel publicum officium admittitur, *f* niſi tamen huiuſmodi hęretici *c c. cum ſecundũ in 6. d c. accuſatus.§. in eo. vero in 6. e c.decreuit. in 6. f c.hęretici. 2.in 6.& c. ſtatutum.2. eo.tit.*

Chriſtiano-

Chriſtianorum fidelium cetui iam eſſent emendatione præcedente reſtituti. *a* Item, qui huiuſmodi hominum commendatione,& opera beneficia Eccleſiaſtica ſcientes adepti fuerint,non ſolum beneficijs eo modo quæſitis priuantur,ſed omni quærendorum quoq; ſpe carere iubētur, ſin verò imprudentes eorum ſuffragijs vota ſua expleuerint, quærendis quidem Sacerdotijs poterunt animum adijcere,ſed eo modo quæſita retinere non permittētur, *b* nec poteſt hæreticis aliquid ab Epiſcopis,presbyteris,alijsue clericis conferri, niſi velint largitores anathemati obnoxij eſſe,quāuis ſanguine etiam eis eſſent coniuncti, *c* omneſq; hæreticis quauis occaſione obligati ipſo iure ea obligatione ſoluti cenſentur, *d* quinetiam poteſtatem amittunt hæretici,quam in proprios liberos habent, quare fruſtra eos emancipabunt. *e*

a d.c.ſtatutum.2.
b c.2.§. ad hæc.in 6.
c c.ſi quis epiſcopus.& c.ſeq.extra. eo.
d c.fi.exra. eo.
e ca.2.in fi. in 6.

Atq; vt hæretici,cum iuſdicētium manus effugiūt, ne debita ſuæ impietati ſupplicia experiantur, tædio tamen vitæ affecti(quippe quæ infraſcriptis cauſis ærumnoſa illis ducenda ſit) ita reſipiſcant fortaſſe, & mentem recipiant,cum viuētibus ſibi omnia viderint viuentium commertia interdicta, ſtatuit Innoc. I I I. vt aduocati,& ſcriniarij omnes infamia notati decernantur, & ab officio ſuſpenſi, quicumque hæreticis, eorumque ſectatoribus, fautoribus, vel defenſoribus aliquod præſtiterint auxilium vel ſuffragium, & eis in cauſis,litibusq; patrocinati fuerint, & pro ipſis publica inſtrumenta,aut ſyngraphas conſcripſerint. *f*

f c.ſi aduerſus.extra.

Ac,ne vllis meandris,vel tergiuerſationibus poſſint hæretici condemnationem quandoque ſuo arbitratu differre, atque ita iuſtitiam eludentes è manibus iuſtitię elabi,prouiſum eſt etiam,vt perſonarum alioqui inteſtabilium contra eos teſtimonium recipiatur, nā & excommunicati, & participes vel ſocij criminis ad teſtificandum admittūtur, præſertim in probationum aliarum defectum, ſi omnibus cautionibus recte perpenſis eorum dicta veriſimilia videantur. *g* Sed & qui in eodē crimine hæreſis teſtes interrogati periuri

g c.in fidei. in 6.

extiterunt,

extiterunt, volentes poſtmodum corrigere dictum ſuum contra ſe ac ſocios ſuos deponendo audiũtur. *a*

Eadem ratione fit, vt oppidorum Iuriſdictionem tenentes, ſeu prouinciarum, aut loci cuiuſlibet, quamuis Excommunicati ſint, vel nullo Iure permittente eam ſibi Iuriſdictionem arrogarint, poſſint nihilominus, & teneantur contra hæreticos, aut alios eorum fautores, vbi id fuerit neceſſe, officium ſuum exercere, *b* Eo fit quoque, vt ſententia contra eos lata nullo appellationis, vel prouocationis auxilio reſcindi poſſit. *c*

Poſtremò, ſi huiuſmodi nefarij & impij homines in poteſtatem Iudicis peruenerint, damnati præſentibus poteſtatibus ſecularibus dimittendi ſunt animaduerſione debita puniendi detractis tamen prius ſacris ordinibus, ſi Clerici fuerint, *d* quæ depoſitio vel ab vno Epiſcopo, ſi aliorum copia haberi nequeat fieri poterit, conuocatis tamen ad hoc maioris Eccleſiæ Canonicis, & Abbatibus, alijſque Prælatis, & religioſis ſuæ Diœceſis ſcientiſſimis, quorum præſentia ei negocio opportuna videatur. *e*

Ad ſanam tamen mentem reuerſis, & publicè errores priſcos deteſtatis Iura indulgere ſolent, ne Laicorum manibus eos permittant, *f* niſi relapſi ſint, & tã quam relapſi quidem iudicantur etiam hi qui in vnã hæreſis ſpeciem, vel ſectã cõmiſerunt, aut in vno fidei articulo, ſeu Eccleſiæ Sacramẽto errarũt, & poſtmodũ hæreſim ſimpliciter, vel generaliter abiurarunt, ſi extunc in aliam etiam hæreſis ſpeciem, ſiue ſectam, aut alium articulum, ſiue Sacramentum committant. *g*

Item illi, de quorum lapſu in hæreſim ante abiurationem conſtiterat, vel nunc conſtat, ſi poſt illam hæreticos acceptent, deducant, viſitent, ſiue aſſocient, aut dona vel munera eis donent, vel mittant, ſeu fauorem eis impendant, cum excuſari non poſſunt, puta, neque ignorantia, neque neceſſitate, meritò debent iudicari relapſi, cum illos ex approbati à ſe erroris conſequentia non ſit dubium id feciſſe. *h*

Item accuſati de hæreſi, vel ſuſpecti, contra quos de

a c. accuſatus. §. licet. in 6.

b c. præſidẽtes in 6.

c c. ut Inquiſitionis. i 6.

d c. excõmunicamus. 1. §. 1. extra.

e c. 1. in 6.

f c. excõmunicamus. 2. §. fi. ubi gl. et Abb. et c. ſup. eo. ĩ 6.

g c. accuſatus. §. eũ uero. in 6.

h d. c. accuſatus. §. ille quoque.

de hoc crimine magna,& vehemẽs ſuſpitio orta erat, ſi hæreſim in iudicio abiurauerunt, & poſtea commiſerunt in ipſam, cenſeri debent quadam Iurisfictione relapſi,licet ante eorum abiurationem hæreſis crimẽ plenè probatum non fuerit contra ipſos. Si autem leuis,& modica ſuſpitio illa fuerit, quamquam ex hoc ſint grauiter puniendi,non tamen debent relapſorum in hæreſim pœna puniri. *a* Qui igitur poſt abiurationem erroris,vel poſtquam ſe proprij Antiſtitis examinatione purgauerint,deprehenſi fuerint,in abiuratam hæreſim,etiam quibus ſupra dictum eſt,modis, recidiſſe,ſeculari decernuntur iudicio,ſine vlla penitus audientia relinquendi.

a d.c.accuſatus.in pr.

Sed quia tamen Eccleſia nulli claudit gremium redeunti,ſi poſtmodum eos pœnituerit, & pœnitentiæ ſigna in eis apparuerint manifeſta, non debebunt eis Sacramenta Pœnitentiæ, & Sacræ Euchariſtiæ humiliter petita denegari. *b*

b c.ſup ea. in 6.

Sed eos tamẽ,quibus Iura indulgent, ne Laicorum manibus eos relinquant, præcipiunt in carcerem perpetuum ablegari,vel muro includi pœnitentiam erroris acturos. *c* quæ pœna poteſt hodie Iuſdicentis arbitrio in aliam mitiorem,ſi ei viſum fuerit, cõmutari. *d*

c c. excommunicamus. 2 §.fin. ubi glo.& Abb. extra.eo.

d c.ut cõmiſſi.in 6.Abb. d.c. excõmunicamus. 2.

Non omittendum eſt,quod,ne hæreſis occaſio detur, Excommunicationis laqueo innodantur Laici, quicumque publicè vel priuatim de fide Catholica diſputare auſi fuerint. *e*

e c.2.§.inhibemus in 6.

In cauſa hereſis proceditur ſimpliciter,& de plano, ſine ſtrepitu,& figura iudicij. *f*

f c. fi. in 6.

De Sciſmaticis. Tit. IIII.

SCISMATICI quoque,ideſt, qui ab vnitate Eccleſiæ ſe diuidunt, ſuos ſibi ſeorſum conſtituentes Sacerdotes, *g* hæreticis annumerãtur,& ab eis factæ ordinationes irritæ habentur, & qui dignitates Eccleſiaſticas, vel beneficia per ipſos ſunt conſequuti, eis priuantur.Itẽ alienationes rerum Eccleſiaſticarũ per ipſos

g Abb. in rub.extra.e.

ſos factæ nullius ſunt momenti, & qui ſpōte in ſciſma quodpiam iurarint, à ſacris ordinibus, & dignitatibus ſuſpenduntur, *a* & demum, ſi indomiti ſint, degradari etiam poſſunt, & curiæ ſeculari tradi. *b*

a c. 1. & 2. extra. eo.

b Bernar. Diaz. tit. de ſciſmat.

De Apoſtatis. Tit. V.

APOSTATIS non minus ſuæ pœnæ ſunt. Horum autem tres cum ſint ſpecies, nam alij à Chriſtianæ Religionis doctrina deflectunt, alij erga ſuos Prælatos ſe nimium contumaces præſtant, alij regulam ſuam poſthabent, quem ſuſceperunt habitum, & Regulæ præcepta, in quę Iurarunt, deſerentes, prima eorum ſpecies illis pœnis tenetur, quas ſuprà aduerſus hæreticos ſtatutas demonſtrauimus, in qua ſpetie & illos ponendos exiſtimarem, qui Summo Pontifici non parent, nec eius Canonibus tamquam à poteſtatem nō habente conditis. Qui verò ex altera ſpetie apoſtatæ ſunt, & nimiæ erga Prælatos ſuos contumaciæ nomine accuſantur, ſi adeò ceruices erexerint, vt etiam ipſi Romano Pontifici non magis obedientes ſe reddant, ſed contemptui eum ſe habere oſtendant, deponendi ſunt, atque etiam, ſi correctioni aures non patefecerint, excommunicandi, & Laicorum manibus derelinquendi, mitius tamen punientur, ſi hęc ex laſciuia quadam potius, quàm elato animi faſtu aduerſus Pontificem commiſerint.

Tertiæ autem ſpeciei apoſtatæ, id eſt, qui Ordinis, & Religionis ſuſceptę deſertores exiſtunt, quamdiu in eo propoſito perſiſtunt, efficiuntur infames, & ab accuſatione, & teſtimonio repelluntur, nec poſſunt ad dignitates euehi, & præterquàm quod pluribus actibus interdicti ſunt, præterea, ſi correctionem nullam admoniti admiſerint, deponi etiam poſſunt, & demum fœdi carceris ſqualorem etiam experiri coguntur, donec ad ſaniores mores, à quibus tam obſtinatis animis declinarant, ſuos pertæſi errores reuertantur. *c*

c Abb. in c. 1. eo. tit. & Bern. Diaz. in prax. c. ..

De

De his qui crimen Hæreſis quærere & vindicare poſſunt. Tit. VI.

PARVM fuerit pœnas contra hæreticos ſtatutas eſſe, niſi etiam Iudices conſtituti eſſent, qui & quæſtione diligenter exercitata ſontes inuenirent, & inuẽtos dignis pœnis ſubijcerent. Ad ordinarios igitur hæ partes ſpectant, verùm quia prouincia ipſa per ſe ardua eſt, magniq; negocij, & ſæpe contingit, Epiſcopũ alijs curis, quæ plurimæ illi officio incumbunt, diſtractum non poſſe, qua eſſet opus, diligentia, in hoc negocium incumbere, & tamen tanti eſt momenti res, vt nihil tepidi, nihil remiſſi in ea agi oporteat, ea propter prouiderunt Iuris Pontificij conditores, vt Iudices aliqui conſtituerẽtur, qúibus id negocij præcipuè daretur, nempe vt hæreticos ſagaciter exquirendo inuenirent, inuentos diligenter excuterent, excuſſosq; legitimis pœnis afficerent, omnemq; ſuam curam, & ſtudium in hanc rem conferrent, quos Iudices, vel quæſitores, vel (vt vulgò) Inquiſitores appellare ſolemus, eos verò annorum quadraginta ætatem attigiſſe oportet, *a* quod officiũ, & ſi in mandato fundetur vel Sedis Apoſtolicæ, vel aliorum, quibus tales Iudices dandi Ius competit, mandatoris tamen morte non extinguitur, etiam quò ad negotia nec dum viuente mãdatore incepta, quæque etiam nondum emerſerant, quod quidem in fauorem fidei ſtatutum fuit. *b* Sanè, cum negocium fidei (quod magnis priuilegijs fruitur) alijs occupationibus impediri non debeat, peſtis hæreticæ Inquiſitores à Sede Apoſtolica deputati de diuinationibus, aut ſortilegijs ſe intromittere non poſſunt ſed eos relinquere ſuis Iudicibus puniendos, niſi hæreſim ſaperent manifeſtam, puta, dum circa aras Idolorum nefarias preces emittunt, ſacrificia offerũt, Dœmones conſulunt, eorum reſponſa accipiunt, vel Sanctiſſimo Corpore aut Sanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti abutuntur in ſortibus accipiendis, vel hæreticos ſibi ad ſortes faciendas aſſociant, vel pueros iterum

a Cle. pe. de hæretic.

b c. ne aliqui. de hæret. in 6.

rum baptizant ad ſortes habendas.

Horum autem Inquiſitorum non parua in negocijs fidei eſt poteſtas, quippe hi & citationes mandare poſſunt, & denunciationes ſententiarum, quas in id genus homines hæreticos promulgarint, Cleri quoq; ad ſe euocandi, & populi, & peritiſſimi cuiusque, quorum ſententias in cauſa explorare velint, Ius & poteſtas eis permiſſa eſt, poſſuntq; ſuæ ditionis fines egreſſos hæreticos perſequi, Item libros, quibus quæſtiones contra hæreticos actitatæ continentur, ad ſe afferri iubere.

Item hæreticos penes ſe remorari, & capi eos imperare, & in cuſtodiam conijcere compedibus quoque, & manicis ferreis deuinciendos, in eorum poteſtate eſt.

Et demum contra eos, in quos viderint expedire, quæſtiones exercere poſſunt, verum carcerem pœnæ magis, quàm cuſtodiæ cauſa aſſignandi poteſtas Epiſcopo inconſulto eis non permittitur, nec carcerẽ hæreticis ad ſanã mẽtem reuerſis in pœnã priſci erroris Iure aſſignatum in aliam pœnam transferre, vel tormentis eos ſubijcere, aut contra eos ſententiam ferre, ſicut neque econuersò Epiſcopis hæc agere permiſſum eſt, Inquiſitoris ſententia non explorata. *a*

a c. ut commiſsi. i 6. & cle. 1. §. 1.

Quod ſi eorum alter, ſiue Epiſcopus, ſiue Inquiſitor nolit, aut non valeat ipſe coram adeſſe, vt cum altero de præſcriptis conferat, hoc tamen ab eo exigitur, vt ſaltem collegæ partibus ſuis fungenti vices ſuas mandet, vel conſenſum ſuum, & conſilium per literas ſignificet. *b*

b d. clem. 1. §. 1.

Liberum tamen eſt eis videlicet, Epiſcopo, & Inquiſitoribus, vel ſimul coniunctim aduerſus hæreticos quærere, vel diuiſim, dummodò ſi ſeiunctim procedere maluerint, acta coram ſe geſta alter alteri inuicem communicet, eo ſcilicet tempore, quo aliud nihil iam ſupereſt agendum, niſi vt ſententia feratur. *c* quo facilior ſit veritati aperiendę aditus, & vna vterq; ſimul negocium ſententia finiet, in qua ferenda, ſi forte

c Extrauag. 1. eo. ti. et c. per hos. in 6

inter eos non conuenerit,negocij ſeries aptè, & compoſitè ab vtroque expoſita ad Sedem Apoſtolicam mittenda eſt.

Verum Inquiſitores,& ſi à Summo Pontifice dati eſſent, contra Epiſcopum tamen inquirendi Ius nullum habent, niſi hæc facultas eis ſpecialiter conceſſa ſit, ſed, ſi quempiam Pontificij gradus in crimine inquiſitione digno iacere compertum habeant, vel de hoc famam vehementem aduerſus eum eſſe intelligāt id tenentur Sedi Apoſtolicæ denuntiare. *a* quod etiam obſeruandum eſt in Apoſtolicis officialibus, vel nuntijs, nam & eorum huius generis errores Summo Pontifici per quęſitores denuntiandi ſunt,ipſis enim Inquiſitoribus nullum aduerſus Epiſcopos,& eius modi officiales,vel nuntios inquirendi Ius legibus Pōtificijs conceſſum eſt. *b*

a c.inquiſitores.in 6.

b Extraua. fin.

Multa præterea per diuerſos Summos Pontifices ſtatuta ſunt, quæ ex quæſitorum officio eſſe decreuerunt, tam circa teſtes ſuper crimine hæreſis examinā dos,quàm circa librarios,& alias perſonas, quæ eorū officio impedimentum, vel opem importare poſſent, quàm etiam circa cuſtodiam hæreticorum, & deniq; circa plura,quæ ad eorum officium ſpectare decernūt *c* Sed quia inſtituti noſtri propoſitum egrederentur, ea idcirco prudenter miſſa facimus.

c c.ut offic. & c.inquiſitionis.eo.ti. in 6. et cle. 1.§. 2. vſq; ad fi. cag.1. & cle.2.

De Vſuris. Tit. VI.

VSVRAE quoque crimen non minimum exiſtimatur,cum & teſtamenti vtriusque lege diris execrationibus ſancitæ ſint, & à Iure quoque humano tā Cæſareo, quàm Pontificio repellantur, *d* ſiue id ſit, quia naturam ſuperare, & quodammodo violare velle videntur,qui id agunt,vt pecunia res ſuapte natura nulli propagationi apta,nullo tamen domini labore, nullaque eius induſtria, quaſi fructus ex ſe gignat,ſeu quia pietati contrarium ſit, & à Chriſtiana charitate alienum,nolle opibus ſibi ſuperantibus proximo egēti gratis ſuppetias ferre,ſeu etiam,quia, ſi huiusmodi

d c.quod dicam. ubi gl. uer. reddi. 14.q.4.

mercimonia

mercimonia exercere fas eſſet, cætera omnia ac agricultura, & q̃ generi humano vtiliora ſunt, facile poſthaberentur, quod huius lucrum certius tutiuſq; ſit. *a* *a Abb. in rubr. extra. de uſur.*

Eſt autem vſura crimen ex lucro proueniens, quo ſors mutuo data acceſſionem accipit, vel ex pacto, vel intentione mutuantis. Et, cum dixerimus vſuram ex mutuo oriri, conſequens eſt ẽt, vt in his duntaxat rebus cõmitti poſſit, in quibus & mutuum conſiſtit, nẽpe his, quæ pondere, numero, menſuraue conſtant. *b* *b Abb. ubi ſupra.*

Qui pro mutuata pecunia fundũ pignori accepit, eius fructus, ſi quos percepit, in ſortem acceptos ferri debet, non ſibi lucro adſcribere, niſi fœneratoris nomen, & notam ſubire velit. *c* *c c. 1. & ca. conqueſtus.*

Sed nec ille hoc peccato erit ſolutus, qui maiore pretio rem ſuam ideo vendiderit, quòd pretio perſoluendo temporis aliquod interſtitium emptori conceſſerit, *d* nam & hic mutuum videtur latere, quamuis extrà non appareat, Emptori ſi quidem venditor pecuniam videtur ad rem à ſe comparandam mutuaſſe, quam ſtatuto tempore auctam ſibi poſtea cum fœnore reddat, quod ſanè ita eſt intelligendum, ſi certũ erat, venditarum mercium pretium poſt venditionem factam auctum non iri, quod ſi id fuiſſet incertum, eaſq; merces contractus celebrati tempore vltrò non fuiſſet venditurus, aliud dicendum eſſet. *e* *d c. in ciuitate.* *e c. ſi.*

Qui vero decem ſolidos dat, vt alio tempore certæ ſibi vini, grani, vel olei menſuræ reddantur, quæ, licet tunc plus valeant, vtrum plus vel minus ſolutionis tẽpore fuerint valituræ, veriſimiliter tamen dubitabatur, non eſt ob hoc fœnerator exiſtimandus, at, qui ex eo, quod pœcuniarum à ſe mutuo datarum periculũ, ſuſcepit, aliquid vltra ſortem percipit, fœneratoris labe non caret. *f* *f d. c. ſi.*

Ac tanto odio ſemper eſt habitum vſurarum crimen, vt Alexander Tertius olim reſcripſerit, nec redimẽdorũ quidẽ à Barbaris captiuorũ gratia fœnori dare, aut accipere licere, ab eo, qui vltrò non fuiſſet, niſi pſuaſus, & uerbis inductus ſub fœnore mutuaturus. *g* *g c. ſup eo. ubi Abb.*

Quare cum tam enorme hoc vitium videatur, meritò etiam graui pœna fuit vindicandum, quo circa ab eodem Alexandro in Concilio Lateranenſi ſtatutum fuit, vt manifeſti vſurarij nec ad communionem admittantur Altaris, nec (vbi in hoc peccato eos mori contingat) Sepulturæ Eccleſiaſticæ concedantur, nec eorum oblationes ab Eccleſia accipiantur, & qui contra ſupra dicta eos admiſerint, digne puniantur, nempe, vt qui aliqua acceperit, ea reddere compellatur, & qui Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ, donec ad arbitrium ſui Epiſcopi ſatisfaciat, ab officij ſui maneat executione ſuſpenſus. *a* Et rurſus idem Alexander conſtituit, vt Laici fœnus exercentes vſque ad dignam ſatisfactionem vinculo Excommunicationis adſtringantur, & Clerici ab officio & beneficio ſuſpédantur, *b* arbitrioq; Iudicis relinquetur, à qua ſupradictarum pœnarum incipere malit. *c*

a c. quia in omnibus.
b c. p̃terea.
c Abb. d. ca. præterea.

Atq; vt Lateranenſis Concilij Canon ſanctius cuſtodiatur, addidit Gregorius Decimus, vt quamquam manifeſti vſurarij de vſuris, quas acceperũt, ſatisfieri expreſſa quãtitate, vel generaliter in vltima volũtate mandauerint, nihilo tamen minus Eccleſiaſtica Sepultura eis denegetur, donec de vſuris ipſis fuerit, vt eorum facultates patientur, plenè, & integrè ſatisfactum vel iiſdem ipſis, qui vſuras ſoluerint, ſi preſtò ſint, vel alij, qui eas poſſit acquirere, vel his deficientibus loci ordinario eiusue ſuffecto, vel Rectori Parochæ, ſub qua teſtator ipſe vſurarius habitat, coram aliquibus eius Parochiæ hominibus integris, aut ſeruo publico ordinarij ipſius mandato, quibus quidem perſonis liceat cautionem huiuſmodi creditorum nomine huius ipſius conſtitutionis authoritate accipere, ita quod ipſis principalibus creditoribus perinde actio acquiratur, ac ſi iiſdem ipſis præſentibus cautũ fuiſſet. Et ſi quidem receptarum vſurarum quantitas fuerit manifeſta, illa ſemper in huiuſmodi cautione exprimenda eſt, ſin minus quantitas manifeſta fuerit ea quantitas exprimetur, quam is, qui cautionem ac-

ceperit,

ceperit, Iudicio ſuo arbitratus fuerit, qui; ſi minorem veritate quantitatem ſciens fuerit arbitratus, ad reliqua creditori ſarcienda tenebitur. Sanxit præterea, ne quis manifeſtorum fœneratorum teſtamentis interſit nec quis eos ad confeſſionem admittat, vel abſoluat, niſi de vſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo pro viribus facultatũ præſtiterit idoneam cautionem, & teſtamenta contra hæc condita, ipſo Iure irrita eſſe decreuit. *a*

a c. quãquã. in 6.

Si verò nuſquam appareant illi, à quibus vſuræ acceptæ ſint, cum tamen certum ſit, ab aliquibus fuiſſe acceptas, poterunt malè ablata pauperibus diuidi, *b* verùm, vt ijsdem ipſis potius, qui detrimentum paſſi ſunt, reddatur, quàm incertis diſtribuatur, quod certarum ſit perſonarum, optimũ erit, publicis edictis pronũciare in locis, à quorum incolis ſolutæ ſunt, vt quisquis fœnoris nomine à ſe aliquid ſciat ablatum, id veniat recepturus. *c*

b c. cum tu. c. Michael.

c Glo. d. ca. quãquam. in uer. ſatisfieri.

Fœneratoris quoque hæres poterit ijsdem modis, quibus ipſe fœnerator poſſet, ſi viueret, ad reſtituẽdas vſuras compelli, *d* quinimo, ſi quis fœnerator à Sede Apoſtolica literas impetrarit, de vſuris, quas ipſe alij ſoluit, reſtituendis ſibi, vel fructibus ſibi in ſortem cõputandis, nulli commodo ei erunt literæ impetratæ, niſi prius reſtituerit vſuras, quas ab alijs noſcitur abſtuliſſe ipſe, *e* vel author eius. *f*

d c. tua nos.

e c. quia fruſtra.

f c. Michael.

Si aliqui exiſtant, qui procul dubio ſint vſurarij manifeſti, quamuis nec ſint condemnati, nec contra eos propter potentiorum metum, qui eos tuentur, vllus accuſator appareat, ij tamen, ſi alijs argumentis conſtiterit, eos fœneratores eſſe manifeſtos, poterunt Lateranenſi Concilij pœna puniri. *g*

g c. cum in tua Diæceſi.

Iudæi quoq; ad reſtitutionem vſurarũ, quas à Chriſtianis retulerint, compelli poſſunt interdicta eis Chriſtianorum communitate, & ſocietate. *h*

h c. pe.

Vtq; omnis occaſio remoueatur, qua contra ſupradicta fœnus exerceri poſsit, ſtatuit idem Gregorius Decimus, ne quis dominus, vel vniuerſitas patiatur,

quempiam alienigenam in terris ſuis domos fœnori exercendo conducere, neve aliquis domos eis locet, pœna tam contra Laicos, quàm contra Clericos, qui hæc fuerint præcepta tranſgreſſi, ſtatuta. *a* Et Clemens Quintus Chriſtianorum conſortio interdictos eſſe iuſſit, quicumque ſuper vſuris ſoluendis ſtatuta ordinarint, fecerint, ſcripſerint, vel dictarint, vel qui ſecundùm ea ſtatuta iudicarint, oneratq; fœneratores in cauſis de fœnore vertentibus rationum ſuarum libros aduerſarijs proferre, & exhibere: Item eos hæreticos eſſe decernit, qui aſſeuerare non dubitarint, minimè peccatum eſſe fœnerari. *b*

a ca. pri. eo. tit. in 6.

b Cle. 1. §. cæterũ & §. ſanè.

In cauſis ſuper vſuris, vel eas quoquomodo tangentibus procedi poteſt ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. *c*

c Cle. diſpẽdioſam. de Iudic.

De crimine Falſi. Tit. VIII.

Crimen quoque falſi magnum æſtimatur, magniſque pœnis vindicatur, nec id immeritò quandoquidem non vnus hoc crimine læditur, nam Deus in primis, tum Iudex, & is denique, aduerſus quem falſum adſtruitur, ſimul offenduntur. *d* Plurifariam verò falſitas committi poteſt, videlicet in literis Pontificijs, in illis, quæ à Cancellaria Apoſtolica, quæque à ſummo Pœnitentiario Papæ proficiſcuntur, vel in literis aliorum Prælatorum, & Iudicum inferiorum, vel quibuſcumq; alijs literis, Inſtrumentisve, in teſtimonijs ferendis. Et quibuſnam modis falſitas deprehendi poſſit in literis, quæ Romani Pontificis nomẽ præſcriptum habent, diſertè expoſuit Innocentius Tertius Archiepiſcopo, & Canonicis Mediolanenſibus. *e* Quatuor autem in primis ſunt, quibus diligenter inſpectis, non poterit falſitas vlla, ſi qua ſuberit, diutius latere, nam in aliquo infraſcriptorũ quatuor falſitas ferè patrari ſolet, videlicet aut in dipplomate, quo pro

d ca. pri. de crim. fal.

e c. licet. ex tra. eo.

ſigillo

ſigillo vtuntur, Petri, & Pauli, Apoſtolorum immagines in cæra impreſſas habente, quam bullam vulgò appellant, quæ funiculo appenſa manet, aut in ipſo funiculo committitur, qui per cartham plicatam traiectus bullam carthæ annectit, aut in cartha ipſa, aut deniq; in literarum ſtylo deprehenditur, *a* Ex qua regula ſic generaliter tradita diligentiſſimus quiſq; codicillos omnes Pontificios, quanti ſint faciendi, facile diiudicare poterit, & vt de ſtylo dicam ne ſingulis caſibus explicandis moram traham, hos infraſcriptos retuliſſe breuiter ſufficiat, nam literæ à Summo Pontifice ad Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos ſcriptæ, quibus eos filios appellat, falſi crimine non carēt, quòd à ſtylo curiæ Romanæ abhorreant, ſicut etiam è conuerſo, quæ ab eodem Pontifice ad Reges, Principes, alioſue cuiuſcumq; ordinis, vel gradus miſſæ literæ alio, quàm filiorum nomine eos compellant, eodem vitio laborant, *b.* quemadmodum etiam vni ſcriptæ literæ eum plurium numero appellantes. Deprehendet quoq; falſicatem perſpicaciſſimus quiſq;, ſi animaduertet nōnunquam adulterinum ſigillum codicillis appendi, vel funiculum veris literis detractum adulterinis apponi, vel cartham, in qua veræ literæ ſcriptę fuerant, pœnitus abraſam alia tenuiſſima cartha alterius ſententiæ literis conſcripta tenaciſſimè congluti nari. Alij præterea ſunt modi, quos ex prædicta Innocentiana Epiſtola colligere poteſtis, *c* & demum nemini fas eſt, codicillos Apoſtolicos vel in tantulo puncto violare, niſi ei, cui id officij ſit demandatum, quod ſi quis in literis Summi Pontificis falſitatem committere auſus fuerit, Excommunicationi addictus erit, à qua præter Romanum Pontificem nemo eum poterit ſiibleuare, *d.* Et alijs præterea pœnis afficiuntur, qui in literis Summi Pontificis falſum aliquid commiſerint, nam ſi Laici ſint, qui falſitatis authores, perfectoresq; fuerunt, quamuis etiam alieno miniſterio ad id flagitij patrādum vſi fuerint, alteri forte id fieri mandantes, pœnis Iure Cæſareo impoſitis puniūtur,

a c. quā grauis. in fi. extra. eo. et c. olim. in fi. de priuileg.

b d. c. quam graui.

c d. c. licet.

d c. ad falſariorū. ubi gl.

nempe vt deportentur eorumque bona publicentur,& ſerui vltimo ſupplicio afficiantur, *a* eademque pœna etiam fautores,adiutoresque & defenſores plectuntur: Clerici verò, qui falſarij fuerint depræhenſi, omnibus officijs,& beneficijs perpetuo priuati,&(vbi per ſe falſitatis vitium exercuerint) ab ordinibus ſuis per Iudicem Eccleſiaſticum depoſiti,Laicorum curiæ relinquuntur ſecundũ cõſtitutiones legitimas puniẽdi. *b*

a l. 1. §. fi. ff. de fal.

b c. ad falſariorum.

At,qui non ipſi falſum perfecerint,aut fieri mandarint, falſis tamen ab alijs fabricatis literis ſcientes vſi fuerint, officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis ſpoliandi ſunt,Laici excommunicatione innodandi, à qua tunc demum ſoluendi erunt,cum ſatisfecerint competenter,in quibus tamen inter malitiam, & negligentiam diſcrimen erit habendum, hæc enim mitius eſt punienda. *c*

c d. c. ad falſariorũ i fi.

Qui vero alterius Principis vt ſecularis ſigillum falſauerit, is ſi Clericus fuerit,ab ordinibus depoſitus charactere compungendus erit,ac in exilium mittendus. *d* Sed ſi Prælati alicuius literis, vel Iudicis inferioris falſitatem Clericus adhibuerit, ab ordine deponetur, & omnibus beneficijs exutus in Monaſterium ad agendam pœnitentiam detrudetur, *e* ſi accuſationis tramite conuictus fuerit, ſed ſi per modum inquiſitionis contra eum fuerit proceſſum, ab officio, & beneficio ſuſpendendus erit,donec indulgentiam Sedis Apoſtolicæ meruerit obtinere. *f* Teſtis autem, qui falſum teſtimonium dixerit,ſi Clericus ſit, deponetur,& in actum Monaſterium ad pœnitentiam agẽdam relegabitur. *g*

d c. ad audientiam.

e c. ſi Epiſcopus. 50. diſt. Abb. c. olim 2. no. de reſcrip.

f Diaz. i ti. de falſar. Socin. c. ad falſariorũ. eo. tit. de fal.

g d. c. ſi Epiſcopus. diſt. 50. Abb. c. pri. de crim. fal.

De diuerſis Delictis. Tit. IX.

SVNT & alia crimina præter ſupradicta non minore animaduerſione digna, vt ecce Clericus contra Epiſcopi ſui vitam, vel honorem aliquam coniurationem machinatus, nec potis ad ſanitatem vllo modo flecti deponi poteſt, & in manibus ſecularium deſeri puniendus, Item Læſæ Maieſtatis crimini obnoxius

Clericus,

Clericus, cuiuscumq; ordinis ſit, deponendus eſt. *a* *a Dia.*ζ*.ſ ti.*

Maximum porro eius crimen æſtimatur, qui Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem hoſtiliter inſequi tur, vel percutit, aut capit, vel ſocium hæc patranti ſe adiungit; vel fieri mandat, vel facta rata habet, aut cõſilium, vel fauorem dat, aut poſtea receptat, vel defen ſat ſcienter: Is enim ſicut Læſæ Maeſtatis criminis reus perpetuo fit infamis, diffidatus nihilominus, & bannitus, fitque inteſtabilis, vt nec Teſtamenti liberam habeat factionẽ, nec ad alicuius bona ex teſtamẽto, vel ab inteſtato vocetur, quatenus ab omni ſucceſſione repulſus, publicaq; repulſa confuſus minus inueniat ſuæ malitiæ ſucceſſorem: fieri iubentur habitationes eius deſertæ, vt non ſit, qui eas inhabitet, dari præcipiuntur cuncta eius ædificia in ruinam, &, vt perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina teſtentur, nullo tempore inſtaurari permittuntur, nullusque ei debitã reddere, nullus reſpondere in iudicio tenetur, bona eius omnia Fiſco, vel Reip. applicantur. pheuda, locationes, officia, & beneficia omnia, quæ ab Eccleſijs habebat, ad eaſdem pleno Iure reuertuntur, filij, & nepotes ipſius omnibus beneficijs, ac etiam Pontificali dignitate ſunt ipſo Iure priuati, nec ad aliquam dignitatem, vel officium publicum aſpirare poſſunt, nec alicuius legitimi actus capaces ſunt, multaque alia aduerſus huiuſmodi ſacrilegos homines per Bonifaciũ Octauum ſtatuta ſunt, *b* quemadmodum & fere eaſdem pœnas Clemens Quintus contra eos ſanxit, qui Pontificem quemlibet ſupradictis modis affecerit, inſecutus fuerit, vel ei iniurius fuerit. *c* *Leſæ Maeſt.* *b. c. fœlicis, d. pœn. in 6.* *c Cle. pri. d pœn.*

Homicidium quoque nemo ignarat crimen horrẽdum cenſeri, tunc præſertim, cum neque fortuito neq; vlla ad id impelliente neceſſitate committitur, ſed libera voluntate id ſuggerente, quod ſi à Laico patratum ſit Eccleſiaſticæ ditioni ſubiecto, Iudex eius Eccleſiaſticus cauſam ſeculari Iudici mandabit, vt ille Iuſtitiam faciat. *d* ille ſecularibus legibus decretas pœnas in eum ſtatuet, Sin Clericus ſit, deponetur, atq; *d ca. Clericis ne cleri. uel mona.*

etiam

etiam, ſi adiacentes crimini loci valde illud exaggerent, vt iam non videatur amplius diſſimulanda, aut ferenda rei potentia temeritas, Laicorum manibus ſacris ei ordinibus antea ablatis plectēdus dimittetur. *a*

a c. cū non ab homine. ubi doct. de iudic.

Sed & furtum, id eſt, contrectatio rei alienæ inuito domino, lucri faciendi cauſa facta, non leuem irrogat authori ſuo notam, & pœnam, Clericus enim fur deponitur, &, cum nullam correctionem admittit, excōmunicatur, deinde contumacia creſcente anathematis mucrone ferirur, quòd ſi adhuc in profundū malorum veniens contempſerit, ſeculari poteſtati relinquitur exilio, vel alia legitima pœna puniendus. *b*

b d.c. cū nō ab homine.

Adulterium quoque, ideſt, alieni thori violatio, magnam pœnam meretur, nam Clericus deponitur propter adulterium, Laicus excommunicatur. *c*

c c. ſignificaſti. ubi Abb. ꝺ adult. c at ſi clerici. §. ꝺ adulterijs. ꝺ iudic. Hoſt. in ſum.

Item ſtuprum, quod propriè eſt illicita Virginis defloratio, quando ſcilicet, non præcedente cōiugali pactione, vtriuſque voluntate virgo corrumpitur, pœna non leuis manet, nam Laicus, qui virginem ſtupro deceperit, corruptam à ſe virginem, dote illi idonea à ſe conſtituta vxorem ducere tenetur, ſi ipſa paterque virginis in id conſenſerint, ſed ſi ille renuerit, ſtuprator ei dotem conſtituet pro viribus patrimonij & dignitate, ac loci conſuetudine: at ſi eam ſibi iungi recuſarit, corpore afflictus, & excommunicatus in Monaſterium conijcietur, vbi pœnitentiam agat, & ex quo nulla ſit egrediendi ſine præcepto licentia. *d* Clericus verò flagris ceditur, interdumq; pœna pecuniaria mulctatur, & quandoque etiam deponitur. *e*

d c. 1. & 2. ꝺ adult. ubi not.

e uide Diaz. in ti. ſtupri.

Item raptores, id eſt, qui puellas vi illata à domo patris abducunt, vt corruptas à ſe vxores habeant, pœnas ſeueras non euadunt, ſiue puellæ duntaxat, ſiue parentibus ſolis, ſiue vtriſque vis facta dicatur, nam Clerici à gradu ſuo deijciuntur, Laici excommunicantur vnà cum adiutoribus ſuis, *f* & pœnam pecuniariam inferre coguntur. *g*

f c. eos. c. de puellis. 36. q. 2.

g c. ꝺ raptoribus. ea. qſ. & cau. Hoſtien. ī ſum.

Quantò acrius igitur plectendi eſſent, qui ſacris Virginibus Deo dicatis, nulla Religioni deterriti ſe

commiſcere

commiſcere non formidant, cum tergemina crimina eodem ſcelere committant, videlicet, Inceſtum, Sacrilegium, & Adulterium? Hi ergo protinus à Sacra Cõmunione detruduntur, & niſi per publicam probatãque pœnitentiam omnino non recipiuntur, ſed tãtùm his viaticum de ſeculo tranſeuntibus, ſi dignè penitue rint, non negatur, *a* Clerici verò hæc committentes ab officio, & beneficio deponuntur. *b*

Inceſtus verò eſt, cum quis conſanguineis, vel affinibus abutitur, *c* cui crimi illigatus Clericus deponẽdus eſt, *d* quod & de illo forte eſt dicendum, qui filiæ ſpirituali, quæ pœnitentiæ Sacramento ſibi peccata confeſſa eſt, ſeſe illicite copularit. *e* Item qui contra naturam maſculis ſe coniunxerit Clericus, deponi debet, ac in Monaſterium detrudi, Laicus verò excommunicationi ſubdi, & à cœtu fidelium penitus alienus fieri. *f*

Qui incendium quoque poſuerit dolosè, pœnã Canonicam non effugit, nam Laicus excommunicatur; nec abſoluitur, niſi damno prius reſtitutio, & iuramento prius preſtito, quod nullum poſthac incendiũ eius dolo excitabitur, *g* Clerico autem in id ſceleris lapſo (quod vnuſquiſque abhominabitur) iudicis conſiderati, & prudentis arbitrio pœna imponetur, qui Iudex damnorum qualitatem, & quantitatem, loci conſuetudinem, & leges, ac doli grauitatem ante oculos habebit, & ſecundum ea pœnam infliget, cum nulla pœna huius criminis Clerico inurenda legibus Põtificijs diffinita credatur. *h*

His adduntur & aliæ delictorum ſpecies, veluti, Sortilegium. Sortilegi autem dicuntur (vt Iſidoro placuit) qui ſub fictæ Religionis ſpecie per quaſdam ſortes, quas ipſi Apoſtolorum, aut aliorum Sãctorum hominum nominibus prætegere nituntur, diuinationis ſcientiam profitentur, aut certarum ſcripturarum inſpectione futurorum euẽtum ſe prædicere poſſe gloriantur. *i* Quorum pœna eſt, ſi Clerici ſint, vt deponantur, & in Monaſterium arceantur. K

a c. Virginibus. ubi glo. 27. quæſt. 1. Abb. c. at ſi Cleri. co. 12 de Iudi. et ĩ. pe. 3. no. de purg. canõ. Diaz. tit. de monialibus. b Diaz. ĩ ti. de monialibus. c c. lex illa. 36. q. pri. d Gl. c. non debet. 30. q. pri. e Diaz. ĩ ti. inceſtus & ĩ uer. ſpiritualibus filiab. f c. Clerici. & exceſ. pla. Diaz. uer. nefandi criminis rei. g c. peſſimã. 27. q. 8. Hoſtien. ĩ ſumi. h Diaz. uer. incendiarij. i c. uno. 26. q. pri. K Abb. c. at ſi clerici. de iud. ubi Dec. Aret. c. cum non ab homine.

 Iudex

Iudex tamen delicti pondus, qualitatem, quantitatẽ, que ſecum penſabit, & metietur, & delinquentis animum ſpectabit, iuxta quæ pœnam imponet. *a* Sic etiam ex Concilio Lateranenſi ſub Leone Decimo celebrato Antiſtitum arbitrio pœna eſt Sortilegis irroganda, niſi in eo vitio perſeuerarint, nam tunc ex eodẽ Concilio deponuntur, & in Monaſterium ad tẽpus arbitrio Iudicis definiendum detruduntur, beneficijsque, & officijs Eccleſiaſticis quibuscumq; priuantur. *b*

a Grillã. ti. de Sortileg. Diaz. uer. Sortileg.

b Diaz. in uer. Sortile.

Periuris verò, præterquàm quod & beneficia auferuntur, & ordinum interdicitur executio, aliæ quoque pœnæ adduntur pro rei qualitate. *c*

c Rip. c. 2. de reſcri. c. tuas nos. de iureiur.

Blaſphemus autem Clericus ex eodem ipſo Lateranenſi Concilio ſub Leone Decimo ita punitur, nam prima vice, qua de hoc crimine fuerit conuictus, bene ficiorum omnium fructibus annuis ſpoliabitur, altera vice beneficij ipſius, quod vnum ei ſit, iacturam ſuſtinebit, ſin plura beneficia habeat, illud ex eis amittet, quod ordinarius ei adimere ſtatuerit, tertiò demum ad vomitum reuerſus, & conuictus dignitatibus omnibus, & beneficijs ipſo Iure priuatus cenſebitur, *d* ad eaque vlterius retinenda inhabilis cenſebitur, eaque liberè impetrari, & conferri poterunt. Sed olim Clerici Blaſphemi arbitrio Iudicis puniebantur, & ſi hanc prauam conſuetudinem habebant, poterant degradari, *e* Laicisque alia pœna impoſita erat per Gregorium I X. *f*

d Diaz. uer. blaſfem. in fi.

e Io. Andr. et Abb. c. 2. de maledic. Diaz. e. uer. Blaſfemi.

f d. c. 2. de maledic.

Cęteras autem delictorum ſpecies, ſi quę ſunt, & eorum pœnas ſtudioſus ex corpore Iuris Canonici exci piet, nos enim de his tantùm diximus, quantum pro inſtituto noſtro neceſſarium eſſe iudicauimus.

De Pœnis. Tit. X.

SED, cum varia penarũ genera inuenta ſint, quibus delicta vel ſeuere, vel remiſsè, prout eorum qualitas exegerit, puniantur, *g* earum aliquas enumeremus, vt proinde ſciant Iudices acri Iudicio ęſtimare, quenam

g c. ad reprimendã. ubi glo. de offi. ordin.

pro delicti qualitate,& delinquentis ſtatu,& conditione,omnibusq; maturè circumſpectis ſtatuenda ſit.

Et maxima quidem Iure noſtro in Clericum pœna eſt degradatio, id eſt,omnibus gradibus, & ordinibus ſpoliatio,quæ etiam in Clericum minorum ordinum cadere poteſt,eaque eſt duplex,altera,quæ ſolis verbis fit,& depoſitio ſimplex appellatur, altera quæ non tātum verbis,ſed etiam factis celebratur, ideoque actualis appellatur degradatio, & certus in ea Epiſcoporum numerus deſideratur, nam Epiſcopo deponendo Epiſcoporum duodecim præſentia opus eſt, quæ tamen nec ſine authoritate Summi Pontificis fieri debet. *a* Presbytero autem deponendo ſex Epiſcopos intereſſe ſatis fuerit, Diacono, & Subdiacono tres præter proprium ipſius Epiſcopum, cæteris Clericis deponendis ſola proprij ipſorum Epiſcopi ſententia ſufficiet, *b* cum Clericorum tamen ſuorum præſentia. *c* Criminis tamen hæreſis damnatum Sacerdotem, vel alium Clericum in ſacris ordinibus conſtitutum poterit ſuus Epiſcopus ſolus conuocatis Abbatibus, alijsque Prælatis, & Religioſis perſonis & literatis ſuæ Diœceſis, quos vocare voluerit, degradare. *d* Multa autem ſolennitas in ſolenni degradatione requiritur, quæ tam ex concilio Carthaginenſi ſecundo,quàm ex Bonifacij Octaui reſponſo ad Arelatenſem Epiſcopum præſcripta eſt, *e* eo etenim modo fit, quo exauthorari ſolet, qui in militiam armatam adſcriptus eſt, nam ſicut illi militaria detrahuntur inſignia, atq; à mlitia & caſtris exturbatur priuatus conſortio, & priuilegio militari,ita Clericus in cœleſtem militiam adſcriptus ſingula ordinum, quos receperit,inſignia reddere compellitur, qua degradatione perfecta exinde curiæ ſeculari præſenti eſt tradendus,vt eum in forum ſuum recipiat,& pœnas,quas ei viſum fuerit infligat, habita eius erroris tamen aliqua miſeratione,quod vt Iudex ſecularis faciat, & prçſertim ne mortem ei inferat, à Iudicibus Eccleſiaſticis eſt impenſe monendus & rogandus. *f*

a c.quod ad trāſlationē. ubi gl. de offic.leg.c.diſcutere,et c. hac quippe. 3.q.6. c.accuſatores.§. Iudices. & c.ſeq.3.q.8. & c.duodecim. 5.q.4. Abb.c.nō poteſt ꝗ re iud.

b c. fœlix. 15.q.7.

c c.degradatio.ī 6.c. Epiſcoporum. 15.q.7.

d c.1. de hæreti.in 6.

e d.c.degradatio. in 6. & c. fœlix.

f Abb.c. nouimus.in fi. per illu tex. de uer.ſign.

Simplex

a Abb. d. c. nõ pôt. colu. 4. de re iud.
b Glo. c. 1. 15. q. 8. iſi. glo. mag.
c Ab. c. at ſi clerici. col. pe. et ante-pe. de iudic.
d c. 1. de hæret. in 6.
e c. nouimus ſup. alleg.
f Abb. Dec. d. c. at ſi cle.
g l. mãdatis ff. eo. de pœnis l. incredibile. C. eo.
h c. quãuis. ubi gl. in 6.
i Feli. c. qualiter. 2. §. ad corrigendos. ſ accu. Diaz. in pract. cri.
K Felin. & Dia. ubi ſu.
l Abb. c. tua de pœn.
m d. c. quam uis. in fi.
n c. inuẽtũ. 16. quæſt. 7. ubi glo.
o Gl. et Ab. c. fi. de Iure patr.

Simplex autem depoſitio nullam facti ſolennitatem deſiderat, quippe eius executio eſt degradatio actualis, & ſi non tamen ſemper depoſitio verbalis fiat, quo actualis executionem ſecum trahat, quo caſu multa ex ſupradictis remitti aliqui cenſuerunt, *a* non ſolet autem depoſitio niſi pro grauibus, & capitalibus delictis inuri, & niſi legibus Canonicis cautum ſit, *b* & grauius etiam negocium eſſe oportet, vt actualis degradatio fiat. *c* Et ex his cauſis fieri poteſt, videlicet, propter hæreſim, *d* crimẽ falſi, *e* ſciſma indomitum, homicidium atrox, puta parricidium vel Epiſcopi, aut Presbyteri cedem. *f*

Carcerem quoq; ad perpetuum damnatio non inſima eſt inter pœnas, quæ hoc Iure irrogari ſolent, nam, & ſi reis cuſtodiendis magis, quàm puniendis carceris anguſtiæ inuentæ ſint. *g* Iure tamen noſtro hic quoq; carcerum vſus pro delinquentium ſupplicio eſt receptus, *h* atque hæc pœna capitalibus interdũ annumeratur, *i* eique, ſupplicio quàm ſimilima eſt, quo ſeculares vtuntur, dum quempiam in metallum, vel ad triremes damnant, K & in eum, qui depoſitus fuerit exerceri poteſt, his videlicet caſibus, quibus in foro Laicorum vita adimeretur, *l* poteſt tamen etiam ad tempus fieri in carcerem relegatio, *m*

Item beneficiorum ademptio grauis pœna cenſetur, nec niſi pro grauibus delictis imponi ſolet, *n* nec niſi delictum eam priuationis pœnam mereri in Iure ſit expreſſum, vt contingit etiam, cum agitur de aliquo priuando poteſtate eligendi, vel præſentandi, *o* & in bonorum quoq; publicatione hæc locum habent.

Supplicij etiam loco detruduntur ſontes quandoq; in arctum Monaſterium, extra quod eis facultas non ſit exiliendi, quod ferè poſt depoſitionem factam contingit. Hinc iudicari poteſt ex grauiſſimis duntaxat delictis hanc pœnam irrogari ſolere.

Item poſſunt Clerici notis & ſtigmatibus compungi, dũm citra ſanginem id fiat, idq; poſt depoſitionem duntaxat. Seruitutem quinetiam in pœnam interdum

terdum Canones irrogant. *a* Suſpenduntur etiam nonnunquam Clerici ab officijs, & exercitijs eis competentibus, vel omnibus, vel aliquibus, idque vel ad tempus, vel perpetuò, & ab ingreſſu Eccleſię, & ab adminiſtratione, & a beneficijs pluribus modis, *b*

Ac, vbi interdicti ſunt Clerici ab Eccleſiæ ingreſſu, eo caſu, ſi in ea celebrare auſi fuerint, irregulares efficiuntur. *c* Irregularitas enim eſt, quæ ex Canonica inſtitutione repellit ab executione diuini officij, vel Sacramenti ſeu quæ prohibet in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, ac ad maiores aſcendere, *d* eaque niſi id expreſſum in Iure ſit, non incurritur. *e*

Suſpenſionis vero, & Interdicti ſententia eſt in ſcriptis proferenda cauſa expreſſa, eiusque exemplum eſt ſuſpenſo vel interdicto petenti infra menſem exhibēdum. *f* Mittuntur etiam interdum in exilium delinquentes (vt non pauci tradiderunt) ex Iuris Canonici conſtitutionibus. *g* Verberibus quoque & flagellis ſontes affici poſſunt, dum moderatè id fiat citra ſanguinis effuſionem, & præſertim citra vitæ & membrorum periculum. *h*

Adimitur etiam in pœnam interdum priuilegium Clerir icale. *i* Indicuntur ieiunia, & pœcuniariæ mulctæ irrogantur, quæ mulctæ ipſorum tamen iudicum vſui non ſunt adſcribendæ. K

Item ceſſatur quandoque à diuinis, & interdicuntur Eccleſiæ Sacramenta, & diuina officia aliquibus in pœnam celebrari, & vindictam, de quibus duobus infra ſeparatim ſumus dicturi.

Excommunicationis autem pœna, & ſi capitalis nō habeatur, *l* omnium tamen pœnarum longè maximè formidanda eſt, *m* de qua mox ſubijciemus, hæc autem tria; videlicet. Excommunicatio, Interdictum, Suſpenſio, propriè cenſuræ Eccleſiaſticę nomine ſignificantur. *n*

De Excommunicatione. Tit. XI.

VIDENDVM eſt igitur de Excōmunicatione, quæ ſicut medicinam affert eam metuenti, atque (vt decet)

a c. ita. quorundam. §. clerico. de Iudæis.
b Cle. cupiētes. d pœnis.
c c. is. cui, de ſenten. excōmun. in 6.
d Sum. Angel. in uer. irregularitas.
e c. is qui. de ſen. excō. i 6.
f c. is cui. de ſen. excō. i 6.
g c. pe. de calū. c. ſi qui. 3. q. 4.
h d. c. cū beatus. 45. diſ. c. 1. in fi. de calū. c. ī archiepatu. d rap.
i c fi. d uit. & hon. cler.
K c. dilectus de offi. ordi. c. licet de pœnis.
l Abb. c. cū cōtingat. n. 31. de foro compet.
m c. corripiātur. 24. q. 3.
n c. quærēti. de uer. ſign.

cet) magnificenti, ſic contrà, ſi fuerit contempta, mortem æternam inuehit excommunicato: *a*

a c. pri. eo. ti. de ſen. ex com. in 6.

Et nihil eſt aliud Excommunicatio (vt Panormitanus Abbas diffiniuit) quàm cenſura à Canone vel Iudice Eccleſiaſtico prolata, & inflicta, priuans legitima communione Sacramentorum, & quandoque hominum, vnde hoc nomen accepit, quaſi extra communionem. *b*

b Abb. in rub. eo. tit.

Eaque duplex eſt, ſcilicet maior, quæ non Sacramentorum modò, ſed etiam hominum communitatem, & conſociationem adimit, & minor, quæ Sacramentorum quidem vſu interdicit, ſed hominum conſuetudinem permittit, hęcque etiam ſola participatione cum excommunicato incurritur, *c* nam cum excommunicato neq; orare, neq; loqui, niſi quæ ad eandem excommunicationem pertinent, nec veſci licet, &, ſi quis cum eo aut palàm, aut clam locutus fuerit, ſtatim cum eo communem Excommunicationis pœnam contrahet, *d* nam & ex Concilio Carthaginēſi cautum eſt, vt qui communicauerit, vel orauerit cum Excommunicato, ſi Laicus eſt, Excommunicetur, ſi Clericus, deponatur. *e*

c c. ſi. 3. q. 4. Abb. c. ſi celebrat. ꝗ clerico excom. miniſt. Abb. in rub. hoc eod. ti. col. 2.

d c. cum excommunicato 11. q. 3.

e c. qui communicauerit. 11. q. 3.

Sed Concilium Conſtantinenſe ad euitandum ſcādala, & multa pericula, quæ incurri poſſent, miſericorditer indulſit, vt nemo deinceps à communione alicuius in Sacramentorum adminiſtratione vel receptione, aut alijs quibuſcumq; diuinis, vel extrà prætextu cuiuſcnmque ſententiæ, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ à Iure, vel ab homine generaliter promulgatæ teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia, vel cenſura huiuſmodi fuerit in perſonam, Collegium, vniuerſitatem, Eccleſiam, vel locum certum, vel certam terram à Iudice publicata, vel denuntiata ſpecialiter, & expreſsè, cōſtitutionibus Apoſtolicis, & alijs in contrarium faciētibus nō obſtantibus quibuſcumq;, ſaluo, ſi quem pro ſacrilega manuum iniectione in Clericum ſententiā latam à Canone adeò notoriè conſtiterit incurriſſe, vt

factū

factum nõ poſſit aliqua tergiuerſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari, ab huius etenim communione, quamuis denuntiatus non fuerit, omnino abſtinendum erit. *a*

Quod quidem Concilium Conſtantienſe etiam in illis caſibus procedit, quibus alioqui à Iure participatio prohibita eſſet, nam in caſibus à Iure permiſsis ſuperuacua fuiſſet Concilij prouiſio.

Perſonæ autem, quibus per talem participationem nullum Excommunicationis periculũ imminet, ſunt vxores, filij, ſerui, ancillæ, ruſtici, & quicumque eis deſeruiunt. Item hi, qui imprudenter Excommunicatis communicant, Item hi, qui communicant cum illis, qui Excõicatis communicant, *b* traditum eſt enim Excõicationem ad tertiam perſonam non deſcendere *c*

Item excipiuntur hi, quorum conſilio metuendum non eſt, ſcelera patranda; *d* Item quicumque oratores, ſeu peregrini, aut viatores in terram Excommunicatorum venerint, nam, ſi non poſſint ibi emere, vel non habere, vnde emant, niſi ab Excommunicatis, ab eis accipiendi licentia conceditur. *e*

Sed hæc quidem neceſſitatis ratio conſtitui perſuaſit, qua ceſſante ſecus eſſet, at ſuperiore caſu nominatæ perſonæ, ſi ante latam Excommunicationis ſententiam illis obſequijs tenebantur adſtrictæ non ſolum eis licitè communicant, ſed etiam eis cõicare tenentur, *f* dum tamen in his criminibus, pro quibus illi Excõicatione ſunt notati, non communicent. *g*

Item ſi quis Excommunicatis in ſuſtentationem, non ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſa dare aliquid voluerit, non prohibetur. *h* nec etiam Excommunicationis ſententiam incurrit is, qui ſermonem Excommunicato participat in his, quæ abſolutionem, vel aliàs ſalutem animæ reſpiciunt. *i*

Prædicatores quoq;, qui penes Excommunicatos, vel alienarum rerum detentores in prædicationibus, & confeſsionibus quodammodo gerunt cauſam, vel curam eorum, ad quos res ipſæ ſpectare noſcuntur,

a Sum.Gaiet.uer.Excõica.min.

b c.quoniã. multos. 11. *q.*3.

c Glo.c.rogo. 11.*q.*3.

d d.ca.quoniã multos.

e d.c.quoniã multos.adſi.

f c.inter alia eo.tit.de ſent.excom.

g d.c.inter alia in fi.

h d.ca.quoniã multos.

i c.cum volũtate.ĩ prĩ. extra.eo.

Eleemoſinas licitè poſſunt ab illis accipere, præſertim, ſi alioqui non valeant eo in loco ſuſtentari. *a*

a d.c.cũ uolũtate §. 1.

Infligitur etiam à Iudice interdum & homine Excommunicatio minor, ſi tamen incertum ſit, de qua ſit intellectum, Excommunicationem maiorem in dubio cenſebitur fulminaſſe. *b*

b c.pe.eo.ti. de ſent. excommuni.

At, qui minore Excommunicatione eſt illigatus, ſi celebret, nullius tamen notam irregularitatis incurrit, licet grauiter peccet, nec eligere prohibetur, nec ea, quæ ratione Iuriſdictionis ſibi competunt, exercere: ſi tamen ſciens electus fuerit, eius eſt electio infirmanda, peccatq; conferendo Eccleſiaſtica Sacramenta, ſed ab eo collata virtutis tamen non carent effectu, cum non videatur à collatione, ſed à participatione Sacramentorum, quæ in ſola conſiſtit perceptione, remotus: dummodo non in contemptum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, videlicet contra prohibitionem ſuperioris communioni Excommunicatorum pertinaciter ſe ingeſſerit, quo caſu eſt anathemate feriendus. *c*

c c.ſi. de clerı.excõ. miniſtr.

Excommunicatio maior pariter quandoque ab homine impingitur, quandoque à lege irrogatur, à lege quidem irrogatar, vt aduerſus eum, qui in Clericũ violentas manus intulerit, *d* delictorum enim puniendorum cauſa vt plurimùm Iura à communitate hominũ aliquem ſummouẽt, vt in pluribus articulis videre eſt, quos licet ſtudioſus quiſq; multos legendo inuenire poterit per libros Iuris Pontificij & interprætatum ſuos, ne tamẽ ſingulos enumeremus, exemplũ ponemus in his, qui Card. Ro. Eccleſiæ hoſtiliter perſequuntur, percutiunt, capiunt, vel hæc fieri mandant, vel ad ea patranda ſocios ſeſe adiungunt, vel conſilium, auxilium, aut fauorem id committentibus præſtant, vel commiſſa rata habent, vel eorum delictorum reos poſtea recептant, vel tuentur, nam hi quidem ſic à Iure Excommunicantur, vt hanc Excommunicationem tollere nemo niſi Romanus Pontifex poſſit; *e* de qua re etiam ſupra tractauimus, *f* & in alijs quamplurimis. *g*

d c. ſi quis ſuadẽte diabolo. 17. q. 4

e c. fœlicis. de pœn. in 6.

f ſupra tit. de pœn.

g Sum. Angel. uer. excommunicatio. 5.

Sed homo, cum Excommunicationem infligit (quæ

poteſtas

poteſtas cuiuis Prælato Iuriſdictionem habenti permiſſa eſt) ferè ſemper contumaciæ in pœnam id facit, quæ contumacia vel non veniendo, vel non parendo commiſſa ſit. *a* Et magis propriè quidem Iuriſdictionis Epiſcopalis eſt Excommunicatio, vnde & mucro Epiſcopi appellari ſolet. *b*

Irrogatur etiam interdum Excommunicatio maiore quadam ſolennitate, vt contumacia grauior oſtendatur, quæ Excommunicationis ſpecies proprio vocabulo anathema vocatur, eaque fit, cum Epiſcopum Excommunicationis ſententiam ferentem duodecim Sacerdotes circunſtant candelas ardentes manibus tenentes, quas ſub ipſum anathematis intorti finem in terram proiectas pedibus conculcant, deinde Epiſtola per Eccleſias Parochas mittitur continens Excommunicati nomen, & Excommunicationis cauſam. *c* Quę Excommunicatio tamen nihil grauioris oneris Excommunicato imponit, quàm alia, niſi, quod eadẽ ſolennitate abſolui eum eſt neceſſe, qua lata fuit, nõ tamen admodum frequenti in vſu hæc eſſe videtur. *d*

In Excommunicationis ſententia ferenda hoc generaliter eſt obſeruandum, vt non prius in aliquẽ intorqueatur, quàm ille trina monitione cum iuſtis dierum interuallis monitus ſit (quæ Canonica monitio dicitur) *e* perſoniſque idoneis præſentibus ferri debet: qui ſecus egerit, etiam ſi iuſta alioqui fuerit Excommunicatio, menſem tamen Eccleſiæ ingreſſu erit interdictus, & grauiori etiam pœnæ ſubijcietur, ſi viſum fuerit expedire, nec debet vllo caſu Excommunicatio ſine iuſta cauſa proferri, *f* in ſcriptiſque eſt promulganda, Excommnnicationis cauſa nominatim adiecta, & ſchœdæ exemplum intra menſem, ſi fuerit petitum, Excommunicato eſt exhibendum, *g* quod etiã in ſuſpenſionis, & Interdicti ſententia ſeruari ſuprà docuimus, *h* ipſorumque Excommunicatorum nomina publicanda ſunt. *i*

Hoc neminem lateat, nõ debere in Collegium, vel vniuerſitatem proferri Excõmunicationis ſententiã;

a Ab. ĩ rub. eo. tit. col. 1. in prin. c. cũ non ab homine. ubi gl. de Iudic. Abb. c. cum contingat. nu. 31. đ foro cõpet. gl. c. ex parte đ uer. ſig. no. ĩ c. cũ ab Eccleſiarũ. de offi. ord.

b c. corripiãtur. 24. q. 3. c. niſis. ĩ fin. 16. q. 2.

c c. debent. 11. q. 3. Fel. c. 2. nu. 7. et 8. de excep.

d Abb. d. c. cum cõtingat. nu. 31.

e c. conſtitutionẽ in 6.

f c. ſacro. ubi glo. & c. contingit 2. eo. tit.

g c. pri. eo. tit. in 6.

h Supra. de pœn.

i c. curæ ſit 11. q. 3.

vt animarum periculum euitetur, quod exinde ſequi poſſet, cum nonnunquam contingeret innoxios huiuſmodi ſententia irretiri, debebit igitur in illos tantùm ex collegio, vel vniuerſitate, quos in culpa eſſe conſtiterit, promulgari. *a*

a c. Romana §. fi. eod. tit. in 6.

Sciendum eſt, hoc vſu receptum eſſe, vt quandoque Excommunicationes monitionibus præmiſſis pro deperditis, ſubtractisve rebus ferantur contra eos, qui ſubtraxerint eas, vel inuenerint; *b* quam Excommunicationum huiuſmodi ferendarum conſuetudinem coarctare operępretium viſum eſt Sacro Tridentino Concilio ſub Pio Quarto: cogitans enim, quòd quãquis Excommunicationis gladius neruus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valde ſalutaris, ſobriè tamen, magnaque circumſpectione exercendus eſt, ne, ſi temere, aut leuibus ex rebus incutiatur, contemptui potiùs, quàm formidini ſit, & pernitiem potius pariat, quàm ſalutem: propterea ſtatuit, ut his de cauſis Excommunicationes à nemine prorſus, præterquàm ab Epiſcopo decernantur, & tunc non alias, quam ex re non vulgari, cauſaq; diligenter, ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum moueat, nec ad eas concedendas cuiuſuis ſecularis, etiam magiſtratus authoritate adducatur, ſed totum hoc in eius arbitrio, & conſcientia ſit poſitum, quando ipſe pro re, loco, perſona, & tempore eas decernendas iudicarit. *c*

b Doct. l. ciuile. C. de fur. Bal. c. ſi Sacerdos. de offic. ordin. Sylua nupt. uer. monitoria. nu. 28.

c cap. 3. in pri. ſeſſ. 25.

Edocet etiam eadem Synodus, quomodo in cauſis iudicialibus ciuilibus abſque Excommunicationis gladio executionem quis conſequi poſſit, & quo demum caſu ad Excommunicationis remedium pro executione habenda perueniri poſsit, quod etiam ſuprà in titulo de Iudicijs retulimus.

In cauſis etiam Criminalibus, vbi executio realis, vel perſonalis fieri poſsit, iubet eadem Sancta Synodus, vt à cenſuris abſtineatur, ſed ſi dictæ executioni facile locus eſſe non poſsit, permittit Iudici, vt hoc ſpirituali gladio in delinquentes, vtatur, dum tamen de-

licti

liƈti qualitas præcedēte ſaltem bina monitione etiam per ediƈtum id poſtulet. *a*

Additiq́; eadē Synodus, ut Excommunicatus quicunq;, ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, nō ſolū ad Sacramēta, & communionē fidelium, ac familiaritatem recipiatur, ſed, ſi obdurato animo cenſuris annexus in illis per annum inſorduerit, contra eum etiam tamquam de hæreſi ſuſpeƈtum procedi poſsit. *b*

Maior excommunicatio, quæ à lege infligitur, non poteſt ab alio, quàm ab Epiſcopo, vel ſuperiore auferri; quinimo plures ſunt caſus, quibus nec ipſe Epiſcopus ab ea ſoluere poteſt, vbi ſcilicet conditor Canonis ſibi ipſi reſeruauerit abſoluendi poteſtatem, cuiuſmodi caſus multi ſunt diuerſis in locis enumerati, inter quos infraſcripti referri ſolent, quos gratia exempli ſubijcimus. Cum ſcilicet quis in Clericum iniurioſas manus intulerit, quibuſdam tamen articulis exceptis. *c* Si quis Eccleſias perfregerit, & ſpoliarit. *d* Si quis incendium fecerit, quod poſt diuulgationem deliƈti faƈtam accipiendum eſt. *e* Si quis Excommunicatis à Summo Pontifice ſciens ac ſponte participauerit in diuinis officijs. *f* Si quis falſas literas Summi Pontificis nomine conſcriptas ſe habere cognoſcens, illas intra viginti dies neque deſtruxerit, neq; reſignarit, eaque cauſa fuerit ante lata ſententia generaliter Excommunicatus, *g* ille vero caſus clariſsimus eſt, cum quis contra Cardinalem illis, quibus olim diƈtū eſt, modis, molitus fuerit. *h* Quique Epiſcopum percuſſerit, ceperit, aliove modo in conſtitutione expreſſo ei iniurius fuerit, faƈto proprio, mandato, fauore, auxilio, conſilio, ratihabitione, reorum huius criminis ſuſceptione, uel defenſione. *i*

Item eidem Excommunicationi ſubiacent illi, qui in locis interdiƈto ſuppoſitis quemquam diuina officia celebrare coegerint, aut, qui modo prædiƈto ad eadem officia audienda aliquos Excommunicationis præſertim, vel interdiƈti ſententia ligatos euocarint; ſeu qui prohibuerint, nē Excommunicati publicè, aut

a c. 3. §. in cauſis quoq; criminalib. ſeſſ. 25.

b d. c. 3. i. fi.

c d. c. ſi quis ſuadēte. 17. q. 4. & c. 1. usq; ad c. 11 extra. eo. de ſentē. excō.

d c. conqueſti. ext. [illegible]

e c. tua.

f c. ſignificauit.

g c. dura. §. fi. ubi gloſſ. & Abb. de crim. fal.

h c. fœlicis. de pœ. i 6. dixi ſup. de pœn.

i Cle. 1. de pœ. dixi ſup. de pœn.

interdicti Eccleſias exeant, à celebrantibus cum vt exirent, moniti eſſent, dum in ipſis Eccleſijs Miſſarum ſolennia agerentur. *a*

a Clem. grauis. eo. tit. de ſent. excõ.

Item hæreticæ prauitatis Inquiſitores Epiſcopis inferiores, qui odio, gratia, vel amore, lucro, aut commodo temporali inducti contra iuſtitiam, & conſcientiam propriam omiſerint contra quemquam procedere, vbi fuerit procedendum, vel è conuerſo ijſdẽ cauſis moti aliquem hæreticæ labis pretextu indebitè vexarint. *b*

b Cle. pri. §. uerũ de hæretic.

Item Religioſi omnes, qui Clericis, aut Laicis Sacramentum vnctionis extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrare, matrimoniaue ſolennizare, non habita ſuper his Parochi Sacerdotis licentia ſpeciali, aut qui Excommunicatos à Canone, præterquam in caſibus à Iure expreſſis, vel priuilegijs Sedis Apoſtolicæ eis conceſſis, vel Excommunicatos per ſententias à ſtatutis Prouincialibus, aut Synodalibus promulgatas, ſeu à pœna, & culpa (vt aiunt) abſoluere quemquam auſi fuerint. *c* Nec minore vinculo innodantur hi Religioſi, vel ſeculares Clerici, cuiuſcũque ſtatus, vel conditionis exiſtant, qui aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interpoſita, ſeu aliàs promittendum inducunt, vt Sepulturam apud eorum Eccleſias eligant, vel iam electam amplius non mutent. *d* Hi quidem caſus ſupra dicti & ſi qui alij ſimiles ſint, per Decretalium epiſtolarum, & Iuris Pontificij libros diſperſi abſolutionem Apoſtolicam deſiderant, multoſque caſus Pontifex ipſe Romanus in Sacro Cœnæ Dominicæ anniuerſario die quotannis Sedi Apoſtolicæ reſeruare abſoluendos conſueuit. *e* Omnibus tamen caſibus ſupradictis; ſi præſens mortis iam iam inſtet periculum, vel etiam vbi ſint valetudinarij aut delicati adeò, vt ad Sedem Romanam impoſſibilis acceſſus eis ſit, *f* poterunt etiam Epiſcopi ſatisfactione præmiſſa eos abſoluere, *g* debebunt tamen illi; cum primum eo periculo fuerint ſubleuati, ſi commodè id potuerint, ſe coram Summo Pontifice ſiſtere, mandatũ ipſius ſu-

c Cle. pri. in prin. de priuileg.

d cle. ſi. §. fi. de pœn. c. pri. & ſepul. in 6.

e Sum. Angel. uer. excommunicatio. 5. in caſu. 16. uſq; ad fi.

f c. religioſo. ubi gloſ. uer. eo. caſu. eo. tit. in 6.

g Gl. d. cle. pri. §. uerũ uerſ. mortis articulo. de hæretic.

per

per his, propter quæ Excommunicati fuerint, humiliter recepturi, & ſatisfacturi, prout Iuſtitia ſuadebit, niſi velint ipſo Iure in eandem ſententiam recidere. *a*

Sentētia verò Excommunicationis ab homine pro lata ab eodem etiam auferri poteſt à quo fuerit prolata, *b* Et in minoris quidem Excommunicationis vinculo diſſoluendo alia ſolennitas non exigitur, quàm vt Sacerdos detectam ſibi ab excõmunicato cauſam Excommunicationis in Sacramento Pœnitentiæ cognoſcat, & eum abſoluat, reſtituendo cum Eccleſiaſticis Sacramentis, quibus fuerat priuatus. *c*

In maioris autem Excommunicationis relaxatione maior etiam ſolennitas adhibenda eſt, ſiue à lege, ſiue ab homine inflicta ſit: nam primùm non ànte abſoluendus eſt, cum offenſa eſt manifeſta, quàm cum Iuramento promiſerit, ſe Eccleſiaſticis mandatis pariturum, *d* & de omni damno illato, omnique offenſa plenè ſatisfecerit, vel ſaltem cautionem cum Iuramento præſtiterit (vbi tunc de damni ſumma non conſtaret, vel vbi ſoluendo non eſſet) ſe ſatisfacturum. *e* Quibus peractis ille, qui abſoluendi Ius habet, vel, cui mandatum ſit à poteſtatem habente, huiuſce negocij cauſa aditus Excommunicatum coram ſe ſuppliciter proſtratum ſeruata forma abſoluet. *f*

Sciendum eſt, eum, qui à diuerſis Prælatis varias ob cauſas Excõmunicationis vinculo eſt innodatus, non poſſe abſolutum nuntiari, niſi de omnibus ſatisfecerit, quamuis de vna cauſa paratus ſit ſatisfacere ſupprimenti quidem veritatem abſolutio ſurrepta nõ prodeſt, & veritatem intelligens abſolutionem huiuſmodi exhibere non debet. *g*

Semel Excommunicatus omni tempore tamquam Excommunicatus vitandus eſt, niſi legitimè doceat, ſe abſolutum. *h*

Conceditur tamen & quandoque abſolutio ad cautelam, vt, cũ quis ſententiam Excommunicationis in ſe latam aſſerit eſſe nullam, *i* vel Iudicẽ eſſe incompetentem, vel Excõmunicatũ, vel intruſum, aut à Iuriſdi-

a c. eos qui. eo. ti. de ſen tẽ. excõ. ĩ 6.
b Hoſtien. ĩ ſum. uer. ſi uerò ſit lata.
c Hoſtiẽ. in ſumma. uer. qualiter abſolutio.
d cap. ex tenore.
e Hoſt. ubi ſupra. §. ſecũdũ. c. ex parte. ubi gloſ. uer. contumacia. ibi, quid ſi aliquis ita pauper. de uer. ſignif.
f Hoſtiẽ. d. §. ſecũdum.
g c. officij extra. eo. ti.
h c. ſicut nobis. extra. e.
i c. 2. in 6. eo. tit.

a Glo. c. præſenti. uer. ad cautelā eo. tit. in 6.

ctione ſuſpenſum, alijſq; modis, *a* quæ relaxatio quidem ad cautelam concedenda eſt, quamuis ei Excommunicator, vel aduerſarius ſe opponat, niſi eum pro manifeſta dicat offenſa Excommunicatum, quo caſu terminus octo dierum indulgebitur ſic dicenti, vt ſi probauerit, quod opponit, non relaxetur ſententia, niſi prius ſufficiens fiat emendatio, vel competens cautio de parendo Iuri, ſi dubia offenſa ſit, proponitur. *b* Cum verò ad probandum admittitur, qui abſolutionem ad cautelam impetrauit, pendente probationis articulo, in cæteris, quæ vt actor in Iudicijs intentauerit, interim euitandus eſt, ſed extra iudicium tamen in officijs, poſtulationibus, & electionibus, ac alijs legitimis actibus eſt admittendus. *c*

b c. 2. §. in prima. eo. ti. in 6.

c d. c. 2. §. fi. in 6.

Qui verò in cauſis exceptionem Excommunicationis opponit, ſpeciem illius, & nomen excommunicatoris exprimere tenetur, quam intra octo dierum ſpatium (die in quo proponitur minime computato) probare apertiſſimis documentis debet, quod ſi non probauerit, Iudex in cauſa procedere non omittat, reum in expenſis, quas actor ob hoc diebus illis ſe feciſſe docuerit, præhabita taxatione condemnans. Si verò poſtmodum inſtantia durante Iudicij, & probationis copia ſuccedente, de eadem Excommunicatione, vel alia iterum excipiatur, & probetur, actor in ſequentibus excludatur, donec meritus fuerit abſolutionis gratiam obtinere, his, quæ præceſſerunt, nihilominus in ſuo robore duraturis, vt tamen vltra duas vices hæc exceptio non opponatur, præterquàm, ſi Excommunicatio noua emerſerit, vel euidens, & prompta probatio ſuperuenerit de antiqua, ſed ſi poſt rem iudicatam talis exceptio proponatur, executionem impediet, ſententia tamen, quæ præceſſit, non minus robur debitum obtinebit, eo tamen ſaluo, quod ſi actor publicè Excommunicatus ſit, hocq; Iudex nouerit, quandocumq; & ſi de hoc reus non excipiat, Iudex repellere actorem ex ſuo officio debebit. *d*

d ca. pri. de excep. in 6.

Et hæc quidem Innocentius Quartus conſtituit, cum

cum ante ipſum Gregorius Nonus legem feciſſet, vt reus exceptionem Excommunicationis ſcienter in dilatorijs proponendis omittens, in qualibet parte litis opponere eam non prohiberetur, ne quiſquam ſcilicet in periculum animæ ſuæ Excommunicato communicare cogeretur, qui tamen reus, ſi eam exceptionem in illud tempus opponere diſtuliſſet, vt actor laboribus, & ſumptibus fatigaretur, erat expenſis legitimis condemnandus. *a*

a c. exceptionem. de exception.

Quæ Grægorij conſtitutio moderata eſt eo quo ſupra dictum eſt, modo, per Innocentium, quia, cum in cauſis Eccleſiaſticis hæc exceptio frequenter per malitiam opponeretur, contingebat interdum differri negocia, & partes fatigari laboribus, & expenſis. *b*

b d. c. pri. de excep. in 6.

De Interdicto. Tit. XII.

INTERDICTVM eſt ſententia à Iudice Eccleſiaſtico lata, quæ diuina officia prohibet palam celebrari, & Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrari.

Interdici autem ſolent vel homines, vel loca, vel vtrumq; ſimul. Et homines quidem Interdicto ſupponi poſſunt, vel generaliter, vel ſpecialiter, vel ſingulariter.

Generale Interdictum hominum dicitur, cū alicuius Regni, vel Ciuitatis, vel Caſtri populus diſtringitur, quo caſu locus ipſe Interdicto non continetur, nec clerus. Quare poterit tunc in Eccleſijs non ſecus ac prius celebrari omnibus peregrinis admiſſis, Interdictis tamen hominibus excluſis. *c*

c Gemin. c.

Speciale autem contra homines dicitur Interdictū ſi cum aliqua multitudo ſub certo vocabulo compræhēſa, ſed in populo tamē incluſa interdicitur, veluti, Collegium, Capitulum, vniuerſitas, quo interdicto ſinguli eius vniuerſitatis, Collegij, vel Capituli homines dicūtur adſtricti tam Clerici, quàm Laici.

ſi ſententiam. col. 2. in fi. de ſen. ten. excom. in 6.

Singulariter verò dicuntur Interdicti, qui non ſub nomine collectiuo multitudinis, ſed nominatim ſunt

expreſſi, vt, quicumque aliquid commiſerit, interdictus ſit. *a*

Hoc igitur Interdicti genus in homines cōtortum quocumq; ex tribus ſupradictis modis, hominē, quocumq; ſe transferat, vſq; comitatur, nunquā cum deſerens: quapropter interdictus, vbiuis locorū ſit, ab illis actibus arcetur, qui ex interdicti cauſa ſunt prohibiti.

Aequè loca tribus ſupradictis modis interdici poſſunt: Et generale quidem loci Interdictum eſt, cum Prouincia, Regnum, vel Diœceſis interdicuntur. Speciale, cum Ciuitas, Rus. Caſtrum. Singulare, cum Eccleſia, vel Sacellum: quibus locorum interdictis nunquam homines continentur, quin extra loca Interdicta poſſint diuinorum celebrationi intereſſe, Eccleſiaſtica Sacramenta accipere, & Sepulturæ Eccleſiaſticę concedi, niſi ex his ſint, quorum odio ea loca interdicta fuerint, *b* quo fit, vt, cum propter delictum Domini, vel Rectoris Ciuitas eſt Interdicta, aut alius locus, Ciues tamen, vel municipes, & quilibet indigenæ, qui in vitio non ſunt, dummodo & ipſi in Domini, vel Rectoris vltionem nō fuerint interdicti, poſſint extra locum interdictum diuinis intereſſe. *c*

Interdicti autem huius ſententiam omnes illi ferre poſſunt, qui & Excommunicationis ferendæ poteſtatem habent ratione ordinariæ vel delegatæ Iuriſdictionis; *d* Canonici etiam Eccleſiæ Cathedralis non poſsūt ſine Epiſcopi aſſenſu huiuſmodi interdicti ſententiam ferre, *e* fertur & plerumq; interdictū à Iure.

Si Ciuitas, Caſtrum, aut Pagus ſubijciatur interdicto eorum ſuburbia, & continentia ædificia eo ipſo interdicta intelliguntur, ne interdicti ſententia vilipendi, & deludi poſſit, ſi in ſuburbijs liceat celebrari: qua ratione pariter, ſi Eccleſia ſit interdicto ſuppoſita, nec in ſacello eius celebrari, nec in cœmiterio Eccleſiæ contiguo ſepeliri poterit. *f*

Ne verò temere hanc interdicti pœnam irrogari cōtingat, ſtatuit Bonifacius Octauus, ne quis interdicti ſententiam proferat, qui Canonicam monitionem

a Sum. Angel. uer. iter. dictum. pri.

b Sum. Angel. uer. iter dictum. 2.

c c. ſi ſententia. de ſentē. excom. in 6.

d Sum. Angel. uer. iter dictū. 3. in prin.

e ca. q̄ſiuit, de his, q̄ fi. à maiore par. c. Sum. Angel. uerſ. inter dictū 3. §. 2.

f c. ſi Ciuitas. de ſentē. excom. in 6.

non

non præmiſerit, *a* vt in Excommunicationis quoq; & ſuſpenſionis ſententia olim per Gregorium Decimum fuerat conſtitutũ, & per Innocentium Tertium. *a c. ſi ſtatutũ. de ſentẽ. excom. in 6.*

Item ſtatutum eſt eadem ratione, vt ſententia interdicti profetatur in ſcriptis cauſa interdicti addita, eiusq; exemplum ſententiam paſſis, ſi fuerit petitum, edatur. *b* *b ca. pri. de ſenten. excõ. in 6.*

Ac ſciendum, quod, ſi quis à Summo Pontifice hoc priuilegij tam Clericus, quàm Laicus, cuiuſcumq; ille dignitatis, gradus, conditionis, aut ſtatus ſit, retulerit, ne interdici à quocumq;, vel Excõicari poſſit, nec terræ, vel Eccleſiæ ipſius Eccleſiaſtico Interdicto ſupponi ſub quacunq; forma verborum conceſſa, is tamen effugere non poterit, quin Ordinariorum ſententijs huiuſmodi Interdicti, vel Excõmunicationis diſtringatur, niſi is, qui tali priuilegio tumet, Rex ſit, vel Regina, vel Regum filius, vel Religioſus ex eo ordine, vel loco, cui hæc immunitas largita ſit. *c* *c ca. ne aliqui. de priuil. in 6.*

Item ſciendum, quòd Epiſcopi, & alij ſuperiores Prælati vllius conſtitutionis, ſententiæ, vel mãdati occaſione, nullatenus ipſo Iure ſententiam interdicti incurrũt, niſi de Epiſcopis expreſſa mẽtio habeatur. *d* *d c. quia periculum. eo. ti. de ſen. excom. in 6.*

Sed, ne huiuſmodi interdictis durãtibus fideles homines pœnitus careant optatis Eccleſiæ Sacramentis (quod graue damnũ eſſet) Bonifacius Octauus ſua conſtitutione prouidit, vt interdicti quoq; in locũ prolati tempore pœnitentiæ munus etiam ſanis non denegetur, niſi vel Excõicati ſint: nam hi mortis tempore duntaxat admittuntur, vel niſi interdicto cauſam, aut eius authoribus ſuppetias dederint, qui, niſi prius ſatisfecerint, vel cautione data promiſerint, ſe ſatisfacturos, pœnitentiæ digni Sacramẽto nõ exiſtimãtur.

Idemq; Bonifacius Octauus, ne aliquorum delicta cauſam præbere poſſint, vt Eccleſia ſuis debitis obſequijs defraudetur, intereaq; Eccleſiarum miniſtri, dũ à ſuis muneribus immunitatem haberent, otio torperent, & forte etiam ritus Eccleſiæ ſacros tã ipſi, quàm Laici obliuiſcerentur, ea propter conſultè diſpoſuit,

vt interdicti tẽpore omnibus diebus in Eccleſijs Miſſæ non minus celebrentur, quàm prius, ſubmiſſa tamẽ voce, & Ianuis clauſis, Excommunicatis, & interdictis excluſis, ſine Campanarum tinnitu, quibus officijs ſi qui Clerici, vel Canonici earũ Eccleſiarum nõ interfuerint, in quibus Eccleſijs diſtributiones quotidianæ illis tãtùm tribuuntur, qui horis Canonicis interſunt, ipſis diſtributionibus Canonicis non ſecus priuatos eſſe iubet, quàm, ſi nulla interdicti ſententia ſubeſſet.

Quatuor autem ſolẽnibus anni diebus ianuas quoque patefieri Eccleſiæ, Campanas pulſari, & clara voce officia celebrari cõcedit, qui dies ſunt: Natalis Dominici, Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Sacræ Virginis, *a* addito etiam per Martinum Quintum, & Eugenium Quartum, ſolenni Corporis Chriſti die vſque ad eius octauam. *b*

a c. ſi. d. ſen. excom. l. 6.
b Sum. Angel. uer. iter dictum. 6. §. 16.

Quæ quidem ſuprà dicta de Interdicto generali, vel ſpeciali intelligenda ſunt, non de ſingulari; nam, ſi interdictum eſſet ſingulare, neque etiam prædictis diebus ſolennibus ea licerent, nec alijs diebus etiam ſubmiſſa voce, alijſue ſupradictis obſeruatis celebratio officiorum permitteretur. *c*

c Sum. Angel. d. uer. interdictũ 6. §. 16. i. ſi. & §. pri. ex gl. d. c. ſi.

Ac prædicta quidem Bonifacij modò relata conſtitutio longè melius, vtiliusque prouidit, quàm conſtitutio Gregoriana, quæ ante hanc emanarat, illa ſiquidem interdicti lati tempore ſemel in hebdemoda tantùm Miſſas celebrari Euchariſtiæ conficiendæ gratia permittebat, voce ſuppreſſa, ianuiſque Eccleſiæ obſeratis, & omni campani æris tinnitu ceſſante: *d* plenius etiam, vberiuſque prouidit, quàm conſtitutio Innocentiana, *e* qua nec pœnitentia morientibus, nec verè pẹnitentibus viaticum denegatur, & qua conceditur, vt Clerici decedentes, qui tamen ſeruauerint interdictum, in cœmiterio Eccleſiæ ſine Campanarũ pulsatione ceſſantibus ſolennitatibus omnibus cum ſilentio tumulentur, & qua etiam diſponitur, vt in cõuentualibus Eccleſijs bini & bini, vel ſimul tres Canonicas horas valeant legere ianuis clauſis, Interdictis,

d c. permittimus. eo. ti. d. ſen. exco. extra.
e c. quod te. d. pœnitent.

& Ex-

& Excommunicatis excluſis,& voce ita demiſſa, vt extra exaudiri non poſſint. *a*

a d.c. quod te. de pœnit. & remiſ.

Baptiſmus,& Confirmatio,& Chriſmatis cõfectio, & Viaticum,& Pœnitentia (vt etiam ſuprà diximus). Item Matrimonium interdicto vigente non cenſentur adempta. *b*

b c.ſacro.de ſen. excõ. d. ca. quod te. Ab.c. nõ eſt de ſponſal.

Is verò,qui ſcienter celebrat in loco ſuppoſito interdicto(niſi ſuper hoc priuilegiatus ſit, vel à Iure cõcedatur)irregularitatẽ incurrit,à qua nequit per alium, q̃ per Ro. Pontificẽ liberari, & adeo efficitur ineligibilis,vt nec ad eligendum cum alijs ſit admittendus. *c*

c c.is qui.§. fi.de ſen. ex com.in 6.

Et Religioſi quicumq; tam exempti,quàm nõ exẽpti(cuiuſcunq; ordinis,vel conditionis ſint)interdicta Sedis Apoſtolicæ authoritate, vel à locorum ordinarijs,vel Conciliorũ Prouincialium ſtatutis inflicta obſeruare inuiolabiliter tenẽtur(cũ illa tñ moderatione, quam ſuprà ex Bonifacij Octaui conſtitutione retulimus) *d* cum Cathedralẽ,vel Matricem, ſeu Parochialem Eccleſiam loci Eccleſiam illa viderint, vel ſciuerint obſeruare(non obſtãtibus quibuſcumq; appellationibus antea vel ad Sedem Apoſtolicã, vel alios interpoſitis,nec obiectibus quibuſcumq;)quæ nõ obſeruantes Excõmunicationis ſententiã eo ipſo incurrũt. *e*

d d.c.fi. de ſent.excom. in 6.

e Cle.pri. de ſenten.excõ.

Ac Domini temporales Excommunicationis ſententia,à qua per Sedem Apoſtolicam tantum abſolui poſſint, innodantur, ſi in locis interdicto ſuppoſitis quemquã diuina officia celebrare quomodolibet cogere auſi fuerint,aut,ſi modo prædicto ad officia audienda aliquos Excommunicationis pręſertim vel interdicti ſentẽtia ligatos euocare, ſeu ne interdicti Eccleſias, dum in ipſis Miſſarũ aguntur ſolennia, à celebrantibus moniti exeant,prohibere non formidarint: necnon & hi,qui,cum interdicti ſint, in Eccleſijs tamẽ contra expreſſam celebrantium monitionem remanere non exhorruerint,quæ quidem à Clemẽte Quinto ſtatuta fuerunt. *f* Sed & ante eum Gregorius Nonus iuſſerat,vt,quiſquis interdictum violaſſet,ab officio,& beneficio, omniq; Iuriſdictione ſuſpenderetur, *g* & Innocen-

f Cle. graui.de ſentẽ. excom.

g c.fi.inſi.de exceſ.prælat.

Innocentius Tertius ſanxerat, vt Clerici, qui poſt latam interdicti ſententiam in locis interdicto ſuppoſitis diuina officia celebrare auſi fuiſſent, Eccleſiaſticis beneficijs ſpoliarentur, Monachi verò, vel Moniales in arcta Monaſteria ad pœnitentiam agendam detruderentur. *a*

a c. poſtulaſtis. §. quæſiuiſtis. de cler. excom. min.

Interdictum ſoluitur lapſo tẽporis ſpatio, ad quod vſque indictum fuerat, puta, ſi vsque ad annum poſitum fuerat, lapſo anno interdictum erit finitum, ſic, ſi interdictum aliquam conditionem ferebat, puta, donec quis ſatisfecerit, vel quandiu quis aliquid egerit, Interdicti vis ipſo facto, cum fuerit ſatisfactum, deſinet, vel cum id agere deſierit, nec vlla abſolutio deſiderabitur, *b* quamuis Excommunicatio ad tempus lata poſt id temporis etiam abſolutionem deſideret, ab ſolutioni enim ab Excommunicatione faciendæ certa forma præſcripta eſt.

b Abb. c. nõ eſt. de ſpõſal. num. 7.

Sed, ſi Interdicti ſententia ſimpliciter lata ſit, abſolutionem expectabit, & ſi quidem à Iudice lata ſit, ab eodem Iudice, qui eam tulerit, auferetur, vel ab eius ſuperiore. Sin à Iure interdictum ſit impoſitum, Ordinarius, vel Legatus Sedis Apoſtolicæ ipſius tollendi Ius habebunt, niſi Canonis conditor ipſius auferendi poteſtatem ſibi reſeruauerit. *c*

c Sum. Angel. uer. interdictum. 8. in prin.

Non eſt ignorandum, quod relaxatio ad cautelam quo ad interdicti ſententias, in Ciuitates, Caſtra, vel quælibet alia loca ſiue terras aliquas generaliter promulgatum vim non habet. *d*

d c. præſenti. de ſent. excom. in 6.

De Ceſſatione, Tit. XIII. *& vltimus*

INTERDICTO Eccleſiaſtico quàm ſimilima eſt ceſſatio, quam Clerici faciunt, dũ diuina officia Laicorũ irritati iniurijs intermittunt, nã & ipſa quãdoq; generalis eſt, plerũq; ſpecialis, ſed cum ſpecialiter tamẽ fit, videlicet, in aliqua Eccleſia tãtũ, non modicum ab interdicto diſcrepat; nam nec irregularis efficitur, qui in ea celebrat, nec Religioſus eam nõ ſeruans Excõicatur, quamuis ea Eccleſia matrix ſit. *e* Opportet

e Sum. Angel. uer. ceſſatio. pri.

autem

autē eos, qui hoc modò ceſſant, hoc Ius ceſſandi habere ſaltē ex cōſuetudine, & interdicti exemplo nō pro quauis offenſa leui, ſed pro grauioribus tantū fieri debet, puta, ſi onera Clericis ꝑ Laicos imponātur. Si cōtra eorū libertatē ſtatuta à Laicis facta ſint. Si à Principe ſeculari Clericus detineatur captiuus. *a* Si Epiſcopus Eccleſiæ oneroſus ſit, vel alius Clericus ei ſit iniurius, *b* hæc quippe, & ſimilia poſſunt iuſtam cauſam ceſſationi præbere, penſionis autem ſubtractæ cauſa nequaquam ceſſatio fieri poteſt. *c*

a c. 2. ubi gl. uer. ceſſare. et uer. cauſa. de offi. ordi. in 6.

Et quid in ceſſatione facienda ſeruari debeat, duo Romani Pontifices, ſcilicet Gregorius Nonus, & Bonifacius Octauus præſcripſerunt, quorum alter, ſcilicet Bonifacius ſtatuit, vt quibus à diuinis ceſſandi ex Iure vel conſuetudine facultas competit, Seculare, vel Regulare Capitulum, Collegium, ſeu Conuentus Eccleſiæ cuiuſcumque id ne faciant, niſi omnibus vocatis, perinde ac ſi electio quæpiam eſſet celebranda, & deliberatione inter ſe facta, ab eo percunctentur, qui ceſſationi cauſam præbet, an velit irrogatam offenſam ſarcire, qui ſi velle ſe ſarcire reſponderit, non ceſſabunt, ſin contrà, ceſſare poterunt, ita quod intra menſem à ceſſatione vtraque pars, vel per ſe, vel per Procuratores ad Summum Pontificem iter arripiat, niſi concordia interim inter eos contracta ſit, & quàm celerrimè poterunt, ſe coram Pontifice Maximo ſiſtent, vt ille negocium finiat, meritoſque condignè puniat: quæ ſi pars ceſſare volens non ſeruarit, ceſſatio parui erit æſtimanda, *d*

b c. quāuis. in 6. de offi. ord.

c d. c. 2. cum glo. ꝗ offi. ordin. in 6.

d d. c. quamuis. ꝗ offi. ordin. ī 6. ubi glo. uer. mittendo.

Alter verò, id eſt, Gregorius hanc formam dedit, vt, qui ceſſare volunt, propoſiti huius cauſam inſtrumento publico, vel literis patentibus exarent ſuo aut alieno authentico ſigillo obſignatis, illiqúe edant, cuius odio ceſſare decreuerint, quam ſi formam prætermiſerint, vel cauſam non legitimam prætulerint, quicquid medio tempore ab ea Eccleſia tulerint, vel perceperint, reſtituere cogentur, nec aliquid deinceps percipient, eiq; in cuius ceſſauerint contumeliam, de iniu-

ria ſatisfacient: at ſi non iniuſtè eos ceſſaſſe conſtiterit, quicquid ſua interfuerit, ab his repetent, quorum irritati iniurijs ceſſauerint, & certam prætereа quãtitatem, quam Prælatus fuerit arbitratus: eorumque reiecit, & damnauit conſuetudinem, qui in huiuſmodi ceſſationibus Crucem, aut Virginis ſanctæ, aliorumve Sanctorum imagines ſpinis, vel vrticis obruere conſueuerunt. *a*

a c.2. de offic. ord. in 6.

Sed ante hos Innocentius Tertius ſtatuerat, vt ſi Canonici abſq; manifeſta, & rationabili cauſa maximè in contemptum Epiſcopi ceſſauerint à diuinis, Epiſcopus, ſi voluerit, nihilominus celebret in Eccleſia Cathedrali, & Metrapolitanus ad querelam ipſius tãquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegatus ſic eos per cenſuram Eccleſiaſticã cognita veritate caſtiget, vt pœnæ metu talia de cætero non præſumant. *b*

b c. irrefragabili. §. cæterũ. extra. de offic. ordi.

Si qui autem Religioſi tam exempti, quàm non exempti, cuiuſcumq; ordinis, & conditionis exiſtant, ceſſationes generales à diuinis Ciuitatum, Terrarũ, & aliorum locorum, quas ex conſuedine, vel aliàs, Capitula, Collegia, vel conuentus ſecularium, aut Regularium Eccleſiarum, ſibi vendicant, non obſeruarint, cum Cathedralem, vel Matricem, ſeu Parochialem loci Eccleſiam illam viderint, vel ſciuerint, obſeruare, Ex communicationis ſententiæ ipſo Iure, ſubiacebunt, non obſtantibus quibuſcumq; appellationibus antea etiam ad Sedem Apoſtolicam, vel alios interiectis, & obiectibus quibuſcumque. *c*

c Cle. pri. de ſenten. excõ. in 6.

Et hæc quidem DEO Optimo Maximo annuente, PII Quarti Pontificis Maximi anno VI. CAROLI Borromæi Ampliſsimi Cardinalis auſpicijs, publicæ vtilitati ſtudentes nuper edidimus anno poſtquam eis primam manum admouimus tertio decimo, & à prima editione ſecundo. Quæ Sanctæ Romanæ Eccleſię in primis, tum cuiuſcumq; melius ſentientis cenſuræ, & Iudicio prona, & obedientia ſubiacere omnino volumus & mandamus.

Explicit Liber Quartus, & vltimus.

Index Rubricarum.

A

Apoſtatis. 144 a
Authoritate & vſu Pallij. 29. b

B

Baptiſmo. 98 b

C

Ceſſatione. 159 b
Clericis non reſidétib. 60. b
Cognatione ſpirituali. 118 a
Confirmationis Sacraméto. 101 a
Confirmatione electi. 27. a
Conſecratione Eccleſiæ vel Altaris. 82 a
Conſecratione Epiſcopi. 28. b
Conuerſione coniugatorum. 114. b
Crimine falſi. 147. b

D

Decimis. 87. a
Deſponſatione impuberum. 113. a
Diuortijs. eo. b
Diuerſis delictis. 148. b

E

Eccleſijs ædificãdis vel ſarciẽdis, & reſtituendis. 83. a
Electione. 18. a
Excommunicatione. 135. a

G

Gradibus cognationum. 115. a
Gradibus & generibus affinitatis. 116. b

H

Hæreticis. 140. b
His qui crimen hæreſis quærere & vendicare poſſunt. 144. b
His qui poteſtatem habent ordinandi, & literas dimiſſorias dandi. 10. a

I

Immunitate Eccleſiarũ. 86. b
Interdicto. 157. a
Iudicijs. 119. a
Iure Canonico. 1. a
Iureiurando. 113. a
Iudicijs priuatis. 126. a
Iure patronatus. 77. b

M

Matrimonio, ſeu Sacramento Matrimonij. 106. b

O

Officio Ordinarij. 31. a
Officio Legati. 34. b
Officio Delegati. 36. b
Officio Conſeruatorũ. 39. a
Officio Archidiaconi. 41. a
Officio Archipresbyteri. eo. b
Officio Primicerij vel Cantoris. 42. a
Officio Sacriſtæ & Cuſtodis. eo. b
Officio vtriuſq; Vicarij. 43. a
Officio & poteſtate Capituli Sede vacante. 33. a
Ordinibus Clericorum. 2. b

P

Peculio Clericorum. 93. a
Penſionibus. 76. b
Permutatione bñficiorũ. 85. b

X Pœnis

Pœnis. 150. b
Poſtulatione Prælatorũ. 25. a
Præbendis. 64. a
Prohibita beneficiorum multiplicate. 70. b
Procurationibus. 47. b
Q
Quando & quibus ſolennitatibus res Eccleſiæ alienari poſſunt. 90. a
Qui Clerici matrimonium contrahere poſſunt, qui non. 58. b
Qui pomoueri non poſſunt. 12. b
Quibus modis de crimine agatur. 137 b
Quibus modis beneficia vacent. 70. a
R
Regularibus, & eorum ſtatu 49. a
Religioſis domibus, & earum ſubiectione. 80 b
Renuntiatione. 84. a
Reſcriptis. 7. a
S
Sacramentis Eccleſiæ. 97. a
Sacramẽto Pœnitentiæ. 101. a
Sacram. Euchariſtiæ. 103. a
Sacra Vnctione. 104. b
Sacramento Ordinis. 106. a
Sciſmaticis. 144. a
Sepulturis. 92. b
Simonia. 139. b
T
Temporibus ordinationum. 17. b
Teſtamentis. 93. a
Translatione Epiſcopi. 30. b
V
Viſitatione per Prælatos facienda. 45. a
Vita & honeſtate Clericorũ. 55. a
Vnionibus. 73. b
Voto. 63. b
Vſuris. 145. b
Vſucapionibus, & præſcriptionibus. 135. a

Index Materiarum.

A

ABbatia eſt dignitas. 9. b
Abbas creatus presbyter & benedictus confert primam tonſuram. xi. b
Abbatiſſa poſt quod tempus benedici debeat. 29. a
Abauus &
Abnepos ſunt in quarto gradu. 16. a
Actio publiciana quæ ſit. 127. b
Actio reſciſſoria quæ. eo.
Actio in perſonam ex quibus cauſis oriatur. eo.
Actiones omnes de Iure Canonico ſunt bonæ fidei. eo. b
Actiones bonæ fidei de Iure Ciuili quæ ſint. eo.
Actio de peculio, & quædam aliæ non ſunt nomina actionum. 131. b
Actio quod iuſſu. 132. a
Actio de in rem verſo eo.
Actio exercitoria. eo.
Actio inſtitoria. eo.
Actio tributoria ad quid cõpetant. eo.
Actio in rem quæ ſit. 12. b
Actio in perſonam. eo.
Actio ſeruiana, & quaſi ſeruiana. eo.
Actiones præiudiciales. eo.
Actio confeſſoria & negatoria. eo.
Acolyti qui. 8. a
Accuſator debet eſſe legitimus. 137. b
Actionis nomẽ nõ eſt exprimendũ neceſſario in libello de Iure Canonico. 120. a
Actori quomodo prouideatur, ſi reus ſit contumax in actione reali. 120. b
Actori quomodo conſulatur, ſi reus ſit contumax in actione perſonali. eo.
Accuſatus an debeat ſe ſubſcribere. 137. b
Accuſatus debet comparere perſonaliter. eo.
Adulteri pœnæ. 149. a
Aetas ordinandorum. 16. a
Aetas præficiendorum. eo. b
Affinitas quid ſit. 116. a
Affinitas contrahitur etiam ex illicito coitu. eo. b
Affinitas non coutrahitur inter eos qui ſimul coeunt. e. b
Affinitas habet tres ordines. e.
Affinium aſcendẽtium & deſcendentium, & tranſuerſalium nomina. eo.
Affinitatis genera quæ ſint. 117. a
Affinitas quæ obſtat matrimonijs. 107. b
Affinitatis genus quod impediat matrimonium: 117. a
Alienatio rerũ Eccleſiaſticarũ qñ fieri poſſit. 90. a & ſeq.
Altare qũo conſecretur. 83. a
Altare quotuplex. 82. b
Amita ẽ ĩ ſecũdo gradu. 115. b
Amita quæ ſit. 116. a
Appellatio intra qđ tẽpus debet

bet interponi. 123. a
Appellatio in actibus extraiudicialibus. eo. a
Appellatio ſecundum Canones permittitur in qualibet parte Iudicij. eo.
Appellatio non conceditur niſi à diffinitiua ex Concil. Trid. eo.
Appellatio ab vno ex pluribus interpoſita. eo. b
Appellatione pendente innouatam. eo.
Appellatio à Vicario Epiſcopi ad quem deuoluatur. eo.
Appellatio ante ſnĩam diffinitiuã ad Archiepiſcopũ facta qũo committatur. eo.
Appellatione facta quando inhiberi poſſit. eo. b
Appellatione temere interpoſita qd ſeruandum. eo.
Appellatio interponitur ab Epiſco.ad Archiepiſ.in caſibus in quibus habẽt temporalem Iuriſdictionem. eo.
Appellans quid ſeruare debeat. 125. a
Appellationis cauſa intra quantum tempus expediri debeat. eo.
Appellatio vltra duas vices non permittitur. eo.
Appellans infra quot dies petat apoſtolos. 123. b
Appoſtoli qui ſint. eo.
Arbitria ſunt redacta ad inſtar Iuditiorum. 119. a
Archidiaconatus eſt dignitas. 10. a
Archidiaconus eſt Vicarius Epiſcopi de Iure. 41. a
Archidiaconus eſt oculus Epiſcopi. eo.
Archidiaconus quibus præſit. eo.
Archidiaconus ponit in poſſeſſione Prælatos. eo. b
Archidiaconus debet eſſe Diaconus. eo.
Archidiaconus non committit curam animarum. eo.
Archidiaconus nõ poteſt dare literas cõmendatitias. eo.
Archidiaconi officium. eo.
Archiepiſcopus ante Pallij ſuſceptionem nõ habet plenam adminiſtrationẽ. 29. b
Archiepiſcopus nõ habet Iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum. 32. b
Archiepiſcopus habet Iuriſdictionem in omnes ſuos ſuffraganeos. eo.
Archipresbyteratus eſt dignitas. 10. a
Archipresbyter preeſt alijs præsbyteris. 41. b
Archipresbyter tenet locum Epiſcopi abſentis in officijs celebrandis. eo.
Archipresbyteri officia. eo.
Archipresbyteri ruralis officium. 42. a
Archipresbyter ſubeſt Archidiacono. eo.

Archipresby-

Archipresbyter debet eſſe Presbyter. eo.
Auunculus ē in ſecundo gradu. 145. b
Auunculus qui ſit. 116. a
Auus eſt in ſecundo gradu. 115. a

B

Baptiſmus quid ſit. 99. b
Baptiſmus vtilior Circunciſione. eo.
Baptiſmi vtilitas. eo.
Baptiſmus duplex. eo.
Baptiſmi ſolennis cærimoniæ. eo.
Baptiſmus eſt neceſſarius. eo.
Baptiſmus Paruulorum. eo.
Baptiſmus non valet ſine Aqua. 99. a
Baptiſmus flaminis, fluminis, & ſanguinis qui ſint. eo.
Baptizati in pueritia non rebaptizandi. eo. b
Baptiſmus non vitiatur per ignorantiam baptizātis. eo.
Baptiſmi officium eſt Sacerdotum. 100. a
Baptiſmus nō eſt iterādus. eo.
Baptiſmus quibus uerbis conferatur in caſu dubio, an quis ſit baptizatus. eo.
Baptizare poſſunt Laici, & alij in neceſſitate. eo.
Baptizare nemo poteſt ſeipſum. eo.
Baptizare negligens Presbyter quomodo puniatur. eo.
Baptiſmus Iudæorum. eo.
Baptizatū quot ſuſcipere debeant de ſacro fonte. 118 b
Benedictio Sponſi & Sponſæ. 111. b
Benedictio Abbatiſſæ intra quantum tempus fieri debeat. 29. b
Benedictio Virginum eſt ordinis Epiſcopalis. 31. b
Beguinarum ſtatus. 53. b
Beneficia conferenda ijs qui reſidere poſſunt. 63. b
Beneficia quis conferre poſſit. 65. a & b
Beneficia omnia in manu Papæ. 66. a
Beneficia vacantia apud curiam Romanam reſeruata Papæ. eo.
Beneficia vacare in curia quę dicantur. eo.
Beneficia reſeruata nemo cōfert. eo.
Bñficium cui Sū. Pōtif. manū appoſuit nemo confert. 67. a
Beneficio quādo dicatur manus appoſita. eo.
Beneficij collatio ſpectās ad vnum de Capitulo, non dicitur ſpectare ad Capitulū. e. b
Bñficia vacātia in curia Sede vacante quis conferat. 66. a
Beneficiorū qualitatibus derogari non debet. 69. b
Beneficia largiſſime interpræ tantur. 68. b
Bñficij appellatione nō venit penſio in literis gratiæ. 69. a

Beneficium conferri non debet prius quam vacet. 70. a
Beneficiorum cauſæ ſummariæ. eo.
Beneficia quibus modis vacent. eo. b
Beneficiorum multiplicitas reprobata. eo. b
Beneficia non debent defraudari debitis obſequijs. eo.
Beneficiorum multiplicitati qua via occurratur ſecũdum diuerſa Iura. 71. a
Beneficia plura quando haberi poſſunt, 73. b
Beneficiorũ ademptio. 151. b
Beneficiũ ſcindi nõ debet. e. b
Beneficium ſimpliciter conferri debet. 73. b
Bigami qui ſint. 12 b
Bigami ordinari non poſſunt. 13. a
Blasfemi pœna. 151. b

C

Canonicus effici poteſt etiã Pſalmiſta. 9. b
Canonicus non habet vocem inter Canonicos niſi ſit Subdiaconus. eo.
Canonici appellantur fratres ab Epiſ. eo.
Canonici Eccleſiæ Cathedralis non ſunt in dignitate ſed equiparãtur dignitatibus. e.
Canonicus non debet eſſe ſine præbenda. 64. a
canonicus diſtriburiones quotidianas habere nõ debet. e.
Capitulum quando conferre poſsit. 133. a
Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Sede vacãte ſuccedit in Iuriſdictione Epiſcopi. 32, a
Capituli poteſtas Sede vacante. eo.
Cardinales prohibentur habere plura beneficia. 72. b
Cardinalatus nõ eſt ordo. 9. b
Cardinalis debet eſſe Diaconus. eo.
Cardinalis licet non ſit Epiſcopus tamen habet multa competentia Epiſcopis. eo.
Cardinalium officium & poteſtas. 10. a
Cardinalis Epiſcopus appellatur frater à Sum. Põtif. e. a
Cardinalem offendentis pœna. 149. a
Carceris pœna. 151. b
Caſtitas primum fundamentum Clerici. 58. b
Cathecíſmo cõtracta cognatio qué effectũ habeat. 119. a
Cauſæ ſummariæ quæ ſint. 125. a
Cauſarum ſummariarum natura. eo.
Cauſę præſtãtes excuſationẽ à reſidentia. 61. b
Cenſura Eccleſiaſtica quid ſit. 152. a
Cenſuarius contractus qui ſit. 130. a
Ceſſatio quid ſit. 159. b

Ce ſſa-

Ceſſatio à diuinis quare fiat 160. a
Ceſſationis effectus. eo.
Citatio requiritur in præiudicialibus. 119. b
Citatio eſt Iuris naturalis. e.
Clerici vnde dicantur .7. b
Clericorum quot genera .e.
Clericorũ nouẽ ordines. eo.
Clerici non ſunt omnes Eccleſiaſtici. eo.
Clericorũ alia diſtinctio.59.b
Clericorum ordinatio & depoſitio ſunt ordinis Epiſcopalis. 31. a
Clericus nõ debet conueniri coram Iudice Laico. 119. b
Clericis interdicta. 55. a
Clerici debent ferre tonſuram. eo. b
Clericorum habitus. eo.
Clerici non poſſunt eſſe Tabelliones. eo.
Clerici no poſſunt eſſe miniſtri in Iuditio ſeculari. 99. a
Clerici ab omnibus actibus ſanguinarijs remoti. eo.
Clericorũ vſurariorũ pęna. e.
Clericorum arma portãtium pœna. eo.
Clerici percuſſoris pœna. eo.
Clericis venatio interdicta. e.
Clerici quibus ſtudijs dare operam debeant. eo.
Clerici fornicatoris pœna. 57. b
Clericis mulierum conſortiũ interdictum. 58. a
Clerici in ſacris non poſſunt cõtrahere matrimoniũ. 59. a
Clericus in minoribus matrimonium cõtrahere põt. eo.
Clericus vxoratus perdit beneficium. eo.
Clericus vxoratus quæ priuilegia amittat. eo.
Clericus quomodo reſidere cogatur. 60. b
Clerici non reſidentis pœna ex Cõcilio Tridentino. 61. b
Clericus quando non teneatur reſidere. 62. b
Clerici non reſidentis fructus cui applicentur. eo.
Coadiutores qui ſint. 33. b
Coadiutores à quibus habeãt ſumptus. eo.
Coadiutores quando poſſint dari cum ſpe futuræ ſucceſſionis. 33. a
Codicillorum mentio. 94. a
Cognationis tres ſpeties. 107. b
Cognatio impediens matrimonium. 108. a
Cognatio tres ordines habet. 115. a
Cognatio ſpiritualis inter quos contrahatur. 118. a
Cognatio ſpiritualis inducitur etiã per catecíſmũ. 119. a
Collatio, pręſentatio, inſtitutio, quomodo differant. 68. b
Collatio Summi Pontificis eſt efficacior. 69. b

Collatio beneficiorum eſt Iuriſdictionis Epiſcopalis. 27. b
Collegiatæ Eccleſiæ Rector habet dignitatem. 9. a
Commodatũ quid ſit. 128. b
Commodatum differt à precario. eo.
Commodatum quando reuocetur. eo.
Commodatarius ad quid teneatur. eo.
Communi diuidundo actio. 131. b
Concilia principalia quot ſint. 6. a
Concilium generale quis cõgregare poteſt. eo.
Gonciliorum generalium poteſtas. eo.
Conciliorum Prouincialium & Diœceſanorum poteſtas. eo. b
Concilium Prouinciale vel Diœceſanum quis congregare poteſt. eo.
Confirmationis Sacramentum. 100. a
Confirmatio fit cum examinatione. 27. a
Confirmans indignum quomodo puniatur. eo.
Confirmandi Ius ad quem ſpectat. eo.
Confirmatione non habita adminiſtrans quomodo puniatur. eo.
Cõfirmatione nõ habita quæ adminiſtrari poſſint. eo. b
Confirmatus nondum conſecratus quæ habeat. eo.
Confirmatio quanto tempore petenda. 27. b
Confirmatio facta poſt appellationem ad Sedem Apoſtolicam eſt irrita. 28. a
Confirmationem precedere debent edicta. eo.
Confirmatione irritata non irritatur electio. eo. b
Confirmandi Ius eſt Iuriſdictionis Epiſcopalis. 31. b
Confirmationis Sacramenti miniſter. 100. b
Confirmationis effectus. eo.
Condictio indebiti vnde naſcatur. 131. b
Conſeruator quis poteſt eſſe. 39. b
Conſeruator non cognoſcit requirentia indaginem Iuditij. eo.
Conſeruator non datur extra Ciuitatẽ vel Diœceſim. eo.
Conſeruator quãdo poſsit cõmittere vices ſuas. 40. a
Conſeruator non præiudicat Iudicibus ordinarijs in criminalibus. 40. b
Conſeruator actoris non eſt Iudex etiam in ciuilibus. eo.
Conſeruator non debet habere tribunal erectum. eo.
Conſeruatoris officium quãdo finiatur. 41. a
Contumacia an faciat damnari abſentem. 139. a

Conſecratio eſt ordinis Epiſcopalis. 27. b
Conſecratio Epiſcopi quãdo fiat. 28. b
Cõſecratio Sum.Pontif.29.a
Conſecratio Epiſcopi quanto tempore petenda fit. eo.
Cõſecratio à quibus fiat.eo.b
Conſecratio vbi & qua hora fiat. eo.
Conſecratio Eccleſiæ vel Altaris. 83. a
Conſobrinus, conſobrini filius, & conſobrini nepos in quo gradu ſint. 115. b
Conuerſi non ſunt clerici ſed Eccleſiaſtici. 7. b
Corpore vitiati an ordinari poſsint. 13. a
Corrigendi Ius eſt iuriſdictionis. 27. a
Correpiſcopi qui eſſent. 9. a
Criſmatis confectio eſt ordinis Epiſcopalis. 28. b
Criminoſi an poſsint ordinari. 14. b
Crimina per modũ exceptionis quãdo opponãtur. 139. a
Crimina oppoſita per modũ exceptionis nõ puniũtur. eo.
Crimẽ notorium punitur ſine forma Iuditij. eo.
Crimen Læſæ Maieſtatis. 148. b
Criminales cauſæ pertinent ad Iuriſdictionem Epiſcopi. 149. a
Crimen non punitur ex ſola ſuſpitione. eo.
Cura animarum eſt ars artium. 67. a
Cuſtodis officium. 42. b

D

Decimæ quotuplices.
Decimæ prædiales.
Decimæ perſonales. 87. b
Decimas Laici non poſſunt poſsidere. eo. b
Decimę noualium. 89. b
Decimas qui Religioſi non ſoluant. eo.
Decimam Eccleſia præſcribit quadraginta annis. eo.
Degradatio quid.
Degradatio quomodo fiat. 151. a
Delegatus Principis de Iure Canonico poteſt delegare media cauſæ. 36. b
Delegatus Summ.Pontif. debet eſſe peritus. eo.
Delegatur à Principe etiam minor 25.ann. 25.eo.
Delegatus à Principe debet habere dignitas. eo.
Delegari à Principe poteſt ſimplex clericus. 37. a
Delegatio facta dignitati trãſit ad ſucceſſorem in dignitate. eo.
Delegatio non prorogatur ab vna perſona ad aliam. eo.
Delegari non poteſt quis vltra vnam dietã extra Diœceſim. eo. b
Delegationis faciendę plures formæ.

formæ. eo. b
Delegatorum vno impedito quid ſeruandum. 38. a
Delegatus an ſubdelegare poſſit collegam. eo. b
Delegatus an collegam præuenire poſſit. eo.
Delegatus debet ſeruare fines mandati. eo.
Delegatus poteſt compellere ſubdelegatum ad ſuſcipiendum. eo. b
Delegati,& ſubdelegati poteſtas contra tertios quando vigeat. eo.
Delegati poteſtas in acceſſorijs, & dependentibus. 39. a
Delegatus an reuocare poſſit ſubdelegationem alteri factam. eo.
Delegatus an exequatur ſententiam. 39. a
Delegati officium quando finiatur. eo. b
Delegatus debet fidem facere de mandato. eo.
Denunciatio quid ſit. 138. a
Denuntiatio non fit ſine monitione. 138. b
Denuntiare qui non poſſint. eo.
Depoſiti natura. 128. a
Depoſitum in quibus rebus conſiſtat. eo.
Depoſitum reuocari poteſt. eo.
Depoſitum non admittit cõpenſationem. eo.
Depoſitarius ad quid teneatur. eo.
Depoſitum factum apud clericum. eo.
Depoſitio quid ſit.
Depoſitio quomodo fiat. 151. a
Depoſitio ex quibus cauſis fiat. eo. b
Diaconi ſunt in ſacris. 8. a
Diaconos quis inſtituit. eod.
Diaconorum maximus Stephanus. eo.
Diaconi celebrantis Miſſam ante manus impoſitionem pœna. 17. a
Dignitas Eccleſiaſtica quid ſit. 9. b
Diœceſes quis diſtinxit primus. eo. b
Diſpenſatur quandoque ad plura beneficia. 72. b
Diſtributiones quotidianæ non dantur reſidentibus. 63. a

E

Eccleſiarum immunitates. 86. b

 166

Eccleſiarum Ciuitatis appellatione non venit Eccleſia Cathedralis in gratijs. 68. a
Eccleſiarum Prouinciæ appellatione Metropolitana, & aliæ Cathedrales continentur, eodem.
Eccleſia non debet eſſe biceps. 32. a
Eccleſia quandoque habet duos Epiſcopos. eo.
Eccleſia cui ſubiecta ſit. 80. b
Eccleſiæ ædificationem præcedentia. 82. b
Eccleſiæ conſecratio quomodo fiat. eo.
Eccleſia deſecrata vel polluta quid fiat. eo. a & b.
Eccleſiam ſarcire quis teneatur. 72. b
Electio quid ſit. 18. a
Electio quotuplex. 19. a
Electione facienda qui vocentur. eo.
Electio quæ valida ſit. 20. a
Electio ex ſcrutinio. eo. b
Electio quanto tempore fieri debeat. 21. b
Electio ex compromiſſo. 22. a
Electione irritata quid fiat. eo.
Electus duabus electionibus. 22. a
Electionem calumnians, vel electum quomodo puniatur. eo. b
Electionem impugnare an poſſit, qui ei aſſenſit. eo.
Electionem impugnantes quid ſeruare debeant. 23. a
Electionem an procurator impugnare poſſit. b
Electio Monialium quomodo fiat. eo.
Electionis cauſæ tractantur ſimpliciter, & de plano. 24. b
Electio non reuocatur publicato ſcrutinio. 21. a
Electio Canonica non irritatur confirmatione irritata. 28. b
Eligendus qualis eſſe debeat. 20. b
Electio quando à procuratore fieri poſſit. eo.
Executorum in beneficijs poteſtas quando finiatur. eod.
Exorciſtæ qui ſint. 8. a
Expectatiuæ ſublatæ. 68. b

Electio

Electio à duabus partibus facta eſt validior. eo.
Electio Summi Pontificis debet fieri à duabus partibus. 18. a
Emptionis natura quæ ſit. 129. a
Emptio ſine pretio eſſe non poteſt. eo.
Emptionis pretiũ in pecunia numerata eſſe debet. eo.
Emptio citra dimidiam iuſti pretij reſcinditur. eo.
Emptio cum pacto de redimẽdo quãdo reprobetur. eo.
Emphiteoticus cõtractus qui ſit. eo. b
Emphiteota quando alienare poſſit. eo.
Emphiteota quibus alienare poſsit. eo.
Epiſcopus quando poſſit diſpenſare in pluralitate beneficiorum. 61. b
Epiſco. poteſtas in cauſis hæreſis. 145. a
Epiſcopus quibus caſibus faciat coadiutorem. 32. b
Epiſcopi vnde dicti. 8. b
Epiſcopi ſunt in ſupremo gradu. eo. b
Epiſcoporum quatuor claſſes. eo. b
Epiſcopi quibus præſint. eo.
Epiſcopi conferunt ordines. 10. a
Epiſcopi conferentis ordines extraneo pœna. eo. b
Epiſcopi exercentis pontificialia in aliena Diœceſi pœna. eo. b
Epiſcopus titularis alterius ſubditum ordinans quomodo puniatur. eo.
Epiſcopi per ſe ipſos ordinare debent. eo.
Epiſcopus debet examinare ordinandum cum ei dat literas dimiſſorias. eo.
Epiſcopo quot modis quis ſubſit. eo.
Epiſcopus, qui loco tãtum renuntiauit poteſt ordines cõferre. 11. b
Epiſcopus præſumitur renũtiaſſe loco tantum. eo.
Epiſcopus habẽs Ciuitatem diuerſarum linguarum quid facere debeat. eo.
Epiſcopus Italus quando ordinare poſſit vltramontanum. 12 a
Epiſcopum ſolus Papa priuat Epiſcopatu. 60. b
Epiſcopus quibus remedijs cogatur reſidere. eo.
Epiſcoporum poteſtas, & officium. 34. a
Epiſcopi conſtituũtur in maioribus populis tantum. eo.
Epiſcopus in omni ſua Diœceſi exercet Iuriſdictionem. 32. a
Epiſcopus quando habeat Iuriſdictionem in priuilegiatos. eo.

Epiſcopi

Epiſcopi duo quãdo eſſe poſſunt in eadem Ciuitate. eo.
Epiſcopo deponendo ſolennitas. 151. a
Epiſcopum offendentis pœna. 149. a
Euchariſtiæ Sacramentũ maximum. 103. a
Euchariſtiæ forma q̃ ſit. eo.
Euchariſtiã quis miniſtret. e.
Euchariſtiam qui ſumãt. eo.
Euchariſtiam Laici non ſumũt ſub vtraq; ſpecie. 113. b
Euchariſtiam Paruuli ſumere non tenentur. eo.
Euchariſtia ieiuno ſtomacho ſuſcipienda. 104. b
Euchariſtiam ſuſcipiẽs quot diebus continere debet. eo.
Euchariſtia quomodo cuſtodienda. eo.
Exceptio. declinatoriæ. 12. a
Exceptiones dilatoriæ. eo.
Exceptiones perẽptoriæ quãdo opponantur. eo. b
Exceptiones impedientes litis conteſtationem. eo.
Exceptio perẽptoria nõ inducit litis conteſtationem. eo.
Exceptionis via, crimine oppoſito quid ſeruetur. 139. a
Excommunicatio non fertur pro executione in cauſis ciuilibus. 140. a
Excommunicati an ordinare poſsint. 11. b
Excommunicatus agere non poteſt. 140. a
Excõmunicandi poteſtas eſt Iuriſdictionis Epiſcopalis. 27. a
Excõicatio quotuplex. 152. a
Excõmunicatio quid ſit. eo.
Excõmunicatio minor quomodo incurritur. eo. b
Excommunicatis participãs quando excommunicationem incurrat. eo.
Excommunicatus celebrans quid patiatur. 153. a
Excõmunicatio maior à quo feratur. eo.
Excommunicatio maior quã ob cauſam feratur. eo. b
Excommunicatio hominis quã ob cauſam feratur. eo.
Excommunicatio eſt mucro Epiſcopalis. eo.
Ecommunicatio cum fertur, quid ſeruandum. eo.
Excommunicatio non fertur in vniuerſitatem. 140. a
Excõmunicatus pertinax habetur pro hæretico. eo. b
Excommunicationẽ quis tollere poteſt. eo.
Excõmunicationis caſus reſeruati. eo.
Excõmunicationis exceptio vbi opponitur. 141. a
Excõmunicationis abſolutio ad cautelam. 141.
Excommunicatio nõ eſt pœna capitalis. 152.
Excõicatio eſt formidanda plus quam aliæ pœnæ. eo.

Executores in beneficijs pluriſariam dantur. 67. b

F

Falcidiæ beneficium. 92. b
Falſitas pluribus modis committitur. 147. a
Falſariorum pœna. 148. a
Familiæ herciſcũdę actio vnde naſcatur. 131. b
Feudum quam præſtationẽ exigat. 130. a
Fideiuſſor cui obligationi accedat. 132 b
Fideiuſſores plures quatenus teneantur. 133. a
Fideiuſſores qua actione agant cõtra principalem. eo.
Fideiubere an poſsit Religioſus. eo.
Fideicõmiſſum quid ſit. 93. a
Fideicõmiſſum quotuplex. e.
Filius debet hęres inſtitui vel exhæredari. eo. b
Filij sũt ĩ primo gradu. 115. b
Filiusfamil. quãdo poſsit ſtare in iuditio. 126. a
Frater & Soror ſunt in primo gradu. 115. b
Fratris & Sororis filius.
Frater patruelis & amitinus, ſunt in ſecũdo gradu. 115. b
Fratris patruelis vel amitini filius eſt in tertio gradu. eo.
Fratris nepos eſt in tertio gradu. eo.
Fratris pronepos eſt in quarto gradu. 116. a
Fratris patruelis nepos eſt in quarto gradu. eo.
Frater patruelis.
Frater amitinus.
Frater conſobrinus.
Fratriſſa, qui ſint. eo.
Frigidi cõtrahere nõ poſſunt matrimonium. 108. b
Furioſi contrahere non poſſunt matrimonium. 109. a
Furioſi ordinari non debent. 15. a
Furis pœna. 249. a

G

Gener qui ſit. 117. a
Glos quæ ſit. eo.
Gradus remotior ſpectatur. 111. a
Gradus numerantur non cõputato ſtipite. 115. b
Græci non ordinantur à Latinis. 111. a

H

Hæredis inſtitutio eſt caput teſtamenti. 93. a
Hæreſis deteſtatio. 140. b
Hæreticus qui ſit. eo.
Hæreticorum ſectæ. 141. a
Hæreticorũ qui puniãtur. eo.
Hæreticis fauentes. 142. a
Hæreticorum bona quo trãſferantur. eo.
Hæreticorum vxor an perdat dotem. eo.
Hæreticus habetur qui in excommu-

communicatione pertinax eſt. eo.
Hæreticorum filij. eo.
Hæreticorum debitores liberantur. eo.
Hæretici relinquuntur puniendi ſecularibus. 143. a
Hęretici reuerſi ad fidem. eo.
Hærètici relapſi. eo.
Hæretici poſt veniam impetratam. eo.
Hæretici an ordinari poſſint. 12. a
Hæreſis cauſa quomodo tractetur. 143. b
Hæres legatorũ nomine quo modo ſit obligatus. 131. b
Hipotheca quid differat à pignore. 126. b
Homicida an ordinari poſſit. 14. b
Homicida quomodo puniatur. 149. a

I

Ianitrices quæ ſint. 117. a
Illegitimi an ordinari poſſint. 12. b
Illiteratus non poteſt ordinari. 15. a
Imperatur à quibus eligatur. 12. b
Imperator electus quando reijci poſsit. eo.
Imperator examinatur & coronatur à Sum. Pontif. eo.
Imperator miniſtrat Epiſcopo celebranti. 19. a
Imperator non eſt intra ordines Eccleſiaſticos. eo.
Inceſtus pœna. 147. a
Incendiari. pœna. eo.
Indebitum ſolutum quando repeti non poſsit. 131. b
Inquiſitio ad quem finem fiat. 138. b
Inquiſitionis tramite nõ eſt diffinita certa pœna niſi in aliquibus caſibus. eo.
Inquiſitio non fit niſi fama præcedente. eo.
Inquiſitores qui ſint. 144. b
Inquiſitorum ætas. eo.
Inquiſitoris officium non finitur morte mandantis. eo.
Inquiſitores an ſe impediant de ſortilegijs. eo.
Inquiſitorum poteſtas in negocijs fidei. 144. a
Inquiſitores non inquirunt contra Epiſc. & officiales Apoſtolicos. eo. b
Interdictum quid ſit. 157. a
Interdictum quotuplex. eo.
Interdictum generale perſonarum. eo.
Interdictum ſpeciale perſonarum. eo. b
Interdictum particulare perſonarum. eo.
Interdicta locorum. eo.
Interdicti ſententiam qui ferre poſsint. eo.
Interdicti ſententia quando ferri poſsit. 158. a
Interdicti qui poſsint. eo.
Interdicti tempore quæ ſint prohibita.

prohibita. eo.
Interdictum quomodo tollatur. eo. b
Iudicandi poteſtas eſt Iuriſdictionis Epiſcopi. 27. a
Iudicium quid ſit. 119. a
Iudicium poſſeſſorium & petitorium quæ ſint. eo.
Iudicium poſſeſſorium quotuplex. eo.
Iudicium aliud ſummarium aliud ordinarium. eo. b
Iudicij alia diuiſio. 126. a
Iudicium criminale & iudicium ciuile quæ ſint. eo.
Iudicium quando exerceatur per officiū Iudicis. eo.a.& b
Iudicio quæ interueniant. 122. a
Iuramentum quid ſit. 132.a
Iuramentū quotuplex. eo. b
Iuramenti promiſſorij exempla.eo.& ſeq.
Iuramentum Imperat. cum coronatur. eo.
Iuramentum Sum. Pontif. cū coronatur. eo.
Iuramentum Epiſc. eo.
Iuramentum Regum. eo.
Iuramentum aliorum inferiorum. eo.
Iuramentum accipientis Pallium. eo.
Iuramētum tres comites habere debet eo.
Iuramenta quæ ſeruari nō debeant. eo.
Iuramentum reſeruat Ius ſuperioris. 133. a
Iuramentū non præiudicans animæ ſeruandum. eo.
Iuramentum vi vel metu extortum an obliget. 134. b
Iuramentum contrarium libertati Eccleſiaſticæ non obligat. eo.
Iuramentum ad illicita & impoſsibilia nō obligat. eo.
Iuramētum deciſorium quotuplex. eo.
Iuramentum in litem. eo.
Iuramentum eſt fori Eccleſiaſtici. eo.
Iuramentum facit valere actū oī meliori modo. 135. a
Iuramentum impedit purgari moram. eo.a
Iuramentum præciſe obligat. eo.
Iuramentum interpellat. eo.
Iuramentum confirmat aliquos contractus. eo.
Iuramentum impedit pœnitere in contractibus. eo.
Iuramentum tollit beneficiū excuſsionis. eo.
Iuramentum inducit caducitatem. eo.
Iuramentum tranſgredientis pœna. eo.
Iuramentum cōmutans non deierat. eo.
Iuramentum calūniæ. 122. a
Iuramentum calumniæ quæ contineat. eo.
Iuriſdictionis Epiſcopalis q̄ ſint.

ſint. 6. a.
Iuriſdictionis & Legis Diœceſanæ quæ dicantur. 32. a
Ius Canonicum quid ſit. 6. a
Ius Canonicum vnde dicatur. eo.
Ius Canonicum ex quibus conſtet. eod.
Ius Canonicum circa quæ verſetur. 7. b
Ius Canonicum non impo-nit pœnam ſanguinis. 137. b
Ius patronatus quid ſit. 77. b
Ius patronatus quot nominibus appelletur. 78. a
Ius patronatus quomodo acquiratur. eo. b
Iuris patronatus cõmoda. eo.
Iuris patronatus res vendi, & in alium transferri non poſſunt. 79. a

L

Laici qui dicãtur & vnde. 7. b
Laicus an accuſare poſſit clericum. 137. b
Laici diſputantes de fide excõmunicantur. 143. b
Latini non debẽt ordinari à Græcis. 11. b
Lectores qui ſint. 8. a
Legatus nullus transferre poteſt Epiſcopos. 36. a
Legatus nõ poteſt vnire duos Epiſcopatus. eod.
Legatus habet iuriſdictionẽ ordinariam. 35. a
Legatum Apoſtolicum non admittens qũo punitur. 34. b
Legatus non põt ſcindere vnũ Epiſcopatũ in duos. 32. b
Legatorum tres ſpecies. 34. b
Legati de latere qui. 35. a
Legati nati qui. eod.
Legati conſtituti qui. eo.
Legati Cardinales comparãtur proconſ. eod.
Legati inferiores comparantur præſid. eod. b
Legati officium non expirat morte Sum. Pont. eo.
Legatus inferior non confert beneficia. eod.
Legatus Cardinalis quæ beneficia non conferat. eo.
Legatus congregat concilium. eod.
Legatus facit ſtatuta. eo.
Legatus delegat. eod.
Legatus reſeruat beneficia. e.
Legati quos excommunicatos abſoluant. eo.
Legati non intromittunt ſe in cauſis delegatis per Sum. Pontific. 36. a
Leges Diœceſanæ quæ dicãtur. 32. a
Legitima quæ portio ſit. 93. b
Legitima & Trebellianica detrahi poſſunt. 94. a
Leuir qui ſit. 116. a
Libellus quid continere debeat. 120. a
Limites an præſcribi poſſint. 137. a

Literarum obligatio quæ ſit. 129. a
Literæ dimiſſoriæ à quibus concedi poſſint. 10. a
Literas commendatitias concedit Capitulum Sede vacãte. 33. a
Litis conteſtatio quomodo fiat. 120. b
Locationes q̃ prohibitæ. 91. b
Locatio & conductio quam naturam habeant. 129. b
Locator domus quando poſſet expellere cõductorem. e.
Locator quãdo debeat facere remiſſionem cõductori. eo.
Luctus tempora non impediunt matrimonium. 112. b

M

Macedonianũ quid ſit. 132. b
Mandatum quot modis contrahatur. 130. b
Mandatum quando valeat, quando non. eo.
Mãdatum quõ reuocetur. eo.
Mandata de prouidendo ſub lata. 68. a
Maritus quando poſſit ingredi Monaſterium. 114. b
Maritus fornicans tenetur recipere vxorẽ à ſe dimiſſam propter adulterium. 102.
Maritus tranſiens ad religionẽ eſt reſtituẽdus vxori. eo.
Matertera eſt in ſecundo gradu. 115. b
Matrimonium quid ſit. eo.
Matrimonij duæ leges. eo.
Matrimonium eſt Sacrum. e.
Matrimonium nõ ſoluitur adulterio. eo.
Matrimonium an vitietur errore. eo.
Matrimonium vitiatur diſparitate cultus. eo.
Matrimonium non eſt cum duabus. eo.
Matrimonium impedit publicæ honeſtatis Iuſtitia. 108. a
Matrimoniũ quando vitietur propter fornicationem. eo.
Matrimonium non cõtrahit qui priuignam cognouit. eo.
Matrimonium nõ cõtrahunt impotentes. 109. a
Matrimonium inter raptorẽ & raptam. eo.
Matrimonium propter quas conditiones vitietur. eo. b
Matrimonia vagantium. eo.
Matrimonia clandeſtina. eo.
Matrimonia inter quos non ſint rata licet legitima ſint. 110. b
Matrimonia infidelium. eo.
Matrimonia interdicta. cxi. a
Matrimonia quibus temporibus interdicta. eo.
Matrimoniales cauſæ ad quẽ ſpectant. 12. a
Matrimoniales cauſę ſunt mariæ. eo.
Matrimonium de facto contractum non ſeparatur ſine iudicio

iudicio Eccleſiæ. ii b
Matrimonium poſterius ſeparatur coniuge priore iouē to viuo. eo.
Matrimonium an ſcindatur per tranſitum alterius ad aliam fidem. 114. a
Matrimonium quando patiatur ſeparationem Thori. eo.
Matrimonium quando tollatur per tranſitum ad religionem. eo. b
Metropolitani ſunt in ordine Epiſcoporum. 8. b
Metropolitani qbus p̄ſint. eo.
Minor viginti quinque annis quando poſſit eſſe in Iuditio. 126. a
Miſſam quis inuenit. 103. b
Miſſa non celebratur niſi à ieiunis. eo.
Miſſas plures celebrantis pœna. eo.
Miſſam celebrantis ſine confectione ſacramēti pœna e.
Moniales non egrediantur Monaſterium. 54. b
Monialium Monaſterium nemo ingredi debet. eo.
Monialiū Monaſteria nō debent eſſe extra Vrbem. 55. a
Monialium profeſsio libera eſſe debet. 54. a
Moniales debent exercere Sacramentum pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſingulis menſibus. eo. b
Monialium electiones. 24. a
Moniali ſe commiſcentis pęna. 150. a
Motus proprius quid operetur. 69. a
Mutuum in quibus conſiſtat. 127. b

N

Nepos & neptis in quo gradu. 115. b
Negociorum geſtor ad quid teneatur. 131. a
Nominatio duplex. 26. b
Nominatio quando reuocari poſsit. 27. a
Nominatio fit de pluribus. e.
Notæ pœna. 150. b
Nouerca quæ ſit. 116. b
Nurus quæ ſit. 123. a

O

Obligationes quæ re contrahantur. 127. a
Obligationes quę contrahātur conſenſu. eo.
Obligationes quæ veniant ex contractibus innominatis. eo. b
Obligationes procedentes ex quaſi contractu. eo.
Officium Iudicis quid ſit & quotuplex. 126. a & b
Officium Iudicis nobile quādo habeat locum. eo.
Officium Iudicis mercennarium quod eo. b
Officium Eccleſiaſticū quid ſit. 10. b

Optandi Ius quomodo & quando competat. 65. b
Ordines primi quatuor. 8. a
Ordines quatuor maiores. e.
Ordines Eccleſię nouē. 106. a
Ordo ē ex ſeptē Sacramētis. e.
Ordinis duplex poteſtas. eo. & ſeq.
Ordinis Epiſcopalis quæ ſint. 27. a
Ordines veri an conferantur à precisis. 11. b
Ordinatio facta ab extraneo non cōualidatur ratificatione proprij Epiſcopi. 10. a
Ordinare non valens nec iudicare poteſt. eo.
Ordinādus ab extero Epiſcopo debet habere teſtimoniū ſui Epiſcopi. eo. b
Ordinandus per facultatem de promouendo. 11. b
Ordinari an poſſit vltramontanus ab Italo. eo. b
Ordinatus à Sum. Pōtif. 12. b
Ordinādus non eſt qui exercuit officiū nō ordinatus. 17. b
Ordinandorum ætas. 16. b
Ordinatus furtiuè. 17. a
Ordinatus per ſaltum. eo. b
Ordinandi tempora. eo.
Ordinatio Clericorū eſt ordinis Epiſcopalis. 28. a
Ordinatio ſacra confert Spiritum ſanctum. 106. & ſeq.
Ordinari non debet quis ſine titulo. 66. b
Ordinarij diffinitio. 31. a
Ordinariorum exempla. e. b
Ordinariorum poteſtas, & officium. eo.
Ordinis Sacramenti inſtitutio. 106. a
Ordinis ſacri effectus. eo. a

P

Pactum nudum an pariat actionem. 127. b
Pactum legis commiſſoriæ quod ſit. 128. a
Pallium quid ſit. 30. a
Pallij traditio quid operetur. 29. b
Pallium quis conferat. 30. a
Palliū in quo loci vſui ſit. eo.
Pallium quibus diebus vſui ſit. eo.
Pallium non eſt alteri commodandum. eo. b
Pallij traditio an differri poſſit. eo.
Parochi culpa in Baptiſmo punitur. 116. b
Pater & Mater ſunt in primo gradu. 115. b
Patruus eſt in ſecundo gradu. eo.
Patruus magnus eſt in tertio gradu. eo.
Patruus & 127. a
Patrus magnus qui ſint. eo.
Patroni pſētatio. 79. b. & ſeq.
Patronus in Iure patronatus quæ Iura habet. 7. a
Patriarchæ qui ſint. b

Patri-

Patriarchæ ſunt ex ordine Epiſcoporum. eo.
Patriarchę quot ſint. eo.
Patriarcha in quos habeat Iuriſdictionem. 32. b
Peculia Clericorum. 92. b
Periuri pœna. 15. b
Penſio quomodo extinguatur. 76. b
Penſio ex quibus cauſis concedatur. eo.
Penſio quanta eſſe debet. eo.
Penſionem imponere quis poſſit. eo.
Perſonatus quid ſit. 10. a
Permutatio quõ fiat. 85. b
Permutationem quis authorizat. 86. a
Permutationis cauſæ. eo.
Petitorium quid ſit. 119. a
Petitorium præmittitur in exequendo. eo. b
Pignus quid differt ab hypotheca. 126. b
Pignus cuius cauſa contrahatur. 128. a
Pignorari quæ res non poſſunt. eo.
Pignori data res Eccleſiaſtica. eo.
Pignoris contractus non admittit pactum legis commiſſoriæ. eo.
Pignoratæ rei fructus in ſortem computantur. eo.
Pœnarum ſpecies multæ. 151. a
Pœna ſanguinis Iure Canonico reiecta. 137. b
Pœna talionis hodie ceſſat. 138. a
Pœnitentiæ Sacramenti effectus. 101. a
Pœnitentiæ Canones. eo. b
Pœnitentes publici qui ſint. 13. a
Pœnitentes publici an ordinentur. eo.
Pœnitentiæ in Sacramento quis poſſit abſoluere. 102. b
Pœnitentiæ Sacramentum non exercentis pœna. eo.
Poſſeſſorium quid. 119. a
Poſſeſſorium quotuplex. eo.
Poſſeſſoriũ c. reintegrãda. e. b
Poſſeſſoriũ & petitoriũ quandoq; cumulantur. eo.
Poſſeſſorium in pronunciando præmittitur. eo.
Poſtulatio quid ſit, & quotuplex. 25. b
Poſtulatio an poſſit reuocari. eo. b
Poſtulatio eſt examinãda. e.
Presbyteri ſunt ſacri ordines. 8. a
Presbyter quandoque creat pſalmiſtas. 12. a
Presbytero deponendo ſolennitas. 151. a
Præbenda quid ſit. 64. b
Præbendarũ vſus qualis. eo.
Præbẽda Canonico aſſignãda. eo.

Præbenda quis conferat. 65. a & b
Præcarium quid ſit. 128. b
Præcarium quid differat à cõmodato. eo.
Præcariæ quæ ſint. eo.
Præſcriptio trigin.ann. 136.a
Præſcriptio quadrag.ann.e.b
Præſcriptio quomodo perpetuetur. eo.
Præſcriptio contra Romanã Eccleſiam. eo.
Præſcribi q̃ res nõ poſſint. eo.
Pręſentatio in Iure patronatus à quo fieri debeat. 77. a
Præſentationis effectus. 78. & ſeq.
Præſumptio quotuplex. 122.a
Primicerius qui, & eius officium. 41. b
Primates qui ſint. 8. b
Priuignus qui ſit. 116. b
Probatio quot modis fiat. 122. a
Probationis onus ad quem ſpectet. eo.
Procurationes quæ, & à quo ſoluendæ. 47. b
Procurationes in quibus rebus ſoluantur. eo.
Procurator non datur in criminalibus. 138. a
Profeſſio Virginum libera eſſe debet. 53. b
Profeſſio minorum quatuordecim. 51. b
Profeſſorum beneficia. 52. a
Profeſſio quotuplex. 50. a
Profeſsio expreſſa. eo.
Profeſsio tacita. eo.
Profeſsio quo tẽpore fiat. eo.
Profeſſorum veſtes. eo.
Profeſsio Mendicantiũ. 51. a
Profeſsionem temere admittens. eo.
Proamita,
Proauunculus,
Promatertera.
Propior ſobrinus,
Propior ſobrina qui ſint. 116.b
Pronepos,
Propior ſobrinus, & eius filij,
Propatruus,
Proamita,
Proauunculus, &
Promatertera, & eorum filii.
Propioris ſobrini nepos in quo gradu ſint. eo.
Prouincia quæ dicatur. 8. b
Publicæ honeſtatis Iuſtitia obſtat matrimonio. 108. a
Publicæ honeſtatis Iuſtitia quæ ſit. eo.
Pſalmiſta qui ſit. 28. a
Pſalmiſta poteſt effici Canonicus. 9. b

R

Raptoris & raptæ matrimonium. 109. a
Raptoris pœna. 150. a
Reconuentio quãdo habeat locum. 122. a
Regulares qui & vnde dicantur. 49. a

Regu-

Regularium ſubſtãtialia. eo.
Regularis habentis proprietatem pœna. eo.
Regularibus paupertas iniũcta à Cõcilio Tridẽtino.e. b
Regularis an trãſire poſsit ad aliam Religionem. 53. a.
Regreſſus ſublati. 85. b
Religiones nouæ inſtitui nõ poſſunt. 53. a
Renunciatio qualis eſſe debeat. 83. a
Renuntiatio cum acceſſu vel regreſſu. eo.
Renuntians poteſt adhuc eligi. eo. b
Renuntiationis cauſæ. eo. b & ſeq.
Renuntiare põt ẽt Papa. 85. b
Reo contumace quomodo procedatur. 121. a
Reſeruationes factæ à Legato. 66. b
Reſeruationes factæ à Summo Pontifice. eo.
Reſcriptum quid ſit. 7. b
Reſcriptorum conditio. eo.
Reſcriptum vitiantia. eo.
Reſcripti interpretatio. eo.
Reſcripta ſubreptitia. eo.
Reſcripta poſteriora. eo.
Reſcripta ſpecialia,& generalia. eo.
Reſcripta plura habens. eo. b

S

Sacramentorum iuuẽtorum ratio. 97. a
Sacramenta quot ſint. eo.
Sacriſta qui ſit & eius officium. 42. b
Sacrilegi qui, & eorum pœna. 150. a
Sciſmatici qui ſint & eorum pœna. 144. a
Sententia quomodo debeat proferri. 122. b
Sententia quibus noceat. eo.
Sententiæ diuerſæ. eo.
Sentẽtia contra Canones. eo.
Sententia quando accipiat executionem. eo.
Sepultura vniuſcuiusq; quæ eſſe debeat. 95. a
Sepulturam ad eligendam in ſua Eccleſia nemo Clericus inducere debet. eo.
Sepulturam filiusfamil. eligere poteſt. eo.
Sepultura quibus denegetur. 96. a
Seruus ordinari non poteſt. 12. a
Simoniæ crimen. 159. b
Simonia vnde dicatur. eo.
Simonia quomodo incurratur. eo.
Simoniæ vitio accuſatus. e. b
Simoniacus eſt infamis. eo.
Simoniace ordinatorum pœna. eo.
Simoniæ alia ſpecialia. 140. b
Societas quomodo contrahatur,& finiatur. 130. a
Sororius qui ſit. 117. a

Sortilegi qui, & eorum pœnæ. 150. a
Sponſalia quæ ſint. 112. a
Sponſalia vnde dicta. eo.
Sponſalia contrahentes cogũtur ad fidem. eo. b
Sponſalia fiunt nudo conſenſu. eo.
Sponſalia inducunt publicæ honeſtatis Iuſtitiam. eo. b
Sponſalia tranſeunt in matrimoniũ copula ſubſequuta. eo.
Sponſalia tolluntur per matrimonium, poſtea cum alio cõtractum de præſenti. eo.
Sponſalia quibus modis ſoluantur. eo.
Sponſalium cõtrahendorum ætas. eo.
Sponſalia in puberum. 113. a
Sponſalia minorum Infantia non pariunt publicæ honeſtatis Iuſtitiam. eo.
Sponſalia facta à parentibus pro filijs obligant. eo. & ſeq.
Spiritualium adminiſtratio in quibus conſiſtat. 44. b
Stipes nõ computatur in gradibus. 115. b
Stipulatio quid ſit & vnde dicatur. 22. a
Stupri pœna. 150. b
Subdiaconi ſunt ſacri. 8. a
Subdiaconi poſſunt eligi ad Epiſcopatum. eo.
Suffragia in electione. 20. a
Summariæ cauſæ quæ ſint. 125. b
Summariarum cauſarum natura. eo.
Sũmi Põtificis priuilegia. 9. a
Summus Pontifex eligitur a Cardinalibus. eo. b
Summus Pontifex debet eligi à duabus partibus. 18. a
Summus Pontifex conſecratur à Cardinalibus. eo. b
Sũmus Pontifex adminiſtrat ante conſecrationem. eo.
Summus Pontifex non eligitur alio ſuperſtite. eo.
Summus Pontifex Imperatorẽ examinat & coronat. eo.

T

Temporalium adminiſtratio in quibus conſiſtat. 44. b
Teſtamentum quid ſit. 93. a
Teſtamentũ non requirit magnam ſolennitatem, de Iure Cano. eo.
Teſtamentum quid contineſe ſoleat. eo.
Teſtes quibus caſibus ante litem conteſtatam recipi poſſint. 121. b
Theſaurarius & Sacriſta idẽ ſunt. 42. b
Thori ſeparatio quando fiat. 114. a
Tituli iuſti ad vſucapionem. 135. b
Translatio quando fiat. 30. b
Translatio Epiſcopi cuius authoritate fiat. 31. a

Translationis priuilegiũ ſtri-
ctè interpretatur. eo.
Tutores ad quid teneantur.
131. a
V
Vacatio per reſignationem.
70. a
Vacatio per mortem. eo.
Venatio interdicta Clericis.
56. b
Vicarius quotuplex. 42. b
Vicarij in diuinis portio. eo.
Vicarius in diuinis quando
creatur. eo.
Vicarius perpetuus non con-
ſtituitur ſine aſſenſu Epiſco-
pi. 43. b
Vicarius quando remoueа-
tur. eo.
Vicarius perpetuus quando
deſinat. eo.
Vicarius perpetuus debet re-
ſidere. 44. a
Vicarius perpetuus quando
comparatur beneficiato. eo.
Vicarij ad tempus eo.
Vicarius in Iuriſdictione.
eo. b
Vicarius Epiſcopi quis poſſit
eſſe. eo
Vicarius in iuriſdictione de-
bet generaliter conſtitui.
eo. b
Vicarius generalis quæ face-
re non poſſit. eo.
Vicarij ſententiam quis co-
gnoſcat. 45. a
Viſitationis forma & finis. e.
Viſitare qui poſſunt. eo.
Viſitatio Archiepiſcopi. eo.
Viſitationis onus nemo effu-
git. 47. b
Viſitatio vnde incipiat. 46. a
Viſitandi poteſtas ampliata
Epiſcopis. eo.
Viſitatores à Capitulo depu-
tati. 47. a
Viſitatio patroni. eo.
Vitricus qui ſit. 117. a
Vnctio extrema quotuplex.
104. a
Vnctionis extremæ materia,
forma, & miniſter. eo.
Vnctio extrema quibus attri-
buatur. eo.
Vnctio extrema neceſſaria.
eo.
Vnctiones communes quæ.
105. b
Vnio quotuplex. 72. b
Vnionem quis facere poſsit.
eo. b. & ſeq.
Vnio quando diſſoluatur, & à
quibus. 76. a
Vnione diſſoluta quid ſequa
tur. eo. b
Votum quid ſit. 63. b
Votum initiatum. 64. a
Votum confirmatum. eo.
Votum ſimplex. eo.
Votum ſolenne. eo.
Vſucapio eſt exceptio litis fi-
nitæ. 134. b
Vſucapionis diffinitio. 135. a

Vſucapio generaliter accepta. 136. a
Vſucapio mobilium & immobilium. eo.
Vſucapioni neceſſaria. eo.
Vſucapio perſoluto. eo.
Vſucapio pro emptore. eo.
Vſucapio pro tranſacto. eo.
Vſucapio pro hærede. eo.
Vſucapio pro donato. eo.
Vſucapio pro derelicto. eo.
Vſucapio pro legato, pro dote, pro ſuo. eo.
Vſucapio requirit bonam fidem. eo. b
Vſucapio requirit poſſeſſionem. eo.
Vſucapiones perpetuæ quæ. eod.
Vſuræ quare ſunt prohibitæ. 145. b
Vſura quid ſit. 146. a
Vſura in quibus rebus committatur. eo.
Vſuræ multi caſus. eo. b
Vſurariorum pœnæ. eo.
Vſuræ etiam à Iudæis reſtituendæ. 147. b
Vſurarum cauſę ſunt ſummariæ. eo. b
Vxor fornicans non reſtituitur Thoro. 114. a

FINIS.

BIBLIOTECA

Ego Fabius Viuſtinus Locumtenens Reuerendiſſ. & multum Illuſtr. D. Hippoliti Rubei Epiſcopi Papienſis, & Comitis, viſa Reuerendi D. Inquiſitoris ſubſcriptione, ſubſcripſi.

Ego Frater Paulus Bergomenſis Ordinis Prædicatorum, Lector & Vicarius ſanctiſſ. Inquiſitionis Papienſis vidi ſupraſcriptum opus, & tamquam pium, & Catholicæ Fidei conſonum approbaui.

Series Cartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.

Omnes ſunt Quaterni.

VENETIIS,

Apud Bartholomæum Rubinum.

M D L X V I.

L. GOTTSCHER
1973